Sermones Aurei de sanctis fratris Leonardi de Utino

Tabula sermonũ Magistri Leonardi de vtino De festis tã mobilibus q̃ immobilibus hic contentorum.

Finis tabule.

In sermones aureos de Sanctis Fratris Leonardi de vtino sacre theologie doctoris ordinis predicatoꝝ Prologus.

Diuinoꝝ interpres misterioꝝ. que spū sancto suggerente nact⁹ est haud putare oblectationi modo deputabit: verū si sapit ecclesie iesu xpi eruditioni expromēda diiudicabit. Quē admoduꝫ aplus ait. Vnicuiqꝫ daṫ manifestatio spūs ad vtilitatē s. eccl'ie. Recte sane Quis. n. exuberantissimo diuinitatis fonte potatus: tam vehemēti pfruiṫ gaudio vt sibi ētum videaṫ nisi qd spūs feruore cōceperit. ceteris plena fide eructauerit. implens illud psal. Memoriā abundantie suauitatis tue eructabunt: ꝛ iusticia tua exultabūt. Et vero qm̄ quisqꝫ mortaliū p maximo sue intelligentie captu parū eterne dulcedinis sumpsisse videṫ. ne qd ecclesie quod aut illius incremento: aut pfecturaut gr̄e opitularetur deesset: ministros non paucos ad eterna dispertienda sacramenta destinauit. e quibus alter pprestaṫ. idoneos nos fecit ministros noui testamēti: seu dispensatores multiformis gr̄e dei. qui licet vno spū vegerati: non pari tn̄ officio sua ministeria pegerūt. Profecto vnicuiqꝫ data est gratia ꝯm mensuraꝫ donationis xpi: ꝛ ipse dedit quosdā qdē apostolos. quosdā autē pphetas. alios ꝯo euāgelistas alios autē pastores ꝛ doctores ad cōsummationē sctōꝝ in opus ministerij: in edificationē corporis xpi. Quis em̄ illum pphetarū ordinē satis p dignitate ac sanctitate admireṫ. Quoꝝ omniū vnū opus fuisse dignoscaṫ ꝛ studiū: vt pessundato execrabili deoꝝ cultu: vni summo deo oēm cerimoniarū ac sacrificioꝝ ritum dicarēt: vt saluatoris aduentū: nostreqꝫ fidei tēpora predicarent: vt quāta cura deus illos patres nr̄os gubernauerit: ꝛ qd a nobis in hoc vite cursu maxime agi velit: diligentissime cōparent. Hinc summe dispositionis ordo ptꝫ. Hinc imense potestatis virtus. Hinc humane correptionis vtilitas. Quippe nullā etatē: nullum sexū: nullā mortalium cōditionē neglexerunt: cui nō ꝛ humanit⁹ ꝛ diuinitus viuēdi mandata conqsiuerint: vt nihil oporteat aut Xenofontis yconomicon: aut alteri⁹ cuiuspiā monimēta exigere. Ceterū ꝛ si ex pphetis nōnullos maiores: nōnullos minores nūcupemus: cauendū firme est ne alio spū aut alio lumine locutos atqꝫ illustratos cogitem⁹. Siqdē vn⁹ oīm extitit spūs diuidēs singulꝭ put vult cuiqꝫ penes modū fidei p sua volūtate dispertiēs: vt plane intelligamus illoꝝ predicatiōe pphanos hoim mores dissipari ac penit⁹ subrui ꝛ euerti. Quāta porro spūsancti virtus ac fortitudo est: quo inspiratore atqꝫ duce: apli territis atqꝫ inuitis hostib⁹: euangeliū vulgauerūt. Quāta sermonis potestate Stephan⁹ iudeis restitit: seuientesqꝫ mirabili ac diuina cōstantia superauit. Quā p'sus dulce ꝛ preclaruꝫ apl'oꝝ predicationē ꝛ vite laborē cognoscere. vt nihil iam morari oporteat Pithagorā aut democritū. aut Platonē accumulande doctrine causa. orbē terrarū pagrauisse. nec firme cuiusq̄ philosophi vita tanto splēdore enarrat. vt vel minima ex parte apostolis cōferendus sit: q tanto aio tantoqꝫ consilio difficillimā peregrinationē suscipientes: quicqd in mūdo magnū ꝛ preclarum erat: studiosissime inuestigauerūt. Quos preterea Stoycos: quos achademicos discere cupiamus. Quos oratores audire. Mihi sane testē habeo ꝯsciētiā: nullū vnq̄ Demostenem: nullū ex nostris Ciceronē suaui⁹ auditū. nullū item Zenonē acutius de vite disciplina ptractasseq̄ habitum sum⁹ aplis cōferentibus q diuitias maxime atqꝫ oēm seculi pōpam ꝛ cupiditatē abijcere docuerūt. nec vlli rei preterq̄ iusticie ꝛ pietati ꝯfidenduꝫ. Hoīes summe fidei: doctrine grauitatis sanctitatis qnaꝫ dicēdi potestas equauerit adiūcta eloquentie ꝟtute spūs. ꝛ nihil minus factis q̄ sermonib⁹ celebrarenṫ. gentiū pbos vita verboꝝ fiducia atqꝫ auctoritate cōfutando. Nimirū nec caro nec sanguis illis reuelauerat. sed eterni dei spūs quo illuminatore atqꝫ inflāmatore ex retib⁹ paruaqꝫ nauicula: ad totius eccl'ie claues extenui qrende vite lucro ad xp̄ianarū aīarū cōgregandū fenus. tandē ex humili abiectoqꝫ piscatoris officio ad excellentissimū in toto orbe pncipatū euecti sunt. Quid plura? tm̄ btōꝝ hominū maiestas se spectantib⁹ impsit vt inter pplos nisi repugnassent dij colerenṫ. veneraren̄ṫ: adorarenṫ. Post quos h̄ vno vicio deprehēsum est humanū genus falsarū opinionū credulitate cōtabescere. q in graues iniurias ꝛ intolerādas contumelias veri creatoris dei om̄ipotētis incideret

vt vndiq̃ subeūte vanitati ⁊ errori locus ac
ptās esset. deniq̃ veritati: sapiētie: iusticie: ꝑ
petuū exiliū indictū videret. Eousq̃ ꝓrue-
rat humana temeritas vt nec de semetipsis
nihil cogitare nec de deo īdigne sentire mor-
tales putarent indignū. Quis em̄ nesciat
quātis erroribus laborauerit humana vesa
nia: vt pene oblita fuerit q̄d esset humanarū
mētiū bonū. Quis nostre vite mod⁹. Que
tandē nostroꝝ laboꝝ merces cōstituta. Si
nō vnū creatorē oīm rerum ꝓuidisset. vt e ce
lo predicatores veritatis ꝑstantissime reli-
gionis viros demitteret vsq̃ in nos. q̄ mo-
do iudeos gentilesq̃ vna correctiōe castiga
rēt. modo reliquos peccatores necessaria aīad
uersione corriperēt. modo ceteros hoīes va
rijs documētis instruerent. Ac ne plura cō-
memorē. nihil est ab illis pretermissum: q̄d
ad erudiendā fidē: ad instituendā vitā: ad
intelligēda misteria. ad predicandā celestiū
donoꝝ grām: ad reuelandā diuine volunta
tis dispensationē: ad excitādā humane spei
cōfidentiā: ad cōponendā ecclie pacē: ad in
staurandā fideliū sacramēta ptineret. Por-
ro in hoc oēm mundi sapiētiā ꝓfligandam
sanxerūt ꝙ diuine p̄dicatiōis sacriq̃ euan-
gelij ministros a spūsancto dilectos se co-
gnouerūt. nō in vna regione dūtaxat verbū
disseminaturos: sed per oēs mundi oras
humane salutis ordinem fidelissime ac pru
dentissime cōstituturos. Nemo enim nescit
hoꝝ doctrinā ex ipso celo ad nos platā. tan
tūq̃ illos celestibus alis cōscendisse vt eo
peruenerint vbi celestiū atq̃ ineffabiliū sa-
cramētoꝝ cognitionē susceperint. Itaq̃
hoꝝ religionē ⁊ offiīi ꝓfess⁹. Ego frat̄ Leo
nardus de vtino inter sacre theologie docto
res minimus cū sanctissimoꝝ ac fortissimo
rū viroꝝ exēpla apud p̄claros nobiles vti
nenses plurimis sermonib⁹ hacten⁹ exegis-
sem: cōstantiores feci. ne q̄d in virtute acer-
bū ⁊ intolerandū existimarent. Sic quon-
dam Plato ciuitatē instituēs viris fortib⁹
mortuoꝝ monimēta subiecit. Quia ṽo illis
egregiū ac singulare visuz est. martyrū atq̃
scōꝝ noui testamēti pulcherrimū exēplar a
gnoscere. ne ignauie atq̃ īgratitudinis me
arguerēt: meme cupidius ad eoꝝ acta ꝯscri
benda cōtuli. Quāq̃ꝫ existimauerim mode-
stius facturū si hec leui ac vulgato sermone
discurrā: ꝙ obscuris aut inuolutis verbis: tan
tas res tenuiores faciā. Et si q̄spiā ad hui⁹
sapie limē se ingredi posse causabit: ꝙ in ea
rusticū q̄ddā ⁊ icultū inee videat. q̄si idē sit
inanis eloquētie garrulū: ⁊ fecūde atq̃ vti-
lis doctrine bene peritū censeri. Solis humili
bus aduertat veri luminis celestisq̃ cogni-
tionis gratiaz prestari. q̄bus nihil secularis
philozophia obstat. nihil mūdana eloquen
tia detinet. nihil garrulitas popularis impe
dit. Humilitas em̄ spem pariet. spes diligen
tiā. diligētia ꝓfectū. ꝓfectus incrementum.
⁊ eo q̄ de vsq̃ꝫ vt plane cupidissimi vitatis a-
matores videant e ꝓpinquo tante lucis ad-
uentum excipere: suorūq̃ laboꝝ felicissimū
fructum adipisci. qui est iesus xp̄s in secula
seculorum. Amen.

Incipiūt sermones aurei de sanctis Leo
nardi de vtino sacre theologie doctoris: ⁊ or
dinis p̄dicatoꝝ eximij ꝓfessoris ⁊ primo.

In festo sancti Andree apli. Sermo. i.

V ocauit andreā fra
trem ei⁹ Mat. iiij. ca. ⁊ in euan-
gelio hodierne solēnitatis. Bea-
tus Aug⁹. in secūda epla ad Volusianū di
cit sic. Xp̄s iesus Petrū, ⁊ Andreā fratrē
eius ⁊ alios ꝑ quos operat⁹ est salutē in me
dio terre: non de foro iustiniani: sed de sim-
plicitate piscatorū legit̄ assumpsisse. Inflat
em̄ sapientia huius mundi: ⁊ leguz ventosa
loquacitas. Elegit em̄ nō Reges: nō Sena
tores: nō Philosophos. sed plebeios pau-
peres: indoctos: piscatores: ineruditos libe-
ralibus disciplinis. Non peritos grāmatica
nō armatos dyalectica: ⁊ nō inflatos rheto
rica. Sed piscatores cū rhetib⁹ fidei paucis-
simos misit. ac itaq̃ tam multos pisces et
ex omni genere tā mirabiliores ꝙ rariores:
etiā ipsos phōs cepit. hec ille. Super quo
moueo talem questionem. Utruz Beatus
Andreas rationabiliter christum se vocan
tem secutus fuerit quem nullas virtutes fa
cere viderit. Ad istam questionē respon-
dit Gregorius in omelia super illo verbo
proposito dicit sic. Audiuistis fratres cha-
rissimi. quia ad vnius iussionis vocem An
dreas relictis rhetibus secutus est redem-
ptorem. Nulla vero huc facere adhuc mira
cula viderat. nihil ab eo de premio eterne re
tributionis audierat ⁊ tamen ad vnuz dñi
preceptuz hoc quod possidere videbat̄ ob-
litus est hec ille. Porphirius philosoph⁹
deprauans istam vocationem apostoloruz
arguit tripliciter contra eaz. Primo quia

ista vocatio apostolorū procedit ex magna
malicia christi. Nam omnia facta christi erāt
sophistica ⁊ falsa. Si habuisset secum viros
sapientes: facillime perpendissent maliciaz
⁊ fraudē eius. ꝓpterea voluit habere simpli
ces ⁊ ignaros: vt facilius deciperent. In eo
enī ꝙ fuerūt piscatores erant modici inge-
nij. maxime: q2 hec ars modico ingenio in-
diget. ergo ⁊c. Ad istud dico: ꝙ xps nō vo
cauit tales ad decipiendū: sed ad instruen-
duz: qd patet dupliciter. Primo ex doctri
na quaz ab eo receperūt q̄ non est decepto-
ria: sed cūctis fidelior: benignior: ⁊ virtuosi
or inuenit. Hec enī docet vicia fugere. ꝟtu-
tes acq̄rere: iniurias remittere: ⁊ alia q̄ perti
nent ad humanā ꝑfectionem. Secūdo ex
modo quo didicerūt. cum enī essent ydiote
simplices ⁊ paupes. Quō potuissent acq̄rē
tantā sapiaz ⁊ eloq̄ntiā ⁊ linguis oīm gētiū
scire loq in vna die. nisi hoc fuisset a deo. Nō
enī hoc habuerūt a diabolo: qm̄ illū ꝑsecuti
sunt: ⁊ exterminauerūt ab vniuersis ydolis
qbus mūdus erat plenus. Quō nō etiā phi
losophi hoc idem assecuti sunt qui ydola co
lebant. Restat ergo vt omnia ista didicerint
a spūsancto sm̄ ꝙ xpus ꝓmisit eis. Johis.
xvi. Cum autē venerit ille spūs veritatis do
cebit vos oēm veritatem. Secūdo arguit
Porphirius. q2 ista vocatio aplorū ꝓcedit
ex magna insipientia. Nam ad ꝓmulgādaz
nouā legē in mūdo: ⁊ ad trahendū homīes
ad eā debuit assumere viros sapiētes q̄ sci-
uissent hoc facere: ⁊ qui fuissent magne fa-
me: ⁊ digni fide. maxie cū scribat Job. xxxv.
Deus potentes nō abijcit cū ipse sit potens
Sicut sol nō abijcit lunam: vel alias stellas
q̄uis sit potens in lumine. Unde cū xpus
elegerit simplices hoies: ⁊ se ⁊ suā legē ad-
duxit in cōtemptū. Ad istud dico: ꝙ non
fuit insipientie: sed magne sapiētie. ꝙ non
elegit sapientes vel potētes: q2 hoc fecit ad
manifestandā veritatē fidei. q̄ si per sapien
tes fuisset introducta: potuisset ascribi eorū
astutie aut potētie. ⁊ nō virtuti fidei vel xpi
Ideo. i. Cor. i. dicitur sic. Uidete vocationē
vestram fratres. Quia non multi sapientes
sm̄ carnem non multi potentes: non multi
nobiles. Sed que stulta sunt mundi elegit
deus: vt confundat sapiētes: ⁊ infirma mū
di elegit deus: vt confundat fortia: ⁊ mundi
ignobilia ⁊ ꝯtemptibilia elegit deus: ⁊ ea q̄
non sunt vt ea que sunt destrueret. vt non
glorietur omnis caro in conspectu eius. hec
sibi. Fecit enī christus sicut de Gedeone in
veteri testamento. Unde dicit Judicū. vij.
Qd deus mandauit diminui multitudinez
populi que erat cum eo ad pugnandum
vt non ascriberet sibi victoriaz. Sic etiam
fecit nūc in nouo testamēto. Un̄ Aug⁹. sup
verbo proposito dicit sic. Si enī doctus eli-
geretur fortasse ideo se diceret electum: q2 a
sui doctrina elegi meruit. Dn̄s autem no-
ster iesus christus volens superborū fran-
gere ceruices. non quesiuit per oratorez pi-
scatorem. sed de piscatore lucratus est impe
ratorem. hec ille. etiam Bern̄. super verbo
proposito dicit sic. Piscatores illiterati mit
tuntur ad predicandū: ne fides credentium
virtute humana. sed eloquētia ⁊ virtute dei
⁊ eius doctrina fidelis putaretur. Hec ille.

Tertio Porphirius arguit sic. Quia apo-
stoli fuerunt leues corde ⁊ stulti tam cito as
sentire huic vocationi. Sapiens enī nunꝙ̄
mouet ad assentiendū rei dubie: nisi euidē-
tem noticiam vel demonstrationē habēdo.
vel ex aliquo probabili argumento. Sed a-
postoli absq3 vllo argumēto adducto: absq3
vllo miraculo viso: statim credentes relicꝫ
omnibus secuti sunt christum. ergo non fue
runt sapientes. Unde Salomon ait. Qui
cito credit leuis corde est. Ad istud dico:
ꝙ hoc non ꝓcessit ex leuitate mentis: sed ex
virtute christi trahentis. Nam vox xpi vocā
tis: habuit non solū virtutem inductiuam.
sed etiam attractiuā: quoniā erat instrumē
tum diuinitatis. ps̄. Dabit voci sue vocem
virtutis. vt quos vocaret exterius: moueret
⁊ traheret interius. sicut Grego. in omel. de
Maria magdalena dic̄ sic. Quid miramur
fratres: mariā venientē an dn̄m suscipien-
tem. Suscipientē dicā: an trahentē. Dicam
melius suscipientē ⁊ trahētē. hec ille. Si enī
magnes trahit ad se ferrū ꝟtute sue nature
⁊ sol suo calore vapores sursum trahit. ⁊ pā
tera suo odore alia aīalia ad se venire facit:
multomagis xpus qui est fons oīs virtutis
dare potuit voci sue vocem attractiuam.

Intelligendū ꝙ vna res sequit aliam tri-
pliciter. Primo per violentiā. sicut currus
post boues. Quantūcūq3 enī sit volubilis:
nunꝙ̄ tamē per se iret nisi traheret. Sic cur
rus liberi arbitrij nunꝙ̄ moueret in deuz ni
si traheret. Rote enī liberi arbitrij sunt due
scilicet ratio ⁊ voluntas. Quia liberum ar-
bitrium est facultas rationis ⁊ voluntatis.
Boues autem trahentes sunt iusticia ⁊ mi

sericordia dei. Prouer. xxi. Cor regis in manu domini quocũqȝ voluerit vertet illud. De iusticia dicit psal. Justicia añ ipʒ ãbulabit. De mia dic idẽ ps. Misericordia eiꝰ preueniet me. Jdeo christus dixit Joh. xij. Nemo pt venire ad me nisi pr̄ meꝰ q̄ misit me traxerit eũ. Hijs duabꝰ virtutibus tanq̄ bobꝰ traxit christus Andream ad se. Secundo vna res sequitur aliam per sapientiaȝ. sicut discipulus sequitur magistrum. Unde quidam philosophus iuit. xxx. annis post vnã apem vt cognosceret naturam eius. Cum ergo christus fuerit summus magister Joh. i. Magister vbi habitas? non est mirandum si apostoli libenter seqnebanť eum. Unde q̄dam dixit ei. Magister sequar te quocunqȝ ieris. Sic etiam traxit Andreã ad se. Tertio vna res sequitur aliam per conuenientiam: sicut simile attrahit simile. Unde Salomon dicit. Omne animal diligit sibi simile. Nos autem efficimur christo similes ꝑ gratiam quã nobis infundit. psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine ⁊c̄. Christus autem vocans ad se Andreã nouam gratiam menti eius infudit: qua factus similis illi secutus est eum. ratione huius gratie infuse potest Andreas dici frater christi. Quia qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis est hic meus pater frater et soror est. vt dicit christus Mat. xij. Jdeo dicitur. vocauit andream fratrem eius.

Vocauit andream fratrem eius.
- Primitate conuersionis.
- Primitate predicationis.
- Primitate perfectionis.
- Primitate consummationis.

Primo xp̄s iesus vocauit Andream primitate conuersionis. Fuit enĩ primus conuersus de discipulatu Johãnis ad christum inter omẽs apostolos. Unde Joh. i. dicitur. Stabat Johannes ⁊ ex discipulis eiꝰ duo: ⁊ respiciens iesuʒ ambulantẽ dicit. Ecce agnus dei: ⁊ audierunt eum duo discipuli loquenteʒ: ⁊ secuti sunt iesum Super quo verbo dicit Beda in omel. Testimoniũ perhibente Johãne. q: iesus esset agnus dei: secuti sunt illuʒ duo discipuli. magis desiderantes ab ipso iesu: q̄ a precursore illius verba gratie percipere. per qd̄ ⁊ ipsi mererenť in agnoꝝ dei sorte computari. hec ille. vnus autem ex hijs duobꝰ discipulis fuit Andreas. Sicut Joh. i. dicitur. Erat autem andreas frater Symonis petri vnꝰ ex duobus qui audierant a Johanne: ⁊ secuti fuerant iesum ⁊c̄. Auditio enim doctrine beati Johannis disposuit Be. andream ad tria.

Primo ad penitentiam. quia doctrina spiritualis inducit in punctionem in peccatoribus. Unde predicante Petro audientes compuncti sunt corde. ⁊ dixerunt ad petruȝ ⁊ ad reliquos apostolos. Uiri fratres quid faciemus. Petrus autem ait ad illos. penitentiã agite ⁊c̄. vt dicit Act. ij. Et Neemie viij dicitur sic. Flenit omnis populus dum audirent verba legis. Nam vt dicit Jerem. xxiij. Uerbuȝ dei est sicut malleus conterẽs petras. id est corda dura. Sic etiam iohannes bapti. dicebat ⁊ predicabat penitentiã Juxta illud. Math. iij. Uenit iohannes baptista predicans in deserto iudee dicens. petentiam agite ⁊c̄. Et quia beatus andreas tanq̄ vetus discipulus iohãnis. in ieiunio ⁊ austeritate penitentie prepollebat. Jdeo idoneus erat ad discipulatum christi. Secundo auditio iohannis disposuit beatum Andream ad scientiam. quia Prouerb. iij. dicitur. Si dilexeris audire sapiẽs eris. Secũdũ autẽ philosophum primo methaphi. auditus deseruit discipline Multa enĩ sunt que ab alijs audiendo discimꝰ que per nosipsos non inuenimus Et precipue ad scientiam fidei: cum fides sit ex auditu. Roma. viij. Et ideo beatus andreas eoipso q̄ fuit auditor iohannis: factus est idoneus ad disciplinã ⁊ scientiã christi que est scientia salutis: ⁊ ad hanc disponebat doctrina iohannis. Luce ij. Tu puer propheta ⁊c̄. vsqȝ peccatorum eoꝝ. Tertio auditio iohannis disposuit beatuȝ andream ad obedientiam. q: psal. dicit. Jn auditu auris obediuit n ibi. animalia enĩ que carent auditu sicut apes ⁊ musce non obediunt voci hominis: nec sunt disciplinabilia. vt dicitur primo methaphi. Sed doctrina iohannis precipue disponebat ad obedientiam ⁊ reuerentiã xp̄i. iuxta illud Joh. i. Qui post me venit ante me factus est: cuius nõ sum dignus ⁊c̄. Jdeo beatus Andreas ex eo q̄ fuit auditor iohãnis fuit idoneus ad obedientiaȝ christi. ⁊ quia inter ceteros discipulos fuit magis dispositus ad hec tria. ideo fuit primus ad fidem christi conuersus. Cuius primitatis dignitas apparet in q̄ttuor ordinibꝰ veteris testĩ ⁊ in q̄ttuor noui testĩ. Jn veteri testõ fuerũt q̄ttuor ordĩes. Primꝰ fuit ordo p̄triarchaꝝ

in quo primus fuit abel ad cuius munera deus respexit. vt dicitur Gen. quarto. c. Et hoc propter meritum fidei sue. Juxta illud Heb. xi. c. Fide plurimam hostiam abel obtulit deo per quam testimonium consecutus est esse iustus rc. Beatus andreas habuit conformitatem cum isto ordine. Quia fuit primus ad fidem xpi conuersus inter apostolos. vnde Johis i. dicitur. Inuenit hic primum fratrem suum Symonem et dicit ei. Inuenimus Messiam quod est interpretatum xpus: et adduxit eum ad ihesum. Secundus fuit ordo prophetarum in quo primus fuit Enoch. vnde Jude. ij. dicitur sic. prophetauit autem de his septimus ab adam Enoch Iste enim propter meritum fidei sue: fuit viuens in paradisum translatus. Juxta illud. Heb. xi. Fide Enoch translatus est: ne videret mortem rc. Beatus andreas habuit conformitatem cum isto ordine. quia merito fidei sue quam duobus diebus constanter predicauit pendens in cruce. illis duobus diebus raptus est in paradisum vbi clare vidit dominum. vt habetur in legenda. Tercius fuit ordo sacerdotum in quo primus fuit Melchisedech de quo dicitur Heb. vij. Hic enim Melchisedech rex salem sacerdos dei summi rc. beatus Andreas habuit conformitatem cum isto ordine. quia sicut Melchisedech offerebat panem et vinum. iuxta illud. Genes. xiiij. At vero Melchisedech rex salem proferens panem et vinum rc. Sic beatus andreas sacrificabat agnum immaculatum sub speciebus panis et vini sub eucharistie sacramento. vt habetur in legenda. Quartus fuit ordo pontificum in quo primus fuit Aaron. vt patet in Leuit. xxviij. Beatus andreas habuit conformitatem cum isto ordine. quia sicut Aaron consecrabat sacerdotes qui postea synagogam instruerent Sic beatus Andreas consecrauit sacerdotes qui postea docerent ecclesiam. ita vt vere possit dicere illud. ij. Reg. xix. Primo occurri in occursum domini mei regis. quia de vniuerso israel primo venit in occursum christi post eius baptismum in nouo testamento fuerunt quattuor ordines. Primus fuit ordo discipulorum in quo primus fuit Nathanael: quem adduxit Philippus ad iesum. vt dicitur Joh. i. Secundus fuit ordo euangelistarum in quo primus fuit Matheus. vt dicitur Luce. v. Tertius fuit ordo martyrum in quo primus fuit Stephanus. vt dicitur. Actuum. vij. Quartus fuit ordo apostolorum. qui fuit honorabilior omnibus ordinibus noui testamenti. vt dicit Dyonisius libro de ecclesiastica hierarchia. in quo primus fuit beatus Andreas. de quo dicitur illud Genes. xliiij. Primus cum fratribus suis ingressus est ad ioseph. quia cum fratre suo Petro primus conuersus est ad fidem christi. Ratione cuius primitatis reformauit quadruplicem primitatem inhonestam quattuor ordinum. Primo fuit ordo agricolarum: quorum primus fuit Adam. de quo dicitur. Zach. xiij. Homo agricola ego sum. Quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. iste dehonestauit primitatem suam per peccatum inobedientie transgrediendo preceptum quod habuit a deo. Sed istam primitatem reformauit beatus Andreas cui adhesit nobilis quidam iuuenis inuitis parentibus potius volens obedire fidei christi quam beatus Andreas predicabat: quam monitis parentum. nota hystoriam in legenda. Secundus fuit ordo primogenitorum: quorum primus fuit Caym. vt dicitur Genes. iiij. Iste dehonestauit primitatem suam per peccatum inuidie. occidendo fratrem suum Abel ex inuidia. vt dicitur ibidem. Sed istam primitatem reformauit beatus Andreas. ad quem in specie canum iussu eius venerunt septem demones qui homines in via occidebant: quos cum expulisset: ex inuidia occiderunt quendam iuuenem quem beatus Andreas suscitauit. vt habetur in legenda. Tertius fuit ordo bigamorum quorum primus fuit Lamech: qui ex libidine duxit duas vxores. vt habetur Gene. iiij. Iste dehonestauit primitatem suam per peccatum luxurie. vt patet ibidem. Sed beatus Andre. reformauit istam primitatem. vt patet in Nicolao Sene. Et in matre requirente filium de luxuria. Et in muliere coniuncta homicide. vt habetur in legenda. Quartus fuit ordo principum et tyrannorum quorum primus fuit Nembroth. de quo dicitur Gen. x. Iste enim cepit potens esse in terra. et robustissimus venator: et omnium oppressor coram domino rc. Hic dehonestauit primitatem suam per peccatum iniusticie. quia primo fregit libertates iuris naturalis: vi rediges homines in seruiturem. Sed beatus An. reformauit istam primitatem quando ciuitatem patras ingressus occurrit Egee diten. Oportebat vt tu qui iudex hominum esse meruisti: iudicem tuum qui est in celis cognosceres: et agnitum coleres: et colendo animum a falsis dijs penitus reuocares rc. Ecce quomodo iesus vocauit Andream primitate conuersionis.

Secundo Jesus christus

vocauit an. ꝓ̄ximitate p̄dicationis. vñ Remi-
gius sup verbo ꝓposito dicit sic. Per duos
fratres: duo p̄pl'i designant᷑ q̄ ab vno deo pa
tre creati sunt: quos vidit q̄n eos misericordi
ter respexit. Per petrũ em̄ q̄ iterp̄retat᷑ agno
scens. ⁊ dr̄ Symon. i. obediens: designat᷑ iu-
daicus populus q̄ per legem dn̄m agnouit:
⁊ p̄ceptis eius obediuit. Per An qui interp̄
tatur virilis siue decorus intelligitur gentilis
p̄pl's qui post agnitionē dei viriliter in fide
p̄māsit. Hos ap̄l'os vocauit q̄n p̄dicatores
misit in mundũ. s. Pe. ⁊ An frem ei᷒. hec il-
le. In officio em̄ p̄dicationis andreas fuit p̄
mus. q̄ꝛ Primo mediator fuit inter xp̄m ⁊
gentiles. vnde Jo͞his. xij. dicit᷑ sic. Erāt autē
gentiles quidā ex his q̄ ascenderāt vt adora
rent in die festo. Hij ergo accesserũt ad Phi
lippum: ⁊ rogabāt eũ dicētes Dn̄e volumus
Jesum videre. Uenit philippus ⁊ dixit An
dree. ⁊ andreas dixit Jesu ⁊c. hec ibi. Fuit. n.
in hac mediatione velut portarius cũ Phi-
lippo de q̄bus dicit᷑. iiij. Regũ. vij. Fuerunt
portarij ⁊ nũciauerũt in palatio regis intrin-
secus. Secundo mediator fuit inter xp̄m ⁊
p̄pl'm iudaicũ. s. q̄n petrũ p̄ quē designat᷑ cir-
cũcisio ad Jesum vocauit: ⁊ ad eũ adduxit.
vt habet᷑ Johā. i. O q̄ꝫ petrus debet andreā
diligere: p̄ quē xp̄m meruit inuenire. O quā
ti meriti est andreas apud deũ: q̄ cõuertere
meruit p̄ncipē apostoloꝝ. Ecce quomō in of
ficio p̄dicationis fuit p̄mus tam quo ad iu-
deos q̄ꝫ etiam quo ad gentiles. Huius autē
p̄mitatis dignitas declarat᷑ in ordīe quadru-
p̄l'ici. Primo in ordine, diuinarũ p̄sonarũ:
vbi p̄sona p̄ris est p̄ma. q̄ꝛ alias p̄sonas mit
tit: ⁊ ip̄e a nullo mittit᷑. Sic bea. An. alios di
scipulos adducit ad xp̄m: ⁊ ip̄e a nullo eorũ
adducitur. Secũdo in ordine angeloꝝ: vbi
p̄mo creatus est lucifer. Job. iiij. Ipse est p̄n
cipium viarũ dei. cui collata est magna sapiē
tia. Juxta illud Ezech. xxviij. Tu cherub ple-
nus sapiā. Sic bea. andreas iter ceteros di-
scipulos fuit p̄mus ꝯsiliarius xp̄i. s. q̄n de tur
ba satianda xp̄us cũ eo ꝯsiliũ habuit vt ha
betur Johā. vi. Nā Philippus nō cōsidera-
bat. Andreas vero dei potentiam ⁊ miseri-
cordiā ꝓuocabat dicēs. Est puer vn᷒ hic ⁊c.
Quasi dicat. q̄uis hec dn̄e modica sint: ta-
men tu potes supplere qd̄ deest. Prouer. vi.
Amicus in domesticis fiducialiter agit.
Tertio in ordine visibilium creaturarũ: vbi
primo creata est lux. Gen̄. i. Et cũ xp̄s sit ve
ra lux: q̄ illuminat omnē hoīem venientē in
hunc mundũ. vt dicit᷑ Johan. i. Primus illu
minatus ab hac luce inter christi discipulos.
fuit btūs andreas de quo psal'. dicit. Amict᷒
lumine sicut vestimento. Quarto in ordine
dierum. quia prima dies creata fuit dies dn̄i
ca quā sanctificauit xp̄us sua natiuitate: re-
surrectione: ⁊ sp̄ũssancti missione. Sic beat᷒
An. p̄mo inter ceteros apostolos sanctifica-
tus est p̄ gratiā ⁊ charitatem. ideo vt dicitur
Eccle. xlviij. Uerba illius quasi facula arde-
bant. Unde fuit figuratus p̄ Jepte. de quo
dicit᷑ Judicũ. xi. Cepit primo cũ hostibus di
micare ⁊ ita obtinuit p̄ncipatum in populo
iudeoꝝ. Sic btūs andreas in ordine aposto-
lorum: p̄ fidei p̄dicationē dimicabat contra
inimicos crucis xp̄i: assumens gladiũ spirit᷒
qd̄ est verbũ dei: nō solũ cōtra iudeos: s̄ etiā
contra gentiles ⁊ paganos. Uñ xp̄s de bea.
An. dicit illud Esa. xlix. Parũ est vt sis mihi
seruus ad suscitandas trib᷒ israel: ⁊ feces Ja
cob cõuertendas: dedi te in lucem gentiũ vt
sis salus mea ab extremis terre. Et in euan-
gelio hodierno dicit. Uenite post me: faciã
vos piscatores hoīm. Sup quo Remigi᷒ di
cit sic. De his nāq̄ꝫ piscatoribus loq̄tur dn̄s
p̄dicens per Jeremiā ꝓphetam. Mittam in
vos piscatores meos: qui piscabuntur vos.
Piscatores ⁊ venatores sācti apostoli dicti
sunt. qui bene piscatores dicũtur: quia rethe
sancte p̄dicationis: pisces. i. hoīes de ꝓfundo
pelagi. i. infidelitatis ad lucē fidei traxerunt.
⁊ bene venatores dicũtur: quia latratu sācte
p̄dicationis ⁊ sagittis inuectiōis p̄secuti sũt
bestialiter in silua generis humani viuētes
⁊ ceperũt eos: ⁊ ad fidem xp̄i perduxerunt.
De his etiā psal. ait. Qui descendũt mare in
nauibus facientes operationes in aq̄s mul
tis. Isti sancti apostoli in nauibus. i. in eccle-
sijs descendunt mare. i. latitudinem gentili-
tatis: facientes operationes. i. signa ⁊ mira-
cula: in aquis multis. i. in populis. ⁊ Esa. Uo
labunt in nauibus alienigenarũ: mare simul
depredātes. i. ipsi volabunt in ecclesijs gen-
tium. ⁊ totiens mare depredati sunt quotiēs
sua doctrina aliquē ab amore mũdi. i. maris
abstraxerunt. ⁊ alibi idem ꝓpheta dicit. Cũ
arcu ⁊ sagittis ingredientur illuc. i. cum pote
state ⁊ predicatione ingredientur ad gentes
admirandi sunt isti predicatores ⁊ admirā-
da est istorũ piscatio. pisces cum capiuntur:
mox moriuntur. homines cũ capti sunt ver-

ho predicationis nõ mortui sunt: sed potius vivificati. hec ille. Beat⁹ ergo andreas tanq̃ bonus piscator: ⁊ fidelis p̄dicator in achaia cõsistens: totam eam ecclesijs impleuit ac populos ad fidem xp̄i cõuertit: vxorem quoq̃ egee. s. maximillam ad fidem xp̄i ꝯuertit ⁊ sacro baptismi fonte regenerauit. Ecce quomodo Jesus xp̄us vocauit An. p̄mitate p̄dicationis.

Tertio Jesus xp̄s vocauit

andream primitate perfectionis. Unde Remigius sup Math. dicit sic. Andreas interpretatur virilis. Sicut em̃ apud latinos a viro deriuat᷑ virilis: ita ⁊ apud grecos ab aner deriuatur andreas. Et bene hoc nomĩe decoratus est apostolus: qui ad predicationem Johan. agnum sequi ⁊ audire ⁊ videre curauit. Siue bene virilis dicitur: q꞉ ad vni⁹ iussionis vocem relictis omibus secutus est xp̄m ⁊ viriliter in mandatis eius perseuerauit. hec ille. Eius aũt perfectio patet ex eo ꝙ de numero duodenario apostoloꝝ fuit. Iste enim numerus designat perfectionem.

Primo quia constat ex duobus senarijs: ⁊ numerus senarius est numerus p̄fectus vt dicunt arthimetici. Secũdo quia implet figuras veteris testamenti. Unde Rabanus dicit sic. Duodenarius numerus per multas figuras in veteri testamento persignatus est per. xij. filios Jacob. per. xij. principes filioꝝ israel. per. xij. fontes viuentes in Helim. per xij. lapides in rõnali Aaron. per. xij. panes ꝓpositionis. per. xij. exploratores a Moyse missos. per. xij. lapides vnde factum est altare. per. xij. lapides sublatos de Jordane. per xij. boues qui sustinebant mare eneũ. In nouo etiam testamento. per xij. stellas in corona sponse. per. xij. fundamenta hierusalem q̃ vidit Johãnes. ⁊ per. xij. portas. hec ille.

Tertio q꞉ implet numeꝝ electoꝝ. Juxta illud Apocalip. vij. Ex om̃i tribu filioꝝ israel xij. milia signati: vbi singulas trib⁹ enumerat Qui numerus duodenarius in seipsum ductus. puta duodecies duodecim facit centuꝫ quadraginta quattuor. ⁊ quia mille designat statum beatitudinis. Ideo dicit Johannes ibidem. audiui numerũ signatoꝝ centũ quadraginta quattuor milia signati ⁊c̃. Quarto quia implet numerũ iudicantium cũ xp̄o in iudicio vniuersali. Juxta illud Math. xix. Sedebitis super sedes duodecim iudicãtes xij. tribus israel. Sed bea. an. in hoc numero fuit primus. Nec tamen solus: sed cũ Petro ad designandum perfectam consolationem. Unde Chryso. sup verbo ꝓposito dicit sic. Erant em̃ habitatione ciues: dilectione concordes: artificio pares: fraternitatis pietate ꝯiuncti. Ideo q̃ simul eos vocauit: ne tot homines cõiunctos: dissimilis vocatio separaret. hec ille. Sciendum ꝙ cognatio fraternitatis aliquãdo habet disparitateꝫ. sicut in Caym ⁊ abel. quorum vnus deo placuit: et alter nõ. vt pꝫ Gen̄. iiij. sicut in Isaac ⁊ Ismael. quoꝝ vnus hereditatem obtinuit: alter amisit. vt pꝫ Gen̄. xxi. sicut in Esau ⁊ Jacob quoꝝ vnus fuit deo amabilis. ⁊ alter odibilis. vt patet Malachie p̄mo. et talis nõ fuit cognatio andree ⁊ petri. quia licet ambo peccauerunt: abnegantes fidem xp̄i in passione Qm̃ oẽs relicto eo fugerunt. vt dicit᷑ Mat. xxvi. Tamen xp̄us in passione ꝓ eis orauit dicens. Pater in manus tuas comendo spiritũ meũ. i. omẽs qui mihi ꝑ charitatem ⁊ fidem sunt adhesuri. ⁊ hij sunt vnus spũs dei. p̄s. Qui adheret deo: vnus spũs est cum eo. ⁊ sic nulla imperfectio infidelitatis ⁊ malicie remansit in eis. Aliquãdo autẽ cognatio fraternitatis habet quandã paritateꝫ: sicut Ualerius maximus lib p̄mo dicit de duobus philosophis: qui fuerunt eodem die nati. eiusdẽ preceptoris: epicuri sectaꝫ secuti: patrimonij etiaꝫ possidendi. alendeq̃ schole cõmunione cõiuncti. eodemq̃ temporis vltima senectute extincti. ⁊ talis fuit cognatio andree ⁊ petri. Nam fuerunt ab eodem artificio vocati. scilicet a piscatione. vt patet in euangelio hodierno. Item fuerunt eidem officio deputati scilicet apostolatui christi. Unde dicitur Mathei. x. Elegit duodecim: quos apostolos nominauit. sciꝫ Symonem qui cognominatur petrus ⁊ andream fratrem eius.

Tertio fuerunt eodem priuilegio dotati sciꝫ miraculorum operatione. vnde dicitur ibidẽ Conuocatis duodecim apostolis. dedit eis potestatem spirituũ immundorum ⁊c̃.

Quarto fuerunt eodem genere martyrij mortificati. s. crucis. Jere xlvi. ambo pariter corruerunt. Sic ergo perfectio beati Andree est in duobus. s. in perfectione numeri duodenarij. ⁊ in perfectione charitatis designate per binarium. ⁊ hoc est Jesum xp̄m inuenire. Augu. sup Johan. dicit sic. Hoc est vere dñm inuenire: vera illius dilectiõe frui fraterne quoq̃ salutis curam gerere. Ille etenĩ perfecte conditoris sui ducatum sequitur. q꞉

etiam ꝓximi quantū valet habere comitatū
nititur. hec ille. Et sic patz quomodo xp̄s vo
cauit andream primitate perfectionis.

Quarto Jesus christus
vocauit btm̄ andreā ꝑmitate cōsummatiōis
Unde de ista ꝑmitate dicit̄ Nume. iij. Meū
est omne primogenitū. sanctificaui mihi q̄c
quid primū nascitur in israel. Cuius ratio po
nitur Exo. xxiij. Primitias frugū terre tue
deferes in domū dn̄i dei tui: vt benedicam
eis ⁊ auferam iniquitatez de medio tui. Sz
bea. An. fuit primogenitus in fide xp̄i. ideo
debebat sanctificari deo offerendo seipsum
in domo dn̄i: sicut fecit. Nam tres fuerunt a
postoli de terra xp̄i. scz Andreas: Petrus: ⁊
Philippus: quos xp̄s quasi primitias ad se
vocauit: ⁊ merito. Xp̄us em̄ erat agnꝰ in ara
crucis īmolandꝰ. Sic isti tres apostoli tanꝙ̄
agni erant in ara crucis īmolandi. Ceteri a
postoli erant oues lupoꝝ morsibus laniādi.
Math. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in
medio luporum. Et quia xp̄us erat agnus:
ideo pꝛꝰ collegit agnos ⁊ postea oues. Esa.
xl. In brachio suo leuabit agnos: ⁊ ī sinu suo
congregabit: fetas ipse portabit. ⁊ qꝛ beatus
andreas fuit primus agnus collectus a xp̄o
ideo quattuor circa eum fecit. Primo fecit
eum cōmilitonē suū. Nam xp̄us habuit cru
cem tanꝙ̄ equū: per quē contra demonē mi
litauit. Sic voluit beatus andreas equitare
sup equū crucis: ideo fecit eum cōmilitonez
suū. Hester. vi. Homo quē rex honorare cu
pit: debet sedere sup equū qui de sella regis ē.
Secūdo fecit eum assessorem suū nā xp̄us
habuit crucem tanꝙ̄ solium: in quo inter ho
minem ⁊ diabolū iudicio diffiniuit. Sic vo
luit beatus andreas in isto solio sedere. ⁊ iō
fecit eum assessorem suum. ij. Reg. xxiij. Da
uid sedet in cathedra sapientissimꝰ princeps
inter tres. i. xp̄us in cruce. inter Andreā Pe
trum ⁊ Philippū: quos in eadem consedere
fecit. Tertio fecit eum cōmensalem suū. nā
xp̄us habuit crucem tanꝙ̄ mensam in qua fi
deles reficit. Sic voluit btūs an. in eadē mē
sa sedere: ideo fecit eum cōmensalez suū. ps.
Parasti in conspectu meo mensam. Quar
to fecit eum sacrificium suū. Nam christꝰ ha
buit crucez tanꝙ̄ altare in quo se patri obtu
lit sacrificium in odorem suauissimū. Sic vo
luit btm̄ andream in cruce īmolari tanꝙ̄ sa
crificium odoriferum. Juxta illud quod can
tatur. Dilexit andream dn̄s in odorem sua
uitatis. vt patet in legenda. Quāuis autē
beatus andreas fuerit passus patibulū cru
cis sicut xp̄us: non tamen eo modo quo xp̄s
Nam christus fuit crucifixus rectus. qꝛ tanꝙ̄
caput obtinebat superiora: ⁊ vt respiceret mū
dum infra se: quem redimebat. Petrus fuit
crucifixus euersus: quia tanꝙ̄ alter ꝑnceps
obtinebat inferiora. ⁊ vt respiceret celum cu
ius claues tenebat. Andreas fuit crucifixus
transuersus: vt manū dexterā porrigeret ad
xp̄m: petens auxilium ascendendi in celum.
sinistram ad Petrum petens sibi aperiri re
gnum celorum. Ecce quomodo beatus An
dreas fuit vocatus a xp̄o primitate consum
mationis: hic per gratiam. tandem per glo
riam. Amen.

In festo sancti Nicolai episcopi ⁊ cōfesso
ris. Sermo. ij.

Non est inuentus si
milis illi: qui conseruaret legem
excelsi. Ecclesiasti. xliiij. Chryso.
de dignitate sacerdotali li. iij. dicit sic. Sacer
dotij aspice dignitatem. Agitur enim in ter
ra. sed officium celestibus negotijs cōtinet.
Non enī homo: nō angelus: nō archangelus
nō aliqua creatura. nō virtꝰ. nō ipse spūssan
ctus hoc munus instituit. sed ipse xp̄s. Atqꝫ
manētes in carne ministerio fungi prestitit
angelorum. ideo sapientissimū esse oportet:
⁊ perspicacem in omibus sacerdotem: ⁊ mil
le vt dicit̄: ex omni parte oculos apertos ha
bentem. qui non solum sibi: sed etiam toti po
pulo viuat. hec ille. Super quo moueo talez
questionem. Utrum beatus Nicolaus tāto
in amicicia dei fuerit sublimior: quanto in le
ge excelsi obseruanda fuit fidelior. Ad istā
questionem respondent duo doctores noui
testamenti. Primus est beatus Ambrosiꝰ
ī suo pastorali dicēs sic. Magna sublimitas
magnam debet habere cautelā: ⁊ honor grā
dis: grandi debet sollicitudine circūuallari.
Cui plus creditur: plus ab eo exigitur. sicut
scriptum est. Scienti legem et non facienti:
peccatū est grande. Et seruus sciens volūta
tem dn̄i sui si nō fecerit: vapulabit multum.
Sz sicut Senatorē clamis ornat. sicut agri
cultura rusticum. sicut barbarū arma. Nautā
nauigationis peritia. ⁊ singulos quosqꝫ opifi
ces operis sui qualitas: ipsos demonstrat a
ctores. Sic episcopū nō aliter ꝙ̄ episcopalis
operatio designat. vt ex bono ope magis ꝙ̄

professione noscatur: ⁊ plus meritis esse episcopus q̄ nomine noret. hec ille. Sic fecisse beatum Nicolaum eius hystoria declarat: et etiam et nomen: quia Nicolaus interpretatur victoria populi. ⁊ ipse multos populos vita ⁊ doctrina docuit: vicia ⁊ peccata vincere.

Secūdus est sanctus Thomas. iiij. sententiarum. dist. xxiiij. qui ponit q̄ ep̄us debet habere quattuor que maxime fuerunt in beato Nicolao. Primo ordinis perfectionem. Deus enim sua opera in sui similitudine ꝓducere voluit quantū possibile fuit: vt perfecta essent: ⁊ per ea cognosci posset. Ideo vt in suis operibus representaret. non soluz in se. s. ſm q̄ in se est: sed etiā ſm q̄ alijs influit hanc legē naturalem posuit omnibus: vt vltima per media perficerentur: ⁊ media ꝑ prima. vt dyonisius dicit. Et ne ista pulcritudo ecclesie deesset: posuit ordinem in ea: vt quidam alijs sacra traderent. suo modo deo in hoc assimilati. quasi deo cooperantes. sicut etiam in corpore naturali quedam membra alijs influūt: ⁊ sicut oīum naturalium perfectiones preexistunt exemplariter in deo. ita christus fuit exemplar omniū officioꝝ ecclesiasticorū. Unde vnusquisq̄ minister ecclesie quantum ad aliquid gerit typum xp̄i vt dicit magister sententiarū. li. iiij. dist. xxiiij. Et tamen ille est superior: qui ſm maiorem perfectionez xp̄m representat. Sacerdos autem representat xp̄m in hoc ꝑ seipsum aliqḋ ministeriū impleuit. Sed ep̄us in hoc q̄ alios ministros instituit ⁊ ecclesiam fundauit. Unde ad ep̄m pertinet mācipare aliquid diuinis obsequijs. quasi cultū diuinū ad similitudinem xp̄i statuens. Et propter hoc etiaz episcopus specialiter ecclesie sponsus dicit: sicut xp̄us. Sed beatus Nicolaus hanc ordinis perfectionem habuit. vt patet.

Secundo dispensationis gratificationem. Dei em̄ perfecta sūt opera: vt dicitur Deutero. xxxij. Et ideo cuicunq̄ datur potentia aliqua diuinitus: dantur ea per que executio illius potētie potest cōgrue fieri. Et hoc etiam in naturalibus patet: q̄ aīalibus dantur mēbra quibus potētie aīe possunt exire in actus suos. nisi sit defectus ex parte materie. Sicut autē gratia gratum faciens exigitur ad hoc q̄ homo digne sacramenta recipiat: ita etiam ad hoc q̄ homo digne sacramenta dispenset. iō sicut in baptismo ꝑ quez homo fit susceptiuꝰ aliorum sacramentorum. datur gratia gratū faciens: ita in sacramento ordinis per quod homo ordinatur ad aliorum sacramentoruz dispensationez. Sed quia beatus Nicolaus super plebē xp̄i cōstitutus erat gradu ordīs. ita superiorem se reddebat merito sanctitatꝭ ⁊ gratie gratum facientis.

Tertio vite sanctificationez. sicut em̄ Dyonisiꝰ dicit iij. ecclesiastice hierar. vt subtiliores ⁊ clariores essentie replere influxu solarium splendoꝝ lumen in eis superueniens ad similitudinē solis ad alia corpora vertūt. sic in omni diuino non est audendū alijs dux esse nisi ſm habitū suum factus deiformissimus et deo simillimus. Unde cū in quolibet ordine aliquis cōstituatur dux alijs in rebus diuinis: in quolibet q̄ si presumptuosius mortaliter peccat. qui cū cōscientia peccati mortalis accedit. ⁊ ideo sanctitas vite requirit ad ordinem de necessitate precepti. vnde Leuit. xxi. dicit. Homo de semine Aaron qui habuerit maculam nō offerat panes coraz dn̄o: nec accedat ad ministerium eius. Glo. dicit ꝑ maculā: omne peccatuz intelligitur. Et Hiero. dicit nō solū episcopi ⁊ p̄sbyteri ⁊ dyaconi debēt magnopere ꝓuidere: vt cunctum populuz cui presidēt sermone ⁊ conuersatione p̄cedant. verūetiā inferiores gradus ⁊ omnes qui domini oraculo deseruiunt. quia vehementer ecclesiam dei destruit: meliores esse laicos q̄ clericos. hec ille. Sed beatus Nicolaus ꝑ totam vitā suam sanctitatem studuit conseruare. vt pȝ.

Quarto scientie instructionem. In quolibet enim actu hominis si debet esse ordinatus: oportet q̄ assit directio rationis. Unde ad hoc q̄ homo ordinis officium exequatur oportet q̄ habeat tantū de scientia: quantuz sufficiat ad hoc q̄ dirigatur in actu illius ordinis. ideo talis scientia requiritur in eo: qui ad ordines promouetur nō q̄ vniuersaliter in tota scriptura sit instructus. sed plus et minus ſm q̄ ad plura vel pauciora eius officium se extendit. Et sic ad episcopum pertinet vt ea que difficultatez in lege facere possunt sciat. Ideo Malachie. ij. dicitur. Legem requirunt ex ore sacerdotis. i. Petri. iij. dicitur. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est fide et spe. Sed beatus Nicolaus supra corpus mysticum. id est supra ecclesiam constituendꝰ erat. Ideo scīa legis in eo fuit. Sciēs ꝑfectissime q̄ ppl's debebat credere: ⁊ obſuare de lege. verū q̄libet scīs in aliq̄ v̄tute eni-

tuit: in qua nullus sibi similis fuit: vt appareret sapiẽtia dei que in tãta varietate sanctoꝝ tantã posuit varietatẽ virtutũ: que licet nobis nõ sit cognita: deo tamen est nota. Si enĩ tanta est varietas in faciebꝰ hominũ nõ mirũ si tanta potest esse in aı̃abus. ꝛ quia btũs Nicolaus maxime excessit in operibꝰ miscdie. Juxta illud. Luce. vi. Estote misericordes. sicut pat̃ vester cele. mise. est. Ideo dicit̃. Non est inuentus similis ꝛc̃.

Non est inuentus similis illi.

In sanctificatione.
In generatione.
In nobilitate.
In educatione.
In perfectione.
In iustificatione.
In electione.
In conuersatione.
In emigratione.
In tumulatione.
In assumptione.
In miraculoꝝ operatiõe.

Primo non est inuẽtus

similis btõ nicolao in sanctificatione. Licet enĩ in vtero matris sanctificatꝰ nõ fuerit tamẽ mox natus sctũs fuit. Juxta illud psal. Dñe preuenisti eũ in bñdictionibꝰ dulcedinis. Intelligendũ: qꝛ quattuoꝛ modis aliqui sanctificat̃. Primo in vtero matris. sicut Johãnes baptista. Luce. i. Spũsancto replebit̃ adhuc ex vtero matris. Et ps̃. In te cõfirmatus sum ex vtero deventre matris mee. Secũdo natus ex vtero: sicut Nicolaus: q̃ spũssancti gratia ab vberibꝰ matris abstinebat. ps̃. Spes mea ab vberibꝰ mr̃is mee. Tertio in iuuẽtute: sicut Martinꝰ: q̃ in sua iuuentute deo seruire cepit. ps̃. Spes mea dñe a iuuẽtute mea. Quarto in senectute: sicut latro in cruce: dicẽs. Memento mei dñe dum veneris in regnũ tuũ. ꝛ xp̃us sanctificans eũ dixit. Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. vt dicit̃ Mat. xxvij. Talis autem cum nõ possit de suis meritis confidere ne proijciatur a dei misericordia debet orare psal̃. Ne pijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea. ne derelinquas me. In secundo modo sanctificationis non est inuentus similis Beato Nicolao.

Secũdo modo nõ est inuentus

similis beato Nicolao. In generatione. Fuit enĩ gratiose generatus ꝓpter q̃tuoꝛ. Primo ex parte vtriusqꝫ generantis Licet enĩ essent iuuenes tamẽ mox vt Nicolaus natꝰ est ꝯtinent̃ vixerũt. vnde erãt matrimonio iuncti nõ vt libidini deseruirent: sꝫ vt plez educandã ad dei seruitiũ generarẽt Sicut enĩ miraculũ fuit in natiuitate iohis bapti. ꝙ patri muto loquelã reddidit. Luce ij. Sic miraculũ fuit in natiuitate bti Nicolai: ꝙ vtriqꝫ parenti ꝯtinentiã deinceps impetrauerit. Secũdo ex parte geniti quo ad corpus. qꝛ ad vbera pendẽs: quarta ꝛ sexta feria ieiunabat. hoc aũt nõ fuit a natura. qꝛ tũc in oı̃bus paruulis idem ꝯtingeret semꝑ vel frequẽter. vt dicit̃. ij. phũi. Nec a casu: quia tunc feria a feria nõ distingueret̃. nec a proposito. qꝛ tũc vsum liberi arbitrij non habebat. Restat ergo ꝙ fuerit ex singl'ari dei dono. Job. viij. Pacatũ reddet habitaculũ iusticie tue. Tertio ex pte geniti quo ad animã: q̃ mox vt natꝰ est btũs Nicolaꝰ fuit habitaculũ spũssancti. Ephẽ. ij. In quo ꝛ vos coedificamini in habitaculũ dei in spũsancto. ꝛ statim cepit seruire deo. Eccl̃. xxiiij. In habitatione sancta corã ipso ministraui. Magnũ miraculũ fuit ꝙ iohẽs baptista q̃nquẽnis desertũ petierit. ꝛ ieiunare cepit. Sꝫ maius miraculũ ẽ ꝙ Nico. mox natꝰ carnẽ suaꝫ mortificauit. Ideo. iiij. Reg. ij. dicit̃. Affer te vas nouũ non vetustũ ꝛ mittite in illud sal. Quarto ex parte modi generandi. quia generatus est per orationẽ. Sicut enĩ ysaac per orationeꝫ abrahe genitus est. vt dicitur Geneß. xv. Et sicut samuel per orationem anne. vt patet. i. Reg. i. Sic parentes beati Nicolai deum exorauerunt: vt filiũ eis concederet. quem non tantũ diuitiarum. sed etiam moꝛum haberent heredem. i. Regũ. i. Pro puero isto oraui: ꝛ dedit mihi dominꝰ petitionẽ meam ꝛc̃.

Tertio non est inuentus

similis beato Nicolao in Nobilitatione. scḋm enim Grego. Nazãzenũ: nobilitas est quadruplex. Prima causatur ex carnis ꝓpagatione. scilicet cum quis ex nobilibus parentibus nascitur. Unde Bernardus in epistola ad magistrum Gualteruꝫ de celiomõte dicit sic. Genus clarum. corpus apertuꝫ. forma euidens: ingenium velox: eruditionis vtilitas. et moꝛum honestas. gloriosa quidem sunt. Hec ille. Hanc autem no

bilitatez habuit .B. Nicolaus. Unde dicitur de eo. Nobilissimis ortus natalibus velut lucifer Nicolaus emicuit. Secūda causat᷑ ex animi formatiōe. s. cum quis virtutib⁹ intendit. Unde Hieroni. in epistola dicit sic. Ille apud deum potior est: nō quē nobilitas carnis: nec dignitas seculi: sed quem deuotio fidei ꝛ vita sancta deo cōmendat. hec ille. Hāc nobilitatem habuit beat⁹ Nicolaus. de quo dicitur. Nobilis genere: sed nobilior fide.

Tertia causat᷑ ex legali adoptione. sicut ptz Exo. ij. vbi dicitur ꝙ filia Pharaonis moysen in filiū adoptauit. Hanc nobilitatē habuit btūs Nicola⁹ in dei filiū per spiritū sanctuz adoptatus. Roman. viij. Accepistis spiritum adoptiōis filioꝝ dei. In cui⁹ signū btūs Nico. pͥma die sue natiuitatis: duz balnearetur stetit erect⁹ in pelui. nō quidez virtute humana: sed potius diuina. Quarta causatur ex diuine imaginis impressione: ſm quā omnes hoīes sunt equaliter nobiles. de qua dicitur Actu. xvij. Ipsius em̄ genus sumus. Si ergo honoramus imaginez depictam: multo fortius honorare debem⁹ imaginē dei nobis impressam. Eccle. x. In mansuetudine serua aīam tuā: ꝛ da illi honorē ſm meritū suum. Ista imago in peccatorib⁹ intm̄ obfuscat᷑ ꝙ vix a deo cognoscitur. Math. xxv. Amen dico vobis: nescio vos. Hāc nobilitatē habuit btūs Nico. ꝑ mundiciā cordis: quā semꝑ cōseruauit. Prouerbio. xxij. Qui diligit cordis mundiciam: habebit amicū regem ꝛc̄.

Quarto non est inuētus

similis be. Nico. in educatione. Fuit em̄ gratiose educat⁹ quantū ad᷑ quattuor. Primo vt iuuenū lasciuias euitaret. Unde in legenda dicit᷑. Fact⁹ autē iuuenis: alioꝝ iuuenū deuitans lasciuias. Ecclesia xiij. Qui tetigerit picē inquinabit᷑ ab ea. Secūdo vt ecclesiaz frequētaret. Un̄ dicit᷑. Ecclesie sancte frequētans limina. ꝛ glo suꝑ Math. dicit. Ingressus vrbem Jesus templū adijt dans formā religionis: vt quocūqꝫ imus pͥmo domū orationis adeam⁹. Sic bea. Nico. faciebat tāꝙ verus discipul⁹ Jesu xp̄i ꝛc̄. Tertio vt verba dei libenter audiret: ꝛ seruaret. Unde dicitur. Quicquid de scripturis sācis audire poterat: armariolo cōdebat pectoris. Prouer. ix. Beatus qui audit me: ꝛ qui vigilat ad fores meas quotidie. Sic beatus Nicolaus faciebat vt haberet scientiam sanctoꝝ. Quarto vt corpus ieiunio maceraret. Unde dicit᷑ de eo. Beatus Nico. adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. Trenoꝝ. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum dn̄i ab adolescentia sua. Iste aūt portauit ab infantia sua ꝛ nunꝙ̄ illud dereliquit.

Quinto non est inuētus

similis bea. Nico. in perfectione. Unde Hieronym⁹ in ep̄la ad Theodorū monachū dicit sic. Si vis ꝑfectus esse tu qui perfectuz te esse pollicitus es. Quid aliud ꝙ̄ sectar⁹ es vitam. perfectus aūt seruus xp̄i. nihil aliud ꝙ̄ xp̄m habet. Aut si preter xp̄m aliud habet. perfectus nō est. hec ille. Hanc aūt perfectionem habuit bea. Nico. qui xp̄m imitari cupiebat. Juxta illud Luce. vi. Perfectus autem omīs erit: si sit sicut magister eius. Istā perfectionem habuit beatus Nico. in quattuor.

Primo in mulierū vitatiōe quas velut pestem fugiebat. Unde dicitur Ecclesꝭ xiij. De vestimentis ꝓcedit tinea ꝛ a muliere iniquitas viri. Secūdo in mundi despectione. vnde dicit᷑ de eo. Gloriā mūdi spreuit cū oblectaminibus suis. Jaco. iiij. Qui voluerit esse amicus seculi hui⁹: inimicus dei cōstituet᷑. Ex quo sequitur ꝙ btūs Nico. spernēdo mūdum. factus est amicus dei. Tertio in deuota orōne. vnde nō solū in die. ſ᷑ etiaz in nocte semꝑ orabat. ꝛ ad matutinas etiā dum esset laicus ibat. p̄s. Querite dn̄z. s. in orōne: ꝛ cōfirmamini: querite faciē eius semꝑ. Quarto in modesta conuersatione. Dicit em̄ Ambro. lib. de officijs sic. In senibus grauitas. in iuuenibus alacritas. in adolescentibus verecūdia cōmendatur. Nō est ergo mirū si beatus Nicolaus omibus se amabilē exhibuit quia habuit verecūdiā cū adolescentib⁹. Unde dicit᷑. Pudore bono replet⁹ ꝛc̄. Alacritatem cū iuuenibus. vnde dicit᷑ ꝙ erat alacer in exhortando. Grauitatem cū senibus. vnde dicit᷑. Et grauitatē in omnibus sectabatur. ꝛ sic patet ꝛc̄.

Sexto nō est inuentus si-

milis bea. Nico. in iustificatione. i. in. sanctitate vite. Un̄ Augusti. li. de vita xp̄iana dicit sic. Ille vere xp̄ianus est qui oībus misericordiā facit: qui nulla oīno mouet᷑ iniuria: q alienū tanꝙ̄ ꝓpriū sentit dolorē. cuius mensam nullus pauꝑ ignorat: qui corā hominibus inglorius habet᷑: vt corā deo ꝛ angelis eius glorie᷑: qui contēnit terrena vt possit habere celestia: q opprimi pauperē se pn̄te nō patit᷑.

Noe.vt patz. Abraham vidit gloriã huius incarnatiõis. quia vt dicit Geñ.xv. Eleuãs autẽ oculos abraham cũ occubuisset sol apparuit clibanus fumãs: ⁊ lampas ignis trãsiens ꝑ diuisiones illas. Per clibanuz fumãtem intelligit vterus virginalis sanctificat⁹ spiritusancto. Luce ꝑmo. Spũssanctus supueniet ⁊ vir.al.ob.tibi. Per lampadẽ intelligit xp̃us. Juxta illud Esa.vi. Saluator ei⁹ vt lãpas accendatur. ideo gauisus est abraham. Joh.viij. Abraham pater vr.ex.vt vi.di.m.vi.⁊ g.est. Isaac vidit gl'iam dñice incarnationis: quãdo egressus ad meditandũ ĩ agro inclinata iam die: accepit Rebeccam in vxorem Geñ.xxiiij. Et sancta mater ecclesia declarat hanc meditationem Isaac. ꝙ tunc cognouerit xp̃m incarnandũ dicẽs sic. Vergẽte mũdi vespere vti sponsus de thalamo. i. filius dei: egressus honestissima virginis matris clausula. i. vt desponsaret sibi in vnitatẽ suppositi naturã humanã. Jacob vidit gloriam diuine incarnationis quia vidit schalã super terrã: cuius caput pertingebat ad celũ: ⁊ dñm innixũ scale: ⁊ angelos dei ascendentes ⁊ descendentes ꝑ eam: ⁊ ait. Vidi dñm facie ad faciez ⁊ salua facta est anima mea. Geñ.xxviij. Per hanc scalaz intelligit humanitas xp̃i. cui diuinitas est cõiuncta angelorũ leticia ⁊c̃. Joseph vidit gl'iam dñice incarnationis: qñ exposuit somniũ pincerne pharaonis de tribus ꝓpaginib⁹ in vite dicẽs. Tres ꝓpagines tres adhuc dies sũt: post quos recordabitur pharao misterij tui. tũc restituet te in gradũ pristinuz. Geñ.xl. Tres dies sũt tria tempora. i. tempus legis naturalis tempus legis scripture. tẽpus legis grẽ. q̃ signãtur in tribus missis solennibus quas hodie celebrat ecclesia. In tertio tẽpore deus pater misertus est generi humano: cũ ip̃m restituit ad participandã gloriam diuinitatis in christo.

Tertio nos prophete spi-

ritusancto reuelante vidimus gl'iaz dñice incarnationis. vt patet. Moyses hanc vidit in Rubo ardente ⁊ non cõbusto. vt habetur Exo.iij. Per ignẽ figurat diuinitas. Juxta illud. Deus noster ignis consumens est. Per rubum figuratur virtus virginalis. Juxta illud. Rubum quẽ viderat moyses incombu. conser.agno.s.l.v.d.ge. Aaron hanc vidit quando ꝑcepit deus ꝙ singule tribus ponerent virgas suas super altare dei. Sola autẽ virga aaron sicca ⁊ arida floruit: fronduit: et fructuz amigdalinũ ꝓtulit. Nume.xvij. Per hanc virgã figurat beata virgo. Esa.xi. Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascendet ⁊ hoc nõ naturaliter sed virtute dei. Juxta illud. Non ex virili semine s.m. spi.v.d.f.c.f.ven.floruit. Gedeon hanc vidit in vellus quãdo apparuit pluuia descendẽs in vellus: terra nõ madefacta. pluuia. i. dei filius. descendit in vellere. i. in vterũ virginis. ps. Descendit sicut pluuia in vellus: terra nõ madefacta. i. virginitate incorupta. Juxta illud. Quando natus es ineffabiliter de virgine tunc implete sunt scripture. Sicut pluuia in vel.des.vt sal.fa.ge.hu. Josue hanc vidit in statione solis: qñ pugnans cõtra Gabaõ ait. Sol cõtra gabaon ne mouearis. ⁊ stetit sol spatio vnius diei in medio celi. Josue.x. Quia sol. i. est filius dei Malachie.iij. Orietur vobis timentibus nomẽ meũ sol iusticie Stetit in medio celi. i. in vtero virginali. ps. Suscepimus deus misericordiam tuã in medio templi tui. David hãc vidit: qñ in psal. dixit: Misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sunt. Naz in mysterio incarnatiõis xp̃i fuit vnio diuinitatis cũ humanitate: ⁊ vnio anime ⁊ corporis. Misericordia cõuenit diuinitati. ps. Misericors ⁊ miserator dñs. Ueritas humanitati. Johã. ꝑmo. Plenũ gratie ⁊ veritatis. Justicia anime xp̃i. Esa.lvi. Juxta est salus mea vt veniat ⁊ iusticia mea vt reueletur. Pax cõuenit corpori xp̃i. Esa.liij. Disciplina pacis nostre super eum. tunc autẽ misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi qñ diuinitas vnita est humanitati xp̃i tũc iusticia ⁊ pax osculate sunt: qñ anima xp̃i infusa est corpori xp̃i in quo fuit omnimoda pax: q2 nulla peccati cõtagio. qñ veritas i. corpus xp̃i: de terra: i. de maria virgine orta est. Sicut eñ primus adam de terra virgine operatione spũssancti subito formatus est. sic corpus christi de maria virgĩe spiritusancto operante mox formatũ est. Justicia vero. i. anima xp̃i de celo ꝓspexit. quia ab instanti creationis fuit perfectissime beata. ⁊ vidit deum intuitiue ⁊ beatifice. Salomon hanc vidit: quando dixit. Cãti.iij. Egredimini ⁊ videte filie syon regem Salomonem in dyademate quo coronauit eum mater sua in die despõsationis illius ⁊ in die leticie cordis eius. Sed vbicunq; in libro cantici. ponitur nomen Salomonis intelligend⁹ est ipse deus, vt dicunt doctores hebreoruz.

Synagoga autem nunq̄ vocatur mater dei in scriptura. sed sponsa: filia: amica: ꝛ virgo. vt patet Jeremie. xi. ꝛ. xxxi. Si ergo deus habet matrem ꝛ non ſm naturam diuinam. sequitur ꝙ habeat eam ſm naturam humanã

Esaias hanc vidit: quãdo ix. ca. dixit. Paruulus datus est nobis ꝛ filius natus est nobis ꝛ factus est principatus super humeruꝫ eius ꝛ vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliarius: deus fortis: pater futuri seculi princeps pacis. Sed hec auctoritas intelligit̃. de messia: vt patet per translationeꝫ caldaicã: q̄ dicit sic. Infans dat⁹ est nobis ꝛ recipiet sup se ad seruandum legem. ꝛ vocabitur nomen eius ante. admirabilis consilij: deus fortis ꝑmanens in secula seculoꝝ. Messias in eius diebus pax multiplicabitur. Et patet ꝙ loq̄tur de xp̄o. Jeremias hanc vidit: quando xxiij. ca. dixit. Ecce dies veniunt dicit dn̄s et suscitabo dauid germen iustũ. ꝛ regnabit rex ꝛ sapiens erit ꝛ faciet iudicium ꝛ iusticiaꝫ in terra. Et hoc est nomen quod vocabunt eũ. domin⁹ iust⁹ noster. Sed hec auctoritas loq̄tur de xp̄o. vt patet per translationeꝫ caldaicam: que dicit sic. Ecce dies veniunt dicit dominus: ꝛ suscitabo Messiam iustum. ꝛ hoc est nomen qḋ ipsi appellant eum. domin⁹ iustus noster. Et sic patet intellectus ꝛc̄.

Ezechiel hanc vidit: quando. xliij. cap. ait. Conuerti me ad viam porte sanctuarij exterioris que respiciebat ad orientẽ: ꝛ erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clausa erit ꝛ non aperietur: ꝛ vir non transibit ꝑ eam. quoniam domin⁹ deus israel ingressus est per eam. Augustin⁹ in quodã sermõe exponit hoc dicẽs sic. Quid est porta in domo domini clausa: nisi ꝙ virgo maria semꝑ erit intacta? Quid est vir non transibit per eam: nisi quia Joseph nõ cognouit eam? Quid ē dominus ingredietur ꝛ egredietur per eam? nisi ꝙ filius dei nascetur ex ea? Daniel hãc vidit: quando. ix. ca. ait. Septuaginta hebdomade abbreuiate sunt supra populum tuũ: ꝛ supra vrbem sanctam tuam: vt cõsumatur p̄uaricatio: ꝛ finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas: ꝛ adducatur iusticia sempiterna: ꝛ impleatur visio ꝛ prophetia ꝛ vngatur sanctus sanctorum. Per has hebdomadas intelliguntur. cccc xc. anni vt patet. Aggeus propheta hanc vidit: quando. ij. capl'o dixit. Adhuc modicum: ꝛ ego mouebo celuꝫ ꝛ terram mare ꝛ aridam ꝛ veniet desiderat⁹ cunctis gentibus ꝛ magna erit gloria dom⁹ isti⁹ nouissime: magis q̄ prime dicit dominus exercituuꝫ ꝛ cetera. Zacharias propheta hãc vidit: quando. ix. capl'o dixit. Exulta satis filia syon. iubila filia hierusaleꝫ. Ecce rex tuus venit sanctus ꝛ saluatoꝛ: pauper ꝛ sedens super asinam. Scd̃m glosas hebreorum super illud Canti. ꝑmo. Exultabimus ꝛ letabimur in te deo sancto benedicto. Predicta auctoritas zacharie: intelligitur de aduentu messie vt patet.

Quarto nos Judei vidimus gloriam dominice incarnationis.

Primo nos doctores legis dicentes cum Esaia. xxiiij. ca. A finib⁹ terre laudes iusti audiuimus gloriam iusti. Secretum meum mihi. secretum meum mihi. id est secretuꝫ generationis eternalis ꝛ temporalis filij dei. Itẽ in glosa nostra super illud Esaie vltimo. Anteq̄ ꝑturiret peperit. que dicit sic. Anteq̄ natus fuisset ille qui in seruitutem redegit vltimaꝫ: natus fuit saluatoꝛ. id ē ante natiuitatẽ Titi ꝛ Vespasiani: qui ciuitatem ꝛ templuꝫ destruxit: ꝛ populum captiuauit. in seruitutẽ subegit: vt patet per translationem caldaicã, que dicit. Adhuc non erat ei veniens angustia ꝛ adhuc nõ venerat ei doloꝛ propter partum: ꝛ reuelabitur messias. Sed doloꝛ ꝛ angustia partus exprimit calamitatem in obsidione hierusalem. Pastores viderunt hãc gloriam. Juxta illud Luce. ij. Pastores loq̄bantur adinuicem Transeamus vsq; Bethleem ꝛ videamus hoc verbum quod factum est quod dominus fecit ꝛ ostendit nobis. Et venerunt festinantes ꝛ inuenerunt Mariaꝫ ꝛ Joseph. ꝛ infantem positum in presepio. Super quo Beda in sermone dicit sic. Pastores quidẽ illi: felici gaudio festinarunt videre qḋ audierant. ꝛ quia ardenti amore q̄sierunt. continuo saluatorem quẽ quesierunt inuenire meruerunt. hec ille. Sic ergo viderunt. Symeon vidit hanc gloriam. Juxta illud Luce. ij. Et ecce homo erat in Hierusalem: cui nomẽ Symeon ꝛ homo iste iustus ꝛ timoratus: expectans consolationeꝫ israel. Super quo Augustinus in sermõe dicit sic. Multum senex iste fuit ad audienduꝫ serus: sed ad videndum maturus. Non expectauit vt videret xp̄m loquentem. quando vidit infantem. ꝛ hoc illi iam concessum erat decrepito: quasi desideranti ꝛ suspiranti ꝛ dicenti in orationibus suis. Quando veniet? Quãdo nascetur? Quando videbo? Putas durabo?

Putas me hic ìueniet? Putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi reuelabūtur? Dicebat ista quotidie in orationibus suis: ⁊ ꝓ desiderio suo accepit responsum: ꝙ non gustaret mortem nisi videret xp̄m domini. Hec Augustinus. Ideo dixit. Nunc dimittis domine ser. ⁊c. Anna propheterissa filia Phanuel de tribu asser: vidit hanc gloriaꝫ. Juxta illud Luce. ij. Et hec ipsa hora superueniens confitebatur domīo: ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptioneꝫ israel. Sic ergo ipsa vidit. Zacharias sacerdos pater Johannis baptiste vidit hanc gloriaꝫ dicens. Luce p̄mo. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. p̄ibis eñi ante faciem domini parare vias eius ⁊c. Usqꝫ oriens et alto ⁊c.

Helisabeth mater Johannis baptiste vidit hanc gloriam: dicens Luce p̄mo. Unde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Oēs isti clare viderunt.

Quinto nos apostoli vi

dimus gloriam dominice incarnationis. Juxta illud. Luce. x. Beati oculi que vident que vos videtis. ⁊ .i. Johannis primo. Qd̄ audiuimus: quod vidim⁹ oculis nostris quod ꝑspeximus: ⁊ manus nostre contractauerunt de verbo vite. hoc testamur ⁊ annunciamus vobis ⁊ hoc scimus quoniam cognouimus eum. et sic patet.

Sexto nos Pagani vidi

mus gloriam dominice incarnatiōis. In hodierna christi natiūitate. Job vidit hāc gloriam. Unde sanctus Thomas secunda secūde. questione. ij. articulo. vij. dicit sic. Multis gentilibus facta fuit reuel[illegible] de christo. vt pꝫ per ea que predixerunt. [illegible]am Job. ix. ca. dicitur. Scio ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in nouissimo ⁊c. hec Thomas. Qui tamen ꝓphetans de christo xxxi. ca. dicit sic. Vidi solē cuꝫ fulgeret: ⁊ lunā incedentem clare ⁊ letatū est cor meū in abscondito. Significans p solē diuinitatē: per lunā humanitateꝫ in xp̄o: que incessit clare. i. sine cōtagione vllius peccati. ⁊ quia hanc gloriam vidit: mente ⁊ spiritu letatus est ⁊c. Sibille etiam viderunt hanc gloriam de quibus sanctus Thomas ibidē dicit sic. Sibille etiam quedam prenunciauerūt de xp̄o. vt Augustin⁹ dicit. hec Thomas de quibus sigillatim videamus. Sibilla ꝑsica: vestita aurea veste cum velo albo in capite dicit sic. Ecce bestia conculcaberis ⁊ gignetur domin⁹ in orbem terrarum ⁊ gremiū virginis erit salus gentium. ⁊ pedes eius in valitudine hominū. Inuisibile verbuꝫ palpabitur. Sibilla Libica: ornata serto viridiuꝫ florum in capite: vestita palleo honesto: ⁊ nō multum iuuenis: dicit sic. Ecce veniet dies ⁊ illuminabit dominus condensa tenebrarum ⁊ soluetur nexus synagoge: ⁊ desinent labia hominum: ⁊ videbunt regem viuentium ⁊ tenebit illum in gremium virgo domina gentiuꝫ: ⁊ regnabit in misericordia. ⁊ vterus matris erit statera cunctorum. Sibilla Delphica que ante troiana bella ꝓphetauit. vestita veste nigra: ⁊ capillis circumligatis capiti: in manu cornu tenēs ⁊ iuuenis: dicit sic. Nascet̄ ꝓpha absqꝫ m̄ris coitu ex virgīe ei⁹. Sibilla Chimica in italia nata vestita celestina veste deaurata capillis per scapulas sparsis: et iuuenis: dicit sic. In prima facie virginis ascendet puella facie pulcra: capillis prolixa sedens super sedem stratam. puerum nutriēs. dans ei ad comedendum ius ꝓprium. i. lac de celo missum. Sibilla Eritrea in Babylonia orta: monachali veste induta nigro velo in capite: manu gestans gladium nudum: non multum antiqua: mediocriter facie turbata: habens sub pedibus circulum aureum ornatuꝫ stellis ad similitudinem celi: dicit sic. In vltima etate hu[illegible]liabitur deus. humanabitur ples diuina: v[illegible]tur humanitati diuinitas: iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabitur. Sibilla Samia a Samo insula iuuenis habens formosum pectus subtili velo capite cooperto. manum ad pectus tenens. ensem nudum sub pedibus habens: dicit sic. Ecce veniet diues ⁊ nascetur de paupercula: ⁊ bestie terrarū adorabunt eum clamabunt ⁊ dicent. Laudate eum in atrijs celorꝫ.

Sibilla Cumana que fuit tempore Tarquini prisci vestita aurea veste: librum apertum ⁊ altum in manu gestās: ⁊ librum in sinistra habēs super genu capite discoperto: dicit sic. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit ⁊ virgo redeunt saturnia regna. Jam noua progenies celo demittitur alto. Tu modo nascenti puero quo ferrea primuꝫ. Desinet ac toto surget gens aurea mūdo. Casta faue lucina tuus iam regnat apollo. Sibilla Hellespōtina in agro Troiano nata: vetula ⁊ antiqua veste rurali induta: ligata velo antiquo: capite sub gula circum-

uoluto vsq3 ad scapulas quasi despecto habitu dicit sic. De excelso celorum habitaculo prospexit deus humiles suos: et nascetur in diebus nouissimis de virgine hebrea in cunabulis terre. Sibila Phrygia induta veste rubea: nudis brachijs antiqua facie saturnina: crinibus sparsis per dorsum. digito indicans: dicit sic. Flagellabit deus potentes terre. Ex olimpo excelsus veniet et firmabitur consilium in celo. et annunciabitur virgo in vallibus desertorum. Sybilla Tyburtina non multum senex veste rubea induta: desuper ad collum pellē hyrcinam per scapulas habens: capillis discoopertis. breuem in manu tenens: dicit sic. Nascetur xp̄us in Bethleem annūciabitur in Nazareth, regnāte tauro pacifico fundatore quietis. O felix illa mater cuius vbera illum lactabunt

Sibilla Europa decora iuuenis: facie rutilans: velo subtilissimo ī capite ligata: induta veste aurea. breuem in manu tenens: dicit sic. Veniet ille et transibit mōtes et colles et latices olimpi. regnabit in paupertate et dominabitur in silencio et egredietur de vtero virginis. Sybilla Agrippa vestita rosea veste cum clamide rosea nō multū iuuenis: manū tenens in gremio quasi admirās et sinistram manū tenens ostendendo deorsum cum breue scripto dicit sic. Inuisibile verbum palpabitur. germinabit vt radix: siccabitur vt folium: non apparebit venustas eius. Circūdabitur aluus materna et flebit deus leticia sempiterna et ab hoībus cōculcabitur. Nascetur ex matre vt deus: et conuersabitur vt peccator. Homo quidam gentilis vidit hanc gloriam. Unde sanctus Thomas secunda sc̄de. q. ij. arti. vij. dicit sic. Inuenitur etiam in hystorijs Romanorum q̄ tempore Constantini augusti et hyrene matris eius inuentū fuit quoddam sepulchrū in quo iacebat homo aureā laminā habens in pectore in qua scriptū erat. Xp̄s nascetur de virgine et credo in eū. O sol sub hyrene et Cōstātini temporibus iterū me videbis. hec Thomas. Plures etiā gentiles viderunt hanc gloriā. Unde sctūs Thomas ibidē dicit sic Si qui tn̄ saluati fuerūt quibus reuelatio nō fuit facta: non fuerunt saluati absq3 fide mediatoris. quia et si non habuerūt fidem explicitā: tamen fidē implicitā in diuina prouidentiā, credentes deū esse liberatorē hominum s̄m modos sibi placitos: et s̄m q̄ aliquibus veritatē cognoscentibus ipse reuelasset s̄m illud Job. xxxv. Qui docet nos sup iumēta terre. Magi in oriente positi viderūt hāc gloriaz. iuxta illud Mat ij. Vidimus stellā eius in oriente et venimus adorare eū etc.

Septimo nos xp̄iani vidimus gloriaz dn̄ice incarnationis. Unde Maximus in sermone de natiuitate dn̄i dicit sic. Viderūt siquidē p̄res nostri magna innumeraq3 mirabilia opa dei. Celū illis angelicas escas rorauit. Lapis durissimus dulcia pocula ministrauit. Jordanis pp̄ter suum meatū in fontē retorsit. Validissimus hostiū murus tubarū strepitu corruit. Sol quoq3 cōmoratus in celo longiorez triūphanti populo diē p̄stitit. Hoc vero nullis antea seculis videre datū est vt vnigenitus altissimi quē trementes archāgelorum p̄ātes suscipiūt hominē se hominibus exhiberet: et carnē quā ab hoīe sumpsit in deū transformaret. hec ille. Certificatus est eīm homo de gloria natiuitatis xp̄i testimonio miraculoruz in quadruplici genere. Primo in corporibus celestibus. Naz circa solē apperuit circulus aureus. Apparuerunt etiaz tres soles q̄ postmodū in vnū redacti sunt. Apparuit insuper circulus aureus in cuius medio erat puella pueruz gestans in gremio. Apparuit preterea noua stella magis in oriente. Secūdo in elemētis. ignis nouus apparuit qui sodomitas cōsumpsit. Aer nouam claritatem induit cum nox in lucem versa est. Fons aque in oleum est conuersus. Terra nouam fecunditatem ostendit, cum vinee Engadi floruerunt et balsamū p̄duxerūt. Tertio in creaturis insensibilibus. tēplū pacis corruit. Statua Romuli cōfracta est. Ydola egypti subuersa sunt.

Quarto in creaturis cognoscentibus. Bos et asinus adorauerūt xp̄m in p̄sepio. Octauianus renuit vocari deus et xp̄m adorauit. Angeli collaudāt et p̄dicāt dei magnalia. Et sic totus mūdus exultat: vt dicē possit. Vidimus gloriam eius que nos saluabit in secula. Amen.

In festo sancti Stephani prothomartyris. Sermo. vi.

Stephanus plenus spūsctō vidit gl'iam dei Act. vi. et in ep'la etc. Btūs Augus. ī sermone huius diei dicit sic. Preclarus athleta dei vnctus spū dei. ad stadiū certamis p̄or cucurrit: et tantā victorie adeptus est gloriaz: vt prius

mus acciperet coronaz. Miles xpi fidelis: signifer martyrum fortis post xpm martyrij meruit principatũ. et cum ad crucis puenit signa priori de celo mittitur palma. hec ille.

Super quo verbo moueo talem questiõez. Utrũ beatus Stephan⁹ adhuc in carne viator: fuerit diuine essentie clarus contẽplator. Ad istam questionem respondent duo doctores noui testamenti. Primus est beat⁹ Augu. in sermõe huius diei dicẽs sic. O beata fidei officina: q̃ tm̃ exaltasti martyrẽ vt ipsam cõspiceret maiestatẽ. Ecce inquit video celos apertos: et Jesum stantẽ a dextris dei. patuit sedes dei: et sulcato aere: celorũ latera penetrauit. Uidet xpm: cõfitens xpm: moriturus p xpo: perrecturus ad xpm. Hec ille.

Secũdus est sanctus Tho. iiij. sniarũ. di. xlix. q. xlix. articulo. vij. In Rub. dicẽs sic. Cũ beatitudo sit vltimus finis rõnaliũ creature. status vie in qualibet rõnali creatura: est ille in quo a beatitudine deficit. Beatitudo autẽ cuiuslibet rõnalis creature cõsistit in visione dei p essentiam. Sed operatio delectabilissima in qua beatitudo consistit: oportet q̃ sit potentie disposite et perfecte ad dignissimuz obiectum. vt patet per phm. x. methaphi. Jdõ ad hoc q̃ creatura ratiõalis sit beata p visionem dei in essentia sua. oportet q̃ in hanc visionem sit potens per aliquam dispositionẽ sibi inherentem: quã dicimus lumen glorie. Sic autẽ nulla pura creatura in statu vie existens: videre potest deum per essentiam. Sz contingit aliquãdo diuina virtute q̃ aliqua res miraculose pducitur in aliquid: in qd̃ nullo modo põt per aliquas dispositiões sibi inherentes. Sicut q̃ virgo pariat: q̃ ignis in aqua comburat. Similiter potest miraculose fieri q̃ diuina virtute aliquis intellectus creatus non habens nisi dispositiones vie: eleuetur ad videndum deũ per essentiã nec tamẽ ex tali visione põt dici beatus simpliciter. sed sm̃ quid em̃. inquãtuz. s. cõicat in actu beati. Sicut etiã aliquod corp⁹ in statu grauitatis existens põt miraculose participare actum agilitatis vel impassibilitatis. Sicut de abacuch legitur Dañ. vlt. et de tribus pueris conseruatis in fornace. Danielis. iij. Nec tamẽ eorum corpora erant gloriosa. Jdõ nulla pura creatura in statu vie existens potest deum per essentiã videre. Sed deus potest facere q̃ videat adhuc in statu vie existens. hec Tho. Beatus stephan⁹ in carne viuẽs vidit gloriaz dei: aut oculo corporali: aut mẽtali. Si corporali: fuerunt quattuor miracula in illa visione. Primũ quia vidit celos apertos. cum sm̃ naturaz celuz nõ possit aperiri: nec diuidi: nec secari. Secundũ quia vidit Jesum: cum sm̃ naturam impossibile sit corpus glorificatum ab oculo mortali in sua gloria videri. Tertiũ quia vidit xpm stare a dextris. cuz em̃ corp⁹ xpi sit in celo empireo: videndo ipsum vidit vltra celum aereũ: sydereum: cristallinũ vsq3 ad empireũ. Jmpossibile autẽ est sm̃ naturam: vt oculus corporalis in tanta distantia videre possit. Quartum est quia vidit xpm cum virtute se iuuantem in certamĩe. Jmpossibile em̃ erat sm̃ naturam vt stephanus superaret tot inimicos ipm persequẽtes: nisi diuina grã fuisset adiutus. Sicut Sãpson vicit philisteos: virtute spiritussancti que designabatur in septem capillis ei⁹. vt dicitur Judic. xvi. Sic stephan⁹ plenus spiritusancto vicit iudeos. Si autẽ vidit oculo mẽtali qd̃ cõmuniter dicitur: sic dico q̃ videre potuit: quia habuit oculum mentis purificatum p fidem. Actuũ xv. Fide purificans corda eorũ. Jlluminatũ p sapientiã. ps. Reuela oculos meos: et cõsiderabo mirabilia de lege tua. Sanctificatum p gratiaz Math. v. Beati mundo corde: qm̃ ipsi deuz videbũt. Deificatum per spiritũ sanctũ. Job xxxviij. De longe oculi eius prospiciũt. Et hoc modo patet q̃ Stephan⁹ plenus spiritusancto: vidit gloriam dei vt dicit verbum propositum.

Stephanus plenus spiritu sancto: vidit gloriam dei.

- Per sanctificationem.
- Per electionem.
- Per visionem.
- Per orationem.
- Per dimicationem.
- Per passionem.
- Per impetrationem
- Per coronationem.
- Per glorificationem.

Primo beatus Stephanus vidit gloriam dei per sanctificationem. Unde Augu. in sermone huius diei dicit sic. Natus est xps in terris: vt stephanus nasceretur in celis. Jngressus est dñs mundũz: vt stephanus ingrederetur celuz. Altus ad humilia descendit: et humilis ad alta ascendit. hec ille. Sciendum q̃ inter xpi discipulos: stephanus fuit primus natus in celo. Et si-

ait xpus fuit primus natus in terris: sine vlla contagione peccati: aut originalis: aut actualis. Sic stephan⁹ fuit prim⁹ natus in celo inter xpi discipulos: sine vlla macula: sed cum perfecta sanctificatione. Apocalip. xiiij. Sine macula sunt ante thronū dei. Sanct⁹ stephanus natus est in celo quadrupliciter.

Primo ratione amplioris loci ad manendum. Sancti eñ q̄diu sunt in vtero ecclesie: habent locum arctum. q̄m terra exigua est & punctus. Sap. ij. Tanq̄ momentuz statere: sic ante te est orbis terrarū. Ideo exire appetunt vt recipiant locū amplum: de quo dicit Baruch iij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei: & ingens locus possessionis eius magnus & non habens finem: excelsus & immensus.

Secūdo ratiōe vberioris cibi ad vescendū. Sancti eñ q̄diu sunt in vtero ecclesie sunt i cōtinua esurie. ideo exire appetunt: vt sint in plena satietate ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Tertio rōne liberioris aeris ad respirandum. Sancti eñ q̄diu sunt in vtero ecclesie nō habent libertatem aeris. i. diuine refrigerationis: vt respirare possint. ideo exire appetunt. vt in dei eternitate respirēt. Unde cantat ecclesia. Inter sanctos & electos tuos resuscitati respirent. Quarto ratione maioris lucis ad videndū. Sancti eñ q̄diu sunt in vtero ecclesie: sunt in tenebris multiplicis ignorantie. ideo exire appetunt vt veniant ad lucem claritatis eterne. Apocalip. xxi. Claritas dei illuminabit illam. Ista q̄tuor sibi reseruata in celo beatus stephanus vidit: ideo de vtero ecclesie exire optauit. Uidit eñ celum apertum tanq̄ locū amplū ad manenduz. Uidit Jesum tanq̄ cibum ad vescendum. vidit dei dextram. tanq̄ beataz requiem ad respirandū. vidit gloriam dei tāq̄ eternam lucem ad videndum. et in his erat sanctificatio eius.

Secundo beatus stephanus

vidit gloriam dei per electionez. Unde Maxim⁹ in sermone huius diei: dicit sic. Hesterno die natalez habuimus dñi saluatoris hodie summe deuotionis. Hesterno quo redimimur ad p̄mium. hodie quo ꝓuocamur ad exempluz. Bene ergo hesterne solennitati festiuitas hodierna cōiuncta est. vt illa credentes eueheret ad vitam: hec ꝯfitentes duceret ad coronam. Omni ergo ecclesie beat⁹ Stephanus datus est ad profectuz. Adhuc laycus dyaconi meruit electionem: & leuita martyrij meruit principatum. In plebe adhuc positus erat: sed iam virtutibus eminebat. humilis erat loco: s; celsus fide. Hec ille.

Sciendum q̄ dignitas beati stephani fuit: q̄ ab apostolis fuit primus ordinatus. cuius dignitas apparet ex plenitudine spiritussancti que erat in eo. sed plenitudo est quadruplex. Prima est effluētie: que fuit in christo Johānis p̄mo. De plenitudīe eius nos omnes accepimus. Secunda est excellentie: q̄ fuit in beata virgīe: que pre omnibus sanctis excellentius gratiā accepit. Luce p̄mo. Aue gratia plena. Tertia est abundantie: q̄ fuit in apostolis qui spiritumsanctuz in abundātia receperunt. Actuū. ij. Repleti sunt omēs spiritusancto. Quarta est sufficientie: quaz habent omēs fideles. Luce. i. Zacharias pater eius implet⁹ est spiritu sancto. Ista quadruplex plenitudo declaratur ad similitudinem aque. Est enim quedam plenitudo fluminis: & ista est effluentie que fuit in christo Psal. Flumen dei repletum est aquis. Quedam fontis & ista est excellētie que fuit in virgine: que ad instar fontis semper fluit. Canticoz. iiij. Fons ortorum puteus aquarum viuentium: que fluunt impetu de libano. Quedam riuuli decurrentis: & ista est abundātie que fuit in apostolis. Unde postq̄ propheta dixit. Flumen dei repletum est aquis: statim subiunxit. Riuos eius inebriās &c. Quedam est vasis: & ista est sufficientie: que est plenitudo mensurata. iiij. Regum. iiij. Pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca & cetera. Beatus Stephanus habuit istam quadruplicem plenitudinem. Primo effluentie: in continua doctrine emanatione. Secundo excellentie in signorum & prodigiorum ampla operatione. Tertio abundantie in tam benigna inimicorum dilectione. Quarto sufficientie in operatione strenua fide recta: & dilectione syncera. Actuū. vi. Elegerunt stephanum virum. id est virilem. ecce operatio strenua: plenum fide: ecce fides recta: & spiritusancto. ecce dilectio syncera. Sic ergo beatus stephanus vidit gloriam dei per electionem &c.

Tertio beatus stephanus

vidit gloriam dei per visionem. Unde Augustinus in sermone huius diei: dicit sic. Judei malicia cecabantur. Stephanus viso dei filio sapientia illustrabatur. Sciendum q̄

in veteri testamento quattuor genera hoim viderunt maiestatem dei. Primo patriarche. Sicut Jacob in statu vie existens: vidit deum facie ad faciem. Unde dixit Gen. xxxij. Vidi dominu̅ facie ad faciem: et salua facta est anima mea. Hec enim apparitio no̅ fuit dormie̅do: sed vigilando. Nec tantu̅ audiuit vocem secum loquentis sed etiam figuram inspexit hominis tn̄. Unde dicitur q̄ apparuit ei vir etc. quem angelum intellexit. Et ad hanc eminentiam designandam dicitur q̄ vidit dominu̅ facie ad faciem. angelum dn̄m vocans. Secu̅do duces. sicut Moyses. de quo dicit Nume. xij. Palam et non p enigmata videt deum. ore enim ad os loquor ei. Unde Augustinus libro ij de trinitate dicit. Locutio illa que fiebat vocibus sic modificabatur: tanq̄ esset amici loquentis ad amicu̅.

Tertio reges. sicut Job qui dicit. xl. Auditu auris audiui te. nunc autem oculus meus videt te. prius enim no̅ fuit facta reuelatio ipsi Job: nisi per auditum loquentis non visi. Postmodum vero per visionem loquentis.

Quarto pphete. sicut Esaias q̄ dicit. vi ca. Vidi dominu̅ sedentem super solium excelsum et eleuatum: et plena erat om̄is terra maiestate eius. In nouo testamento etia̅ quattuor genera hominu̅ viderunt maiestatem dei. Primo Johan. bapti qui dicit Johannis p̄mo. Vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo: et mansit super eum et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem et manente̅ super eum. hic est qui baptizat in spiritusancto. et ego vidi: et testimonium perhibui. quia hic est filius dei. Secundo Petrus et duo filij zebedei. quando viderunt christum transfiguratum. vt dicitur Mathei. xvij. Tertio paulus. qui dicit. ij. Corinth. xij. Scio huiusmodi hominem raptum vsq3 ad tertium celum etc. Ubi dicit Glo. q̄ deus ostendit apostolo vitam: in qua videndus est in eternum.

Quarto Stephanus qui celum apertu̅ vidit: et gloriam dei conspexit: et Jesum glorificatum intuitus fuit. Unde dixit Actuu̅. vi. Ecce video celos apertos: et Jesum stantem a dextris virtutis dei. quod fuit magnu̅ priuilegium.

Quarto Beatus stephanus vidit gloriam dei per orationem.

Unde Fulgentius in sermone huius diei dicit sic. Stephanus vt nominis sui coronam mereretur accipere: charitate̅ pro armis habebat: et per ipsam vincebat. Per charitatem dei: seuientibus iudeis non cessit per charitatem proximi pro lapidantibus intercessit: p charitatem arguebat errantes vt corrigerentur: per charitatem proximi pro lapidantib9 orabat ne punirentur. Hec ille. Sciendum q̄ Beatus stephanus floruit quattuor virtutibus: quibus oratio sua meruit exaudiri.

Primo virtute castitatis et mu̅dicie. In cuius signum fuit constitutus custos viduaru̅ et mulierum. vt patet Actuu̅ vi. Et propter eius puritatem omnes qui erant in consilio intuebantur vultum eius tanq̄ vultum angeli stantis super illos. Secundo virtute veritatis et sapientie. Actuum. vi. Surrexerunt autem quidam de synagoga et cetera Usq3. non poterant resistere sapie̅tie et spiritui qui loquebatur. Tertio virtute fortitudinis et constantie. Actuu̅. vi. Stephanus plen9 gratia et fortitudine. Fortis enim est ille qui est impauidus contra bonam mortem. Quarto virtute benignitatis et patientie. quia persecutoribus non solum pepercit: sed etiam p ipsis orauit. Cuius benignitas apparuit in quattuor. Primo quia orando pro se stetit ora̅do p suis lapidatoribus genu flexit: quasi plus orationem quam pro ipsis faciebat. q̄ illam qua̅ p se fundebat: cupie̅s exaudiri.

Secundo quia pro ipsis maiori charitate: q̄ p se orauit cupiens eos co̅uerti: et a pena eterna liberari Un̄ Beda dicit. Pro se sta̅s orauit. p inimicis genu flexit: quia maior iniquitas maius supplicandi remediu̅ flagitabat. Tertio quia cum clamore et lachrymis pro eis orauit. Actuu̅. vij. Positus autem genibus. beatus stephanus clamauit voce magna. Unde Augustinus in sermone huius diei dicit sic. Beatus Stephanus dyaconus erat: euangelia legebat in quib9 inuenit scriptum. Diligite inimicos vestros: et orate pro persequentibus vos. Didicit legendo: perfecit diligendo. Judei lapidabant et ille orabat Illi cum furiose persequebatur. ille pacatus christum sequebatur. Illi lapides mittebāt: ille orationes premittebat: tanq̄ diceret. domine si isto modo occideris inimicos: quos postea facies amicos. Hec ille. Quarto q3 pro eis allegauit. dice̅s Dn̄e ne statuas illis hoc peccatu̅: quia nesciunt quid faciu̅t. Un̄

Maximus in sermone huius diei dicit sic. In persecutione positus pro persecutorib⁹ dñm deprecabat. atq3 in illa lapidu3 ruina quando alius obliuisci poterat: etiam charissimos suos: ille domino cōmendabat inimicos. Plus itaq3 tunc dolebat illoꝝ peccata ꝙ̄ sua vulnera. plus illorū impietatem ꝙ̄ suam mortem. Hec ille. Ecce quanta fuit benignitas eius pro inimicis suis exorando ꝛ cetera.

Quinto beatus stephanus vidit gloriam dei per dimicationē. Unde Maximus episcopus in sermone huius diei dicit sic. Siquid distare [illegible] martyres potest: precipuus videtur esse iste qui primus est. Mortem em̄ quam dignatus est Saluator p omnibus pati: hanc iste primus reddidit saluatori. hec ille. Sciendum ꝙ in veteri testamento: fuerunt quattuor genera martyrum. Primo de patriarchis. p̊mus fuit Abel de quo dicit Hiero. in omel. hodierna. De Abel nulla est ambiguitas q̊n hic sit: quem Caym frater suus occiderit. Justus autem non solum ex dñi nūc sententia. sed etiam ex Genesis testimonio cō probatur: vbi accepta a deo eius narrantur munera. Secundo de sacerdotibus: prim⁹ fuit Abimelech sacerdos: que3 occidit saul. vt habetur. i. Regū. xxij. Tertio de ꝓphetis: p̊mus fuit Zacharias filius Joiadis sacerdotis: quem occidit Joas filius Ochozie inter templum ꝛ altare. vt habet. ij. Paralipo. xxiiij. Et Hieron. in omel. hodierna idem dicit. Quarto de principibus militie primus fuit Judas machabeus. vt habet. i. Machab. ix. In nouo testamento fuerūt quattuor genera martyrum. Primu3 fuit sanctoru3 Innocentiū. Secundū fuit Jo. bapti. Marc. vi. Tertium fuit xp̄i. Math. xxvij. Quartū fuit sancti Stephani. Act. vij. Quare autem beatus Stephan⁹ dicatur primus martyr: sunt quattuor rationes. Prima est quia fuit primus martyrio coronatus post christum. Unde Aug⁹. in sermo. huius diei dicit sic. Fratres charissimi. Heri celebrauimus natalem quo rex martyru3 natus est mundo. Hodie celebramus natalem quo primicerius martyrum migrauit e mundo. Secūda ratio est quia fuit primus q̊ ex martyrio volauit ad celum Ceteri em̄ martyres ante ipsum descendebant ad lymbū. iste autē subito ascendit ad celum. Unde Fulgentius in sermo. huius diei dicit sic. Heri celebrauimus temporalē sempiterni regis natale. hodie celebramus triūphalē militis passionē. Heri rex noster trabea carnis indutus: de vteri virginalis aula egrediens: visitare dignatus est mundū. hodie miles de tabernaculo corporis egrediens triūphator migrauit ad celū. Ille sempiterne deitatis maiestate seruata: seruile cinctoriu3 carnis assumens: in huius seculi campū pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumētis ad celi palatium perhēniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne velatus. iste ascendit sanguine laureatus. ascendit iste lapidantibus iudeis: q2 ille descendit letantib⁹ angelis. hec ille. Tertia ratio est. q2 fuit primus pro fide christi mortuus. Qui em̄ fuerūt ante christu3: mortui sunt p lege veteri. Licet autē innocentes fuerint occisi ꝓpter christū non tamē ꝓpter fidē xp̄i quā lingua confiterent: sicut btūs Stephanus. Quarta ratio est. q2 baptism⁹ sanguinis primo in ipso habuit efficaciā: cum per ipsum aīa absoluatur a culpa ꝛ pena. sicut in baptismo fluminis. Sed in oibus martyribus precedentib⁹ istud martyriū nūꝙ̄ habuit talē effectū. cū oēs incurrerent penā dāni preter xp̄m: q a quo absolueret nō habuit. Uñ. B. Ste. recte fuit figuratus p Gedeonē q̊ fuit prim⁹ q̊ cepit cū hostib⁹ dimicare. vt pz Judic. vij. Habuit em̄ q̄tuor adiutoria ꝓpter q̊ tāꝙ̄ miles strenu⁹ fortissime dimicauit. Primo habuit grande exēplū: sicut si miles videret āñ se militē fortiter dimicārē. vñ vidit iesu3 stantē a dextris ꝟtut; dei. Sup quo dicit gl. Ne hō lapidātib⁹ dubitet in terra: de⁹ hō crucifixus apparet in glia. Et Heb. xij. Recogitate eū q̊ talē sustinuit aduersu3 se ꝯdictionē: vt nō fatigemini aīabus vr̄is deficiētes. Secūdo habuit grande spectaculū. q̄n vidit celos aptos. apertū em̄ fuit celū vt rex ꝛ tota curia celestis videret militē dimicantē. Miles aūt valde strenue dimicaret: q̄ a rege ꝛ a tota ciuitate se spectari cognosceret. i. Cor. iiij. Spectaculū facti sum⁹ deo ꝛ angelis ei⁹. Tertio habuit grande p̄miū sibi oñsum: q2 vidit glīam dei. Greg. Cōsideratio ꝛ spes premij minuit vim flagelli. Quarto habuit grande auxilium: quia vidit iesu3 stantem. Super quo dicit glosa. Quia stare est pugnantis vel adiuuantis: recte a dextris stare vidit. quē inter persecutores adiu-

ꝓtorem habuit. Miles eñ valde securꝰ esset qui iuxta se pugilē fortissimū haberet. Exo. xiiij. Dñs pugnabit ꝓ vobis ⁊ vos tacebitis Et sic patet pugna victoriosa eius.

Sexto beatus stephanus

vidit gloriā dei per passionē. quia passio eiꝰ fuit similis passioni xp̄i. vt dicit glo. quantū ad quattuor. Primo qꝛ sicut xp̄s: sic iste falsis testibus accusaꝶ. Secūdo qꝛ xp̄s extra portā patiꝶ. stephanꝰ extra ciuitatē lapidaꝶ Tertio qꝛ xp̄s ait tanꝙ filius patri. In manus tuas dñe cōmēdo spm̄ meū. stephanꝰ tanꝙ seruus ait. dñe iesu accipe spm̄ meuꝫ. Quarto qꝛ xp̄s ait. Pater ignosce illis delictuꝫ. stephanꝰ. Dñe ne statuas illis hoc peccatū. Unde Aug. in sermone huiꝰ diei dicit Orauit xp̄s ꝓ suis crucifixoribus. orauit ⁊ stephanꝰ ꝓ suis lapidatoribꝰ. Xp̄s ligno fixus orauit. ⁊ stephanꝰ stans spm̄ suuꝫ dño cōmendauit. fixoq̈ꝫ genu ꝓ inimicis vt amicus dñꝫ rogauit. Talia ergo in oroīs sue cōuiuio dño exhibuit: qualia in sui dñi mēsa comedit. hec ille. Fuit ergo passio eiꝰ satis conformis passioni xp̄i. vt patet.

Septimo beatus stephanus

vidit gloriā dei per impetrationē. Unī Aug. in sermone huiꝰ diei dicit sic. Deniq̈ꝫ vt noueritis quantū valuerit oīo sancti martyris: recurrite nobiscū ad illū adolescenteꝫ: qui oīm vestimenta seruabat ⁊ tanꝙ manibus omniū lapidabat. Cui dictū est. Saule saule q̄d me ꝑseq̄ris. Ob hoc q̄deꝫ debui ꝑdere te. sed stephanꝰ meꝰ orauit ꝓ te. Nam si martyr stephanꝰ nō sic orasset ecclīa paulum nō habuisset. Sed ideo de terra erectꝰ est paulus: qꝛ in terrā inclinatꝰ exauditꝰ est stephanꝰ. hec ille. Sic ergo ptꝫ ꝙ p̄destinatio potest iuuari precibꝰ sanctorum ⁊c̄.

Octauo beatus stephanus

vidit gloriā dei per coronationē. Habuit eñ quattuor dignitates quibꝰ merebatur quadruplicē coronaꝫ. Primo habuit dignitatem angelicā. Unde Aug. in ſmone huius diei: dicit sic. Beatꝰ qui in ipsa obluctatione pugnantis iam preferebat speciē resurgentis habēs intra se spm̄ sctm̄: os gestabat angelicum. hec ille. Ratione huiꝰ meruit coronam aureā inq̄tū fuit virgo incorruptus Eccli. xlv. Corona aurea sup mitram eius. Sicut eñ aurū est incorruptū: sic ⁊ ipsa virginitas. Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cum claritate: imortalis est eñ memoria illius. Secūdo habuit dignitatē propheticā qꝛ fuit plenꝰ spū sctō. ij. Petri. i. Spiritu sctō inspirati locuti sunt scti dei homines Ratione huiꝰ meruit coronā stellatā inq̄tū fuit p̄dicator lucidus. Dan. xij. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos: erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Tertio habuit dignitatē apostolicā qꝛ fuit discipulꝰ xp̄i. Ratione huiꝰ meruit coronā gēmatā inq̄tum fuit vir perfectꝰ. ps. Posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide p̄cioso. Lapis p̄ciosus habꝫ claritatē: soliditatē: ⁊ virtuositatē. Et significat visionē dei q̄ sanctos facit claros in aspectu dei, visione siue cognitione: solidos in permansione: ⁊ virtuosos in feruēti dei dilectiōe Quarto habuit dignitatē leuiticaꝫ ad quā ꝑtinet ministrare eucharistiā. Ratione huius meruit coronā roseā inquantū fuit sanguine purpuratus. Apoc. vij. Lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerunt in sanguīe agni ⁊c̄

Nono beatus stephanus

vidit gloriā dei per glorificationē. Eius aūt glorificatio apparuit in miraculis que in q̄druplici genere fecit. Primo quedā declarant eiꝰ potentiā. Ostendit eñ se habere potentiam sup quattuor elementa. Naꝫ in eiꝰ inuentione ignē quē demones excitauerāt in eos retorsit. Aer pluuiā destinauit. Tempestatem maris sedauit: terra tremuit. Secundo quedā declarāt eiꝰ mi̇ſicordiā. Nam quosdaꝫ sanauit in corpore: sicut fratrē ⁊ sororem a cōcussione membroꝝ ⁊ septuaginta infirmos a diuersis infirmitatibꝰ liberauit. Septem mortuos resuscitauit vt dicit Aug. li. xxi. de ciuitate dei. Tertio q̄dā declarant eius sapientiā. nam cōuertit paulꝫ Unde Aug. Quo processit stephanꝰ lapidibus trucidatꝰ illuc secutꝰ est paulus orationibus stephani adiutus. Quarto quedaꝫ declarant eiꝰ reuerentiā. Nam eiꝰ corpus in monte syon loco honorato translatū est. licet nunc rome quiescat vbi angeloꝝ voces audite sunt. Sic ergo beatus stephanus vidit gloriam dei. ad quam ⁊c̄. Amen.

In festo sancti Johannis apostoli ⁊ euangeliste Sermo. vij.

Ic eum volo. Johannis vlti. ⁊ in euāgelio presentis solēnitatis. Petrus de

f

mianus in sermone huius diei dicit sic. Hic est quẽ redemptor noster ad declarandũ sue diuinitatis essentiã quoddã quasi organuꝫ fecit atqꝫ vt hoc suppleret qđ ad tempꝰ ipse dñs dispensatiue ad tẽpꝰ suppresserat vicarium dereliquit: vt cuꝫ homĩes tanꝙ primo lactentes firmiora iam in via veritatis vestigia fixissent eos ad cognoscendaꝫ diuine noticie celsitudinẽ promoueret. hec ille. Super quo verbo moueo talem q̄stionẽ. Utrũ beatus iohannes maiori charitate fuerit a xp̄o dilectus: ꝙ petrus ad ecclesie regimen electus. Ad istam questioneꝫ respondent duo doctores ecclesie. Primus est Beda omelia hodierna q̄ dicit sic. Diligebat autẽ eũ iesus: nõ exceptis ceteris singularit̃ solũ sed pre ceteris quos diligebat familiarius vnũ quẽ speciali prerogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. hec ille.

Secundus est Petrus damianus in sermone huius diei dicens sic. Petrus petra. petra quoqꝫ factus est ⁊ iohannes: supra cuius fundũ totius ecclesie structura cõsurgit. Hoc beato iohanni dñs concessit in verbis qđ ⁊ petro contulit in miraculis: vt ⁊ iste altiora proferret ⁊ ille maioribꝰ choruscaret prodigijs. hec ille. Sciendũ ꝙ quadruplex est dilectio. Prima est que consistit in precordiali amore ⁊ ista vtrũqꝫ equalit̃ dilexit ambos enĩ dilexit affectione animi: qꝛ ambo apud deũ sunt equalis meriti. Secũda est que consistit in sapientiali preseruatione: ⁊ ista vtrũqꝫ equalit̃ dilexit: qꝛ nullis temptationibus diaboli: nullis perturbationibꝰ mundi nullis voluptatibꝰ carnis a xp̄i amore potuerũt euelli. Tertia est que consistit in familiaritatis ostensione: ⁊ ita magis dilexit iohannẽ ꝙ petrum: qꝛ maiora signa familiaritatis ei ostendit. ⁊ hoc pateꝫ quadruplici signo. Primũ signum est: qꝛ supra pectus xp̄i recubuit. Unde Ysido. lib. de obitu sanctoꝝ dicit sic. Johannes aplus ⁊ euangelista virgo est electus a dño ⁊ inter ceteros magis dilectꝰ. qui etiaꝫ supra pectꝰ dñi magistri recumbẽs: euangelij sui fluenta de ipso sacri dominici pectoris fonte potauit: ⁊ quasi vnꝰ de paradisi fluminibꝰ verbi dei gratiam in toto orbe terraruꝫ diffudit. hec ille. Pectus xp̄i erat mensa celestis: in qua sunt delitie angeloꝝ. gazofilatiũ in quo sunt thesauri oĩm scientiarũ. ⁊ fons diuinus in quo sunt oĩa dona ⁊ gratie dei. Quando autẽ famelicus sedet ad mensam delitiarũ valde saturatur. Quãdo egenꝰ intrat gazofilatiũ thesauroꝝ valde ditatur. Quãdo sitibũdus peruenit ad fontẽ amenũ valde repletur ⁊c. Beatus iohãnes recumbendo super pectus dñi: sedit vt famelicꝰ ad mensam angeloruꝫ ideo fuit plene satiatus. Intrauit tanꝙ egenus gazofilatium oĩm scientiarũ. ideo fuit valde ditatus. Peruenit vt sitibundus ad fontẽ oĩm gratiarũ. ideo fuit valde repletꝰ. Ista tria tangunt̃ Eccli. xv. Cibauit illũ dominus pane vite ⁊ intellectꝰ. ecce qualit̃ famelicꝰ est pastus. aqua sapientie salutaris potauit illum. ecce qualiter sitibũdus est potatus. iocunditatẽ ⁊ exultationẽ thesaurizauit super eum. ecce qualiter egenꝰ est ditatꝰ. Ideo Petrus damianꝰ in sermone huius diei dicit sic. Hanc autẽ supereminentẽ diuine scientie gratiaꝫ ex illo celesti gazofilatio in quo sunt oĩes thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽtie dei absconditi traxit. ⁊ nõ immerito vt qui carnis sibi amputauit illecebras: celestium epularũ delitijs frueretur: ⁊ illuc acie mẽtis attingeret quo non ꝓpheta: nõ patriarcha: non deniqꝫ quisꝙ ab ipo mundi primordio cognoscitur aspirasse. hec ille. Secundum signum est. quia xp̄us sibi proditorẽ ⁊ nõ alteri reuelauit. Unde Petrus damianꝰ vbi supra dicit sic. In cene conuiuio ait iesus. vnus ex vobis me tradet. Aspiciebãt ergo ad inuicẽ discipuli hesitãtes de quo diceret. Innuit iohãni symon petrꝰ ⁊ dixit ei. Quis est de quo dicit: Johanni mox respondit dominꝰ. O incomparabilẽ virũ profert verbũ in mediũ: ⁊ totꝰ tacet senatꝰ apostoloꝝ: tacet lingua que facta est clauis celorum. silet andreas qui ipi fratri ad fontẽ vite preuius fuit. Non p̄sumit os aperire philippus qui dum patrẽ sibi poscit ostendi profunda misteria indiuidue diuinitatis audiuit. Johannes condiscipuloꝝ in se persona suscepta cõsultor accedit. hec ille. Tertium signum est quia xp̄us matrẽ suam sibi recõmendauit. Unde Ysido. lib. de obitu sanctoꝝ dicit sic. Johãnes in loco xp̄i christo iubente successit dum suscipiens matrẽ magistri. discipulꝰ par post xp̄m quodãmodo derelictꝰ est filiꝰ. Et Petrus damianꝰ vbi supra dicit sic. Nec mirum si iohanni vicẽ suã delegauit quẽ ad custodiendaꝫ matrem quasi alterum filium loco sui supposuit. cõmiserat petro dñs claues ecclesie: delegauit iohanni custodiã marie. Maria mater xp̄i: ecclesia matꝛ christianorum. dicit dñs petro. Tibi dabo claues ⁊c.

gni celoꝝ. Nunquid beata maria celuz non fuit in cuius vtero tota diuinitatis plenitudo ꝑmansit. Hic archangelo gabrieli ad custodiam matris dn̄i socius est datus: vt ille intactam ꝟginem inuisibiliter custodiret. ⁊ iste forinsecus fragilitati feminee obedientie sue ministeriuz exhiberet. Quantoq3 familiarior cum matre verbi conuersat: tanto vicinior verbo inuenitur. Et quoniā ab ipa veritate marie dictus est filius quadā speciali gratia frater est saluatoris. hec ille.

Quartū signum est, quia magnis gratijs ipm̄ dotauit. magnā gratiam reputauit sibi Esayas quādo deus fecit ipm̄ ꝓphetam suum. Jacob⁹ quādo fecit ipm̄ apostolū suuz Matheus quādo fecit ipm̄ euangelistā suum. Laurentius quādo fecit ipm̄ martyrē suum. Augustin⁹ quando fecit ipm̄ doctorem suuz. Agnes quando fecit ipam virginem ⁊ sponsam suam. Sed in iohanne cuncta ista reperiuntur. Unde petrus damianus in sermone huius diei dicit sic. Quid in virtutibus: quo incomparabiliter non excellat. Apostolus siquidem est in epistolis. euangelista in euangelio propheta in apocalipsi. martyr vtiq3 etiam fuit. ⁊ quo ceteris apostolis in carne prolixius mansit. eo durioris martyrij tormenta sustinuit. hec ille ⁊c̄. Quarta dilectio est que consistit in donorum exhibitione. ⁊ ista magis dilexit petrum: quia maiora dona sibi concessit. Nam principem apostolorum eum fecit. suum vicarium dereliquit, claues regni celorum sibi dedit. eum sequi per crucis misterium voluit. Christus curam ecclesie commisit petro. curam discipuli commisit matri dicens. Mulier ecce filius tuus. Magnum est. esse in cura vicarij dei. id est petri. Maius est esse in cura matris deitet quia post christum sic fuit Johannes in cura beate virginis. ideo dicit christus. Sic eum volo ⁊c̄.

Sic eum volo.

- Generari
- Uocari.
- Conseruari.
- Illuminari.
- Inflammari.
- Flagellari.
- Tumulari.
- Glorificari.
- Reuelari.

Primo christus voluit

beatum iohannem sic generari. Nam in sua generatione collata est ei magna gratia. sc3 vt nasceretur de stirpe regia Dauid: in quo fuit omnis natio benedicta per christum. Istud patet. nam Joachim accepit vxorem nomine Annam: que habuit tres viros. sc3 Joachim: Cleophā: ⁊ Salome. De ioachī habuit vnicam filiam. sciz beatam virginez quam dedit nuptui Joseph: que genuit christum. Mortuo Joachim accepit Cleophā fratrem Joseph: ⁊ genuit ex eo aliam filiā quam similiter mariam vocauit. ⁊ Alpheo postmodum in coniugem sociauit. Hec autem maria ex alpheo viro suo quattuor filios genuit. sc3 Jacobum minorem ⁊ Joseph iustum qui ⁊ barsabas dicebatur: Symeonem. ⁊ Thadeum. Mortuo secundo viro anne. tertium accepit nomine Salome: ex quo aliam filiam genuit nomine mariam. ⁊ Zebedeo in coniugem tradidit. Hec autem maria ex zebedeo viro suo duos filios genuit. scilicz Jacobum maiorem ⁊ Johannē euangelistam. Et sic in ista genealogia Johannes habuit auiam sanctam: matrē sanctam: duas amitas sanctas: ⁊ quattuor consanguineos sanctos. Unde de ista progenie dicit psalmista. Hec est generatio querentium dominum. Et cum christus fuerit de tribu iuda regali. sequitur ꝙ beatus Johannes fuit de eadem tribu ⁊c̄.

Secundo christus voluit

beatum iohannem sic vocari. Nam in sua vocatōne collata est ei gratia quadruplicis priuilegij. Primo quia fuit vocatus iunior. Magis enim gratum est deo cum quis incipit seruire ei in iuuentute ꝙ̄ in senectute. Sed iohannes erat iunior petro. vt dicit Johis vlti. Cum autem senueris alius te cinget ⁊c̄. Secundo quia fuit vocat⁹ innocentior. Maioris em̄ gratie est preseruari a lapsu ꝙ̄ post lapsum reparari. vt patet in beata virgine ⁊ magdalena. Sed iohānes fuit innocens ⁊ petrus lapsus est. Juxta illud Luce. v. Exi a me dn̄e quia homo peccator sum. Tertio qꝛ fuit vocat⁹ velocior. Petrus em̄ anteꝙ̄ vocaret a xp̄o fuit ꝑdicat⁹ a iohāne baptista ⁊ ab andrea. vt pꝫ Joh. i. Sed iohānes subito vocat⁹ xp̄m secut⁹ est.

Quarto qꝛ fuit vocat⁹ difficilior. petr⁹ em̄ dimisit sola rethia: iohannes aūt dimisit patrē ⁊ rethia vt daret exēplū ꝟtutis adolescētibus: vt relictis parentib⁹ xp̄m sequerent.

Tales em̄ xp̄us diligit. vt dicit Math. xix. Sinite paruulos venire ad me: quib⁹ man⁹ imposuit τ eis benedixit. Nunq̄ em̄ alicui se ni tales caritias ostendit. Sufficit senib⁹ φ a xp̄o regant. iuxta illud. Senex puerū portabat: puer aūt senē regebat. etiā φ ab ipso non proijciant. ps̄. Ne proijcias me in tp̄e senectutis τc̄. Et φ ab ip̄o nō derelinquant ps̄. Et vsq₃ in senectā τ senium deus ne derelinquas me. τ sic patet.

Tertio xp̄s voluit beatuz

iohannē sic cōseruari. sc₃ in purissima v̄ginitate. Unde Petrus damianus in sermone hui⁹ diei dicit sic. Beat⁹ iohānes artissime se in sui dilectoris amore cōiunxit. propter quē ɜiugalis thori federa abdicauit. Unde diuinit⁹ cōcessum est illi vt qui primus erat in redemptoris amore precipuus fieret in fraterna charitate. hec ille. Sciendū φ beatus iohānes fuit vocat⁹ de nuptijs sm̄ Hierony. in quib⁹ xp̄us fecit primū miraculum in quo fuit ei collata gratia consecrate virginitatis. Nam in sacramēto matrimonij fuerunt cōsecrate quattuor virginitates. Primo virginitas beate marie que fuit desponsata ioseph. Secundo virginitas sponsi sui: q2 nō decebat tantā v̄ginē nisi v̄gini desponsari: vt esset matrimoniū summe gratū. Tertio virginitas xp̄i que fuit consecrata ex sacramento incarnationis in quo humanitas fuit desponsata verbo inseparabiliter. Quarto virginitas iohannis euangeliste quē xp̄s permisit contrahere matrimoniuz vt in tanto sacramento virginitas eius consecraret sicut τ matris. Sicut em̄ sacramentum confessionis perficit virtutē penitentie sic sacramentū matrimonij virtutē virginitatis. Unde fuit figurat⁹ per ioseph cui post temptationē virginitate seruata dedit dn̄s gratiam in conspectu principis. Gen̄. xxxix. Et sic xp̄s voluit conseruari virginitatez iohannis euāgeliste. vt patet.

Quarto xp̄s voluit beatū

Ab Act. vij. Accepistis legē in dispositiōe āgeloꝝ. Gētiles vō ꝛ maxīe astrologi ɔsueiſūt stellarū curſ⁹ inspicē. Et iō iustis. s. simeoni ꝛ āne mā̄ifestata ē xp̄i natiuitas p̄ interiorē instinctū sp̄ūſcī. ſm illud Luce. ij. Rñſum accepit symeon a sp̄ūſcrō nō vi. semor. nisi pri⁹ vide. xp̄m dñi. Pastorib⁹ āt ꝛ magi tā℥ reb⁹ corpalib⁹ dedit mā̄ifestata ē xp̄i natiuitas p appitiōes visibiles. ꝛ qꝛ natiuitas nō erat pure terrena: ſ q̄dāmō celestis: iō p ſiḡ celestia vtrisq₃ natitas xp̄i manifestat. vt ei Aug. dic̄ in ſmo. de epypha. Celos āgeli hītāt ꝛ sydera ornāt. vtrisq₃ ḡ celi enarrāt glīa₃ dei. Rōnabilr āt pastorib⁹ tā℥ iudeis apō q̄s freq̄nt facte sūt appitiōes āgeloꝝ reuelata ē natiuitas xp̄i p angelos. Magi āt assuecti i ɔsideratōe celestiū corpoꝝ mā̄ifestata ē p signū stelle. qꝛ vt dic̄ Criſ. Per ɔsueta eos dñs vocare voluit eis ɔdescēdēs. Scda rō ē. qꝛ vt Greg. dic̄. Judeis tā℥ rōe vtētib⁹ rōnale aīal i. āgel⁹ p̄dicare debuit. Gentiles vero qui vti rōne nesciebant ad cognoscendū deū non p vocē: ſ p signa pducunt. Et sicut dñm iā loquentē annūciauerūt gentib⁹ predicatores loquētes: ita eū nondū loquentē elementa muta pdicauerūt. Tertia rō est. qꝛ vt Aug. dic̄ in sermone epyphanie. Abrahe innumerabilis erat pmissa successio. nō carnis semie sed fidei fecunditate generāda. ꝛ ideo stellarū multitudini est cōparata vt celestis pgenies speraret. Et ideo gētiles in syderib⁹ designati ortu noui syderis excitant vt perueniant ad xp̄m. per quē efficiuntur semen abrahe. Quarta rō est. qꝛ sicut dicitur in libro questionū noui ꝛ veteris testamenti. Magi illi sequebant traditionē Balaam: qui dixit Nume. xxiiij. Orieī stella ex iacob Uñ vidētes stellā extra ordinē₃ mūdi: hāc esse intellexerūt quā Balaā futurā indice₃ regis iudeoꝝ pphetauerat. hec Tho. Et sic p₃ rō qualiter xp̄s voluit manifestare sua₃ natiuitatem magis per stellā. Circa quā videnda sunt quattuor. Prīo de materia ei⁹ Scdo de forma. Tertio de efficiētia. Quarto de fine ipius ꝛc̄. Quantū ad materiam hui⁹ stelle sciendū q hec stella q̄ magis apparuit nō fuit vna de celestib⁹ stellis ab initio creatis. Uñ Aug. in lib. ɔ faustū dicit. Nō ex illis erat stellis q̄ ab initio itinerum suoꝝ ordinē sub creatōnis lege custodiunt. sed nouo virginis ptu nouū sydus appuit Et scūs Tho. iij. pte. q. xxxvi. arti. vij. dicit sic. Sicut Criso. dicit super Math. Q illa stella q̄ magi appuit nō fuerit vna celestiu₃ stellarū multipliciter manifestu₃ est. Prīo quidē qꝛ nulla alia stellarū hac via incedit. Nec eñ stella ferebat a septentrione in meridiē. Ita eñ iacet iudea ad persidem vnde magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tempore. Non solū eñ apparebat in nocte sed etiā in media die. quod non est virtutis stelle: sed nec etiā lune. Tertio quia quādoq₃ apparebat ꝛ quando q₃ occultabatur Cū eni₃ intrauerunt hierosolymā occultauit seipsam. Deinde vbi herodē reliquerūt monstrauit seipsam. Quarto quia nō habebat continuū motū. sed cū oportebat ire magos ibat. quando aute₃ oportebat stare stabat. Sicut ꝛ de columna nubis que erat in deserto. Quinto quia non sursum manens partū virginis demonstrabat. sed deorsum descendens hoc faciebat. Dicit eni₃ Mathei ij. q stella quā viderant in oriente antecedebat eos vsq₃ dū veniens staret supra vbi erat puer Ex quo patet q verbū magoru₃ dicentiū. Uidimus stellā eius in oriente. non est sic intelligendū quasi ipis in oriente positis stella apparuerit existēs in terra iuda. sed quia viderunt eā in oriente existentē ꝛ precessit eos vsq₃ in iudeam q₃uis hoc a quibusdā sub dubio relinquat. Non aūt potuisset distincte domū demonstrare nisi esset terre vicina. Et sicut ipe Crisosto. dicit. Hoc non videtur propriu₃ esse stelle: sed virtutis cuiusdā rationalis. Unde videtur q hec stella virtus visibilis fuisset in talē apparentiā transformata. Unde quidā dicunt q sicut spiritusſanctus descēdit super dominū baptizatū in specie columbe: ita apparuit magis in specie stelle. Alij vero dicunt q angelus qui apparuit pastoribus in specie humana apparuit magis in specie stelle. Probabilius tamen videtur q fuerit stella de nouo creata. sed in aere vicino terre que ſm dei voluntatē mouebatur. Unde Leo papa dicit in sermone epyphanie. Tribus magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit: que illustrior ceteris pulchriorq₃ syderibus in se intuentiū oculos animosq₃ conuerteret vt confestim aduerteretur nō esse ociosum quod tam insolitū videbatur. Vnc⁹ſq₃ Tho. vbi supra.

Quantū ad formā sanctus Tho. eadē. q. arti. v. dicit sic. Sicut Criso. refert. in q̄buſdā scripturis apocriphis legitur q quedā

gens in extremo oriētis iuxta oceanū quā
dā scripturā habebat ex nomine Seth. de
hac stella ꝛ muneribꝰ eiꝰ offerendis q̄ gens
diligēter obseruabat huiꝰ stelle exortū: posi
tis exploratoribꝰ .xij. qui certis tēporibꝰ de
nocte ascēdebāt in montē. In quo postmo
dū viderūt eā habentē in se quasi paruuli
formā: ꝛ super se similitudinē crucis. Hec
Tho. Et sic patet ꝛc. Quantū ad efficiē-
tiā istius stelle sciendū ꝙ vt sctūs Tho. iij.
pte. q. xxxvi. arti. v. dicit. Stella q̄ xp̄i nati-
uitatē monifestauit oēm occasionē erroris
subtraxit. vt eñ Aug. dic̄ ꝯtra faustū. Nul
li astrologi ita cōstituerūt nascentiū hoim
fata sub stellis: vt aliquā stellarū hoīe oliq̄
nato circuitus sui ordinē reliquisse ꝛ ad eū
qui natus est perrexisse asseuerent. sicut ac
cidit circa stellā que demonstrauit natiuita
tem xp̄i. ꝛ ideo per hoc non cōfirmatꝰ error
eoꝝ qui sorte nascētiū hoim astroꝝ ordini
colligari arbitrantꝰ. non aūt credūt astroꝝ
ordinē od homis natiuitatē posse mutari.
Silr etiā vt Criso. dicit. Non est hoc astro
nomie opꝰ a stellis scire eos qui nascuntur
sed ab hora natiuitatꝭ futura p̄dicere. Ma
gi aūt tp̄s natiuitatꝭ nō cognouerūt vt hic
sumētes initium a stellarū motu futura co
gnoscerēt. sꝫ potiꝰ ecōuerso. Et sicut Aug.
dicit in s̄mone epyphanie. Magi ab ange
lis aliqua monitiōe reuelatiōis audierunt
ꝙ stella xp̄m natū significaret. ꝛ p̄babile
videtꝰ ꝙ a bonis: qꝛ in xp̄o adorādo salus
eoꝝ iam querebatꝰ. Hec Tho. Et sic stella
illa nihil in xp̄o effecit: sed magoꝝ corda ꝑ
docuit tanq̄ veritatis index. qd̄ ad illumi-
natione fidei eoꝝ ꝑtinebat ꝛc. Quantū
ad finē sctūs Tho. iij. pte. q. xxxvi. arti. viij.
dicit sic. Magi sunt primitie gentiū in xp̄o
credentiū in quibꝰ apparuit: sicut in quodā
p̄sagio fides ꝛ deuotio gentiū venientiū
a remotis ad xp̄m. ꝛ ideo sicut deuotio ꝛ fi
des gentiū est absq̄ errore ꝑ inspirationē
sctī sp̄ūs: ita etiā credendū est magos a spi
ritu sctō inspiratos sapiēter xp̄o reuerentiā
exhibuisse. Et sicut Criso. super Math. dic̄
Si magi regē terrenū querētes venissent
fuissent ꝯfusi qꝛ tanti itineris laborē sine cā
suscepissent. vñ nec adorassent: nec mūera
obtulissent. Nūc aūt qꝛ celestē regē q̄rebāt.
ꝛ si nihil regalis excellētie in eo viderūt: tñ
soliꝰ stelle testimonio ꝯtēti adorauerunt. vi
derunt eñ hoiēs ꝛ agnoscūt deū: ꝛ offerūt
munera dignitati xp̄i ꝯgruētia. aurū quidē
quasi regi magno. thus qd̄ in dei sacrificio
ponitꝰ immolātꝰ vt deo. mirrha qua mortuo
rū corpa ꝯdiuntꝰ p̄betꝰ tanq̄ ꝑ salute oīum
morituro. Et vt Greg. dicit. Instruimur vt
nato regi aurū ꝑ qd̄ significatꝰ sapiētia of-
feramꝰ in ꝯspectu eiꝰ lumine sapie splēden-
tes. thus autē ꝑ qd̄ exprimitꝰ orōnis deuo
tio offerimꝰ si ꝑ orationū studia deo redo-
lere valeamꝰ. mirrhā que significat mortifi
cationē carnis offerimꝰ si carnis vitia per
abstinentiā mortificamꝰ. Et sicut Aug. di
cit in sermone epyphanie. Cū multi reges
iudeoꝝ nati fuissent atq̄ defuncti: nullū eo
rū magi adorandū quesierūt. Non itaq̄ re
gibꝰ iudeoꝝ quales illic esse solebant hunc
tam magnū honorem longinqui alienige-
ne ꝛ ab eodem regno prorsus extranei a se
deberi arbitrabantꝰ. Sed talē natū esse didi
cerunt in quo adorando se salutē que s̄m
deum est consecuturos minime dubitarēt.
Hec Thomas. Et sic patet ꝛc.

Secūdo nos magi vidi-

mus stellā sp̄ūalis reuelatiōis. i. fidei in cor
dibus nr̄is de diuinitate ꝛ hūanitate istius
pueri. Sciendū ꝙ dyabolus volēs sedu-
cere mētes istoꝝ magorū ne crederēt ꝙ sit
verꝰ deus ꝛ messias ꝑmissus in lege: addu-
cit decē rōnes valde apparētes: quibꝰ respō
dent magi vt pꝫ. Prima rō est. Iste puer
generādus annūciatꝰ femine. g̃ est hō ꝛ nō
deꝰ. pꝫ ꝯña. qꝛ Ysaac: Sampson: Iohes ba
ptista onnūciantꝰ matribꝰ ꝛ patribꝰ eoꝝ: q̄
tñ nō fuerūt nisi hoīes. Rñdent magi ꝛ di
cunt. Verū est ꝙ iste puer annūciatꝰ femie
sed virgini. Vñ Esa. vij. dic̄. Ecce virgo cō
cipiet ꝛ pariet filiū ꝛ vocabitꝰ nomen eius
emanuel. i. nobiscū deꝰ. Et Ezech. xliiij. Vi
di portā in domo dñi clausam. Et Dan. ij.
Lapis abscisus est de mōte sine manibus.
Et Malach. iij. Statim veniet ad templū
suū dñator quē vos q̄ritis: ꝛ angelꝰ testa-
menti quē vos vultis. Cōueniens eñ fuit
vt virgini annūciaretꝰ cōceptio saluatoris:
vt redderet mentē eiꝰ attentā ad tante rei
ꝯsiderationē. qd̄ q̄dē fecit eā salutādo qua
dā noua ꝛ insolita salutatiōe. Vñ Orige-
nes dicit sup Lucā. Qr si sciuisset ad aliū
quēpiā similē factū esse sermonē: vtpote q̄
habebat legis scientiā: nunq̄ eā quasi pere
grina talis salutatio terruisset. In qua qui-
dem salutatiōe p̄misit ydoneitatē eius ad
cōceptū: in eo ꝙ dixit gr̄a plena. Expresse

cóceptũ in eo ꝙ dixit dñs tecũ. ⁊ pnũciauit
honorẽ ꝯsequentẽ cũ dixit. bñdi. tu in muli.
Secunda ratio est. iste puer cócipit in vte
ro femine: ergo est hõ ⁊ nõ deꝰ. patz ꝯña qꝛ
deꝰ cũ sit infinitꝰ oīa implet. iuxta illud pro
pheticũ. Celũ ⁊ terrã ego impleo. ergo non
põt claudi femine vtero. Rñdent magi ⁊ di
cunt. Concipit eñi cõueniẽter in vtero femi
ne. qꝛ vt Aug. dicit lib. xxiij. ꝯtra faustũ qui
hac obiectõne vtebat. Non plane inquit ca
tholica fides q̃ xp̃m dei filiũ natũ ẽm carnẽ
credit ex ꝟgine: nullomodo eũdẽ dei filiũ sic
in vtero mulieris ĩcludit q̃si extra nõ sit q̃si
celi ⁊ terre administrationẽ deseruerit: q̃si a
patre recesserit. Sed vos manichei corde il
lo quo nihil potestis nisi corporalia fãtasma
ta cogitare ista oĩno nõ capitis. vt eñi dic
in ep̃la ad volusianũ. Dominuz iste sensus
est nihil nisi corpora valentiũ cogitare quo
rum nullũ põt vbiqꝫ esse totuz: qm̃ per innu
merabiles partes aliud alibi habeat neces
se est. Longa alia est notura aīe ꝙ corporis
quãto magis dei q̃ creator est aīe ⁊ corporis
nouit vbiqꝫ totus esse ⁊ nullo cõtineri loco
Nouit venire nõ recedendo vbi erat. nouit
abire nõ discedendo quo venerat. vnde nõ
est facta mutatio in deo sed in homĩe assum
pto. Sicut pꝫ de sole in nube vbi nullo ẽ mu
tatio ex parte solis sed ex parte aeris lumẽ
deferentis ⁊c. Tertia ratio ẽ. Iste puer na
scitur ⁊ parturit ex femina: ergo est hõ ⁊ nõ
deꝰ. patz ꝯña. qꝛ sicut mors hoĩm subsecuta
est ex pctõ pmoꝝ parentũ. ẽm illud Geñ. ij.
Quacũqꝫ die comederitis ex eo morte mo
riemini. ita etiã dolor partꝰ. ẽm illud Geñ.
iij. In dolore paries filios: sed hoc nõ cõue
nit deo. Rñdent magi ⁊ dicũt. Iste puer si
ne dolore mortis nascit: qꝛ dolor partꝰ con
sequitur in muliere cõmixtionez virilẽ. Vñ
Geñ. iij. Postꝙ dictũ est in dolore paries,
subdit. Sub viri ptãte eris. ⁊ sicut dic Au
gustinꝰ in ẽmone de assum. btẽ ꝟginis. Ab
hac sña excipit virgo mater dei. que qꝛ sine
pctĩ collusione ⁊ sine virilis ãmixtionis de
trimẽto xp̃m suscepit sine dolore: sine inte
gritatis violatiõe: pudore ꝟginitatis inte
gra permansit. Fuit eñi ibi maxima iocundi
tas: qꝛ hõ deus natus est in mũdo. ẽm illud
Esa. xxxv. Germinãs germinabit sicut liliũ
⁊ exultabit letabũda ⁊ laudãs. Quarta rõ
est. Iste puer nascit in bethleez ciuitate par
ua ergo est hõ ⁊ nõ deus. patz ꝯña. qꝛ Esa.
ij. dr. De syon exibit lex ⁊ ꝟbũ dñi de hieru
salem. Si iste puer esset deꝰ q̃ in hierlm debu
isset nasci. Rñdent magi ⁊ dicũt. Ideo do
ctores cũ eos interrogauissentꝰ de loco na
tiuitatis eiꝰ dixerũt ꝙ in bethleẽ nasci debe
bat: qꝛ factꝰ est ex semine dauid ẽm carnem
cui facta fuerat repromissio spãlis de xp̃o.
ẽm illud. ij. Reg. xxiij. Dixit vir cui cõstitu
tum est de xp̃o dei iacob: ⁊ ideo in bethleem
de qua natꝰ fuit dauid nasci voluit: vt ex ip̃o
loco natiuitatꝭ pmissio facta impleta oñde
retur. etiaz Michee. v. dr. Tu bethleẽ effra
ta paruula es in milibꝰ iuda. ex te eñi mihi
egredict qui erit dñator in israel: ⁊ egressus
eiꝰ sicut ab initio a diebꝰ eternitatꝭ vbi trã
slatio caldaica hꝫ ex te. egredict messias ⁊c.
Quinta ratio est. Iste puer nascit ploran
do: ergo est hõ ⁊ nõ deus. ptz ꝯña Sap. vij.
Similẽ vocẽ oĩbꝰ emisi plorãs. Rñdent
magi ⁊ dicũt. Iste ploratꝰ cõgruit fini incar
natiõis. qꝛ ad hoc filiꝰ dei carne assumpta ve
nit in mũduz vt p pctõ hũani generis satis
faceret. vnꝰ aũt p pctõ oĩꝰ satisfacit: duz pe
nam pctõ alteriꝰ debitam in seip̃m suscipit.
ploratꝰ oñr est peno pctĩ qd̃ est in mũduz p
adam introductũ. Vñ cõueniẽs fuit ꝙtum
ad finẽ incarnationis ꝙ huiꝰ penalitates in
nostra carne susciperet vice nostra. ẽm illud
Esa. liij. Vere languores nostros ip̃e tulit.
Sexta ratio est. Iste puer inuoluit pãnis
ergo est hõ ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ꝯña Luc. ij. Inuenie
tis infantẽ pãnis inuolutũ. Rñdent ma
gi ⁊ dicũt illud maximi in sermo. de natiuita
te dñi. Si tibi sensuũ tuoꝝ fragilitate minꝰ
dignũ videt filiũ dei de femina natũ credere
ꝟginẽ cogita peperisse. Si tibi pãni quibus
obuolutus est fortasse vilescũt: angelos col
laudãtes ⁊ multitudinez celestis exercitus
admirare. ⁊ Esa. lx. dr. Surge illumiare hie
rusalẽ: qꝛ venit lumẽ tuũ ⁊ glia dñi s. t. o. ẽ.
Septima ratio est. Iste puer nascit inter
aĩalia: ergo est hõ ⁊ nõ deꝰ. pꝫ ꝯña. qꝛ dicit.
In medio duoꝝ aĩaliũ cognosceris. Respõ
dent magi ⁊ dicũt sic Esa. i. dixit. Cognouit
bos possessorẽ suũ ⁊ asinꝰ p̃sepe dñi sui. Per
hoc astruit fides incarnatõis in iudeis desi
gnatis p bouẽ vt pꝫ in pastoribꝰ. ⁊ in gẽtili
bus designatis p asinũ: vt pꝫ in nobis mag
Vñ hĩc credimꝰ verã aĩam ⁊ verã carnem
habuisse ⁊ nõ fantasticã. p bouẽ eñi designa
tur maturitas discretõnis q̃ fuit pfectissime
in aĩa xp̃i. per asinũ designat austeritas one
ris q̃ fuit in corpe eiꝰ. Octaua rõ est. Iste
puer nascit in diuersorio ⁊ in presepio. q̃ est

homo ꝛ nõ de⁹. pꝫ ꝯña Luc. ij. Reclinauit
eũ in ꝑsepio: qꝛ nõ erat ei loc⁹ in diuersorio.
Rñdent magi ꝛ dicũt illud Maximi in ser
mone de natiui. dñi. Si ꝑsepe in quo infans
iacuit despicis erige paulisper oculos ꝛ no
uam in celo stellã ꝓstantẽ mũdo natiuita
tem dñi cã cõtuere. Si credis vilia crede mi
rifica. Si de his q̃ humilitatis sunt disputas:
q̃ alta sunt ꝛ celestia venerare. Et Esa. lx. di
cit. Et ambulabũt gẽtes in lumine tuo: ꝛ re
ges in splendore ortus tui ꝛc. Nona rõ est
Iste puer vocat̃ noĩe humano: qꝛ iesus. ꝙ ẽ
homo ꝛ nõ de⁹. pꝫ ꝯña. qꝛ Exo. iij. dr̃. Cur q̃
ris nomẽ meũ qđ est mirabile. Rñdent ma
gi ꝛ dicũt illud Esa. lij. Propter hoc sciet po
pulus me⁹ nomẽ meũ in die illa: qꝛ egoipse
qui loquebar ecce adsum. Multa etiã dicta
sunt de hoc noĩe iesus in ſmo. de circũcisiõe.

Decima rõ est. Uos magi offerũt mirrhã
huic puero: ꝙ est homo ꝛ nõ de⁹. pꝫ ꝯña: qꝛ
mirrha ꝑseruat a corruptiõe. Rñdent ma
gi ꝛ dicũt. Prophete ꝑnũciauerũt hũc pue
rum esse deũ ꝛ hoĩem ex nostris munerib⁹.
Naz dauid in ps̃. dicit. Reges tharsis ꝛ in
sule munera offerent. Reges arabũ ꝛ saba
dona adducẽt ꝛ adorabũt eũ. ꝛ Esa lx. dic.
Oẽs de saba veniẽt aurũ ꝛ th⁹ deferẽtes ꝛc.

Tertio nos magi vidi-

mus stellã ꝑsonalis incarnatõis. Sicut enĩ
Chryso. dicit. Ab oriẽte venerũt magi quia
vnde dies nascit̃ inde initiũ dei ꝓcessit: qꝛ fi
des lumẽ est aĩarũ. vel qꝛ oẽs q̇ ad xp̃m ve
niunt ab ip̃o ꝛ ꝑ ip̃m veniũt. Un̄ dr̃ Zach.
vi. Ecce vir oriẽs nomẽ ei⁹. Dicunt̃ autẽ ab
oriẽte ad litterã venisse. vel qꝛ de vltimis ori
entis partib⁹ venerũt ſm quosdã. vel qꝛ de
aliquib⁹ vicinis partib⁹ iudee venerũt: q̇ tñ
sunt regioni iudeoꝝ ad orientẽ. Cũ aũt pri
mo xp̃s natus est stella apparuit: qua visa
statim magi iter arripiẽtes longissimuz iter
in. xiij. dieb⁹ pergerũt. parti q̇dẽ adducti di
uina ꝟtute. partim aũt dromedarioꝝ velo
citate. ſm illud Esa. lx. Inundatio cameloꝝ
operiet te dromedarij madian ꝛc. Uisa aũt
hac stella ꝑueniẽtes hierl̃m q̃siuerũt stellaz
incarnatã. s. iesum xp̃m. q̇ dicit Apoc. vlti.
Ego sum gen⁹ ꝛ radix dauid: stella splẽdida
ꝛ matutina. Ab hac stella ꝓcedũt q̃tuor ra
dij. vt dic̃ Paulus. i. Cor. i. Fact⁹ est nobis
xp̃s a deo sapiẽtia ꝛ iusticia scĩficatio ꝛ re
demptio. A sapiẽtia ꝓcedit radi⁹ illustrãs.
A iusticia radius informãs. A scĩficatiõe
radius purgãs. A redemptiõe radi⁹ liberãs
Perquirẽtes aũt hãc stellã. s. xp̃z Herodes
rex turbat⁹ est: ꝛ valde cõuenient̃ ꝓpt̃ tria.

Primo q̇dẽ qꝛ per hoc manifestat̃ celestis
xp̃i dignitas. Un̄ Greg. dicit in omel. Celi
rege nato rex terre turbat⁹ est: qꝛ nimirũ ter
rena altitudo ꝯfundit̃ cũ celsitudo celestis
aperit̃. Secũdo qꝛ per hoc figurat̃ iudicia
ria xp̃i potestas. Un̄ Aug. dicit in ſmo. epi
phanie. Quid erit tribunal iudicãtis qñ su
perbos reges cuna terrebat infantis. Ter
tio qꝛ per hoc figurat̃ deiectio regni diaboli
qꝛ vt Leo papa dic̃ in ſmo. epipha. Nõ tm̃
herodes semetip̃o turbat̃ quantũ dyabol⁹
in herode. Herodes enĩ hoĩem estimabat. ſ;
diabol⁹ deũ ꝛ vterqꝫ regni sui successorẽ ti
mebat: diabol⁹ celestẽ: ſ; herodes terrenum
supflue tamẽ. qꝛ xp̃s nõ venerat regnũ ter
renũ in terra habere. vt Leo papa dic̃ hero
di loquẽs. nõ capit xp̃m regia tua: nec mũdi
dñs ꝓtãtis tue sceptri est cõtent⁹ angustijs
Etiã ꝛ oĩs hierosolyma turbat̃ qui tñ magi
gaudere debuerãt. ꝛ hoc ẽ qꝛ vt Chryso. dic̃
de aduẽtu iusti nõ poterãt gaudere iniq̇. aut
volẽtes fauere herodi quẽ timebãt. Popu
lus enĩ pl⁹ iusto sauet eis q̃s crudeles susti
net. ꝛ ꝓpt̃ hãc turbationẽ vt dic̃ Aug. in q̇
dam ſmo. innocẽtũ. qꝛ timebat ne puer cui
sydera famulant̃ spẽm suã paulo sup etatẽ
vel infra trãsformaret: nõ statim recedẽtib⁹
magis: sed post bienniuz interfecit pueros.
vel qꝛ interim accusat⁹ iuit romã vel aliquo
rum periculoꝝ terrorib⁹ agitat⁹ a cura inter
ficiẽdi puerũ interim destitit. vel qꝛ credidit
magos fallaces stelle visiõe deceptos: postq̃
nõ inuenerũt quẽ q̃siuerunt erubuisse ad se
venire. Licet aũt pueri sint interfecti ab he
rode: tñ nõ cessit in eoꝝ detrimẽtũ: ſ; in eorũ
ꝓfectũ. Dicit enĩ Aug. in ſmone quodã de
epiphaniã. Absit vt de illoꝝ ꝑmio q̇ pro eo in
terficerent̃ ad liberãdos hoĩes xp̃s veniẽs
nihil egerit q̇ pendẽs in ligno ꝓ eis a quib⁹
interficiebat̃ orauit. Et vt sanct⁹ Tho. scđa
scđe. q. cxxiiij. ar. i. dic̃. Quidã dixerũt ꝙ in
innocentib⁹ accelerat⁹ est miraculose vsus
liberi arbitrij. ita ꝙ etiã volũtarie martyriũ
passi sunt. Sed qꝛ hoc ꝑ auctoritatẽ scriptu
re nõ comprobat̃. meli⁹ dicendũ est ꝙ mar
tyrij gloriã quã in alijs ꝓpria volũtas mere
tur: illi paruuli occisi per dei gr̃am sunt asse
cuti. nam effusio sanguinis ꝓpter xp̃m vicẽ
gerit baptismi. Unde sicut pueris baptizat̃
per gr̃am baptismalẽ meritũ xp̃i operat̃ ad

gloriā obtinendā:ita in occisis ꝓpter xp̄m meritū martyrij xp̄i operaꝛ ad palmā martyrij cōsequendā. Vn̄ Aug. dicit in quodā ſmone de epiphan̄. quasi eos alloquēs. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro xp̄o qui etiā parvulis baptismū ꝓdesse nō estimat xp̄i: nō habebatis etatē qua in passurum xp̄m crederetis: sed habebatis carnē in qua ꝑ xp̄o passuro passionē sustineretis hec Thomas. ⁊c̄.

Quarto nos magi vidimus

stellā supernalis fruitionis. nā angelo duce redierūt ꝑ aliā viam: ⁊ reuersi in regionem suā Edocti sunt ꝑ frequētes apparitiones angeloꝝ tandē baptizati a bt̄o thoma ap̄lo. ſm̄ fidē xp̄i vixerūt donec bt̄o fine in pace quieuerūt. quoꝝ aīe in celo intuitiue ⁊ beatifice vident stellam diuinitatis. Amē.

In festo sancti Anthonij abbatis Sermo. xi.

Ostendit illi regnū

dei. Sap. x. ⁊ in ep̄la presentꝭ solēnitatꝭ. Beatꝰ Aug. li. xxij. de ciuitate dei dicit sic. Qđ deꝰ preparauit diligentibꝰ se: fide nō capiꝛ: spe nō attingiꝛ: charitate nō cōprehendiꝛ: desideria ⁊ vota oīa transgrediꝛ acquiri pōt: extimari nō potest. hec ille. Super quo ꝟbo moueo talem questionē. Utrū beatꝰ anthoniꝰ sue actiōis merito regni celoꝝ potitꝰ fuerit brauio. Ad istam questionē r̄ndent duo doctores eccl̄ie.

Primꝰ est Hieronym sup psal. lxviij dic̄ sic. Regnū celoꝝ nō est dātis ſꝫ accipiētis. Nō est eīm ꝑsonarū acceptio apud deū. sed quicūqꝫ se talē prebuerit vt regno celoꝝ dignꝰ fiat: hic accipiet qđ nō est paratū ꝑsone sed vite. hec ille. Secūdus est Johānes Chrysosto. in omel. de septuag. dicēs sic. Grādis violētia est in terra nasci ⁊ celū rapere: qđ habere nō possumꝰ per naturā. Regnū celorum patitur vim q: gl̄ia dn̄i israel: patribus debita: a ꝓphetis nūciata: a xp̄o oblata: fide gentiū occupaꝛ ⁊ rapiꝛ dum ꝑ penitētiā quā iohānes p̄dicauit: reuiuiscūt ad celestē patriā q̄si in alienū locū redeuntes. hec ille.

Sciendū ꝙ regnū celoꝝ acq̄ritur octo modis. Primo per negociationē. Math. xiij. Emit agrū illū. Sic eīm dixit dn̄s Luc. xvi. Facite vobis amicos de mām̄ona iniq̄tatis vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. Secūdo ꝑ importunitatē. Mat. xi. Regnū celoꝝ vim patiꝛ: ⁊ violēti rapiūt illud. Sup quo Greg. in omel. dicit sic. Regnū celoꝝ rapi vult n̄ris fletibꝰ qđ n̄ris meritis nō valemꝰ. Sic eīm rapuit ille q̄ ab amico postulauerat tres panes. ⁊ licꝫ prius fuissent denegati tn̄ obtinuit per importunitatē.

Tertio ꝑ fraudationem. s. per furtū. Sic furatus est latro ille regnū celoꝝ: q̄ licet prius multa mala fecerit: subito tn̄ ex inspirato obtinuit regnū illud: cum audiuit in cruce. Hodie mecū eris in paradiso. Luc. xxiij. Qui ꝗ furari didicerat ⁊ iam multa furatꝰ fuerat: tandē furatꝰ est regnū celoꝝ. Quarto per cōmutationē. Math. xix. Omnis q̄ reliquerit domū aut agros ꝓpter nomē meū centuplum accipiet ⁊ vitam eternā possidebit. Sic eīm cōmutauit cui dn̄s dixit. Uade vende omīa q̄ habes ⁊ da paupibꝰ: ⁊ veni ⁊ sequere me: ⁊ habebis thesaurū in celo. Mat. xiij. Quinto ꝑ assecutionē. s. laboꝝ ⁊ dolorum. Math. iiij. Penitētiā agite: appropinquauit eīm regnū celoꝝ. Sic eīm assecutꝰ est paulꝰ di. ij. Coꝛ. xi. In labore ⁊ erūna in frigore ⁊ nuditate: in plagis supra modū: in mortibꝰ frequēter. Sexto ꝑ gratificationē Titū. ij. Non ex operibꝰ iusticie q̄ fecimꝰ nos sed ſm̄ misericordiā suā saluos nos fecit. Et Esa. lv. Qui nō habetis argentum ꝓperate emite ⁊ comedite absqꝫ argento: ⁊ absqꝫ vlla cōmutatione vinum ⁊ lac. Sic eīm gratis conferebaꝛ illis qui ad nuptias vocati fuerant. Math. xxij. Nuptie quidē parate sunt sed qui inuitati erant non fuerunt digni.

Septimo per cōpulsionē. Luce. xiiij. Compelle intrare vt impleatur domus mea. Ps̄. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauerunt. Sic eīm paulus compulsus fuit: quando in via in qua ibat damascū circunfulsit eū lux de celo. Act. ix. Octauo ꝑ oblationē. Nam regnū celoꝝ tm̄ valet q̄tū habes: maxime per opera misericordie. vt dicitur Math. xxv. Sed beatꝰ anthoniꝰ acquisiuit regnū celorū signāter per cōmutationem. Nam cum viginti esset annoꝝ ⁊ audiret legi in eccl̄ia. Si vis perfectꝰ esse vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paupibꝰ ⁊ habebis thesauros in celo. oīa sua vendēs paupibꝰ erogauit ⁊ heremiticā vitā duxit. Jđo August. in omel. dic̄ sic. Qui celesti vite dulcedinem inquantū possibilitas admiserit ꝑfecte cognouerit ea q̄ in terris amauerat libenter cuncta derelinq̄t. In cōparatiōe eiꝰ vilescūt oīa deserit habita: dispergit congregata: inardes

scit in celestib⁹ animus. Nihil in terrenis re bus deforme conspicit quicqd de terrene rei placebat specie: q: sola pciose margarite cla ritas fulget in mente. hec ille. Et q: beatus anthoni⁹ oia terrena cōtempsit pp̄ter deū ideo ostendit illi regnū dei. Raban⁹ super illud Math. xix. Veni r sequere me. dic sic. Non sufficit ad pfectionē omia renūciare nisi post cōtemptas diuitias saluatorē seq̄ tur. i. relictis malis faciat bona. Facil⁹ saccu lus relinquit q̄ affect⁹. Multi diuitias reli quētes dn̄m nō sequunt. hec ille. Hoc patu it in multis antiquis philosophis. Un̄ Hie rony. in ep̄la ad heliodorū ait. Crates the banus hō ditissim⁹ cū od philosophandum athenas pergeret magnū auri pondus abie cit: nec put: nit se simul posse virtutes r diui tias possidere. Abite inquit male cupidita tes egovos subiugabo ne subiugar a vobis hec ille non tamē secut⁹ est xp̄m. q: vt dicit Hieroñ. ibidē. Sequit aūt dn̄m q̄ imitatur est ei⁹ r per vestigia ei⁹ gradit. hec ille. Sed beat⁹ anthoni⁹ diuitias suas dispersit r de dit pauperib⁹: r cū hoc secut⁹ est viam xp̄i. iuxta illud Job. xxiij. Vestigia ei⁹ secut⁹ est pes me⁹: viam ei⁹ custodiui r non declinaui ab ea. ideo ostēdit illi regnū dei. vt dicit hbuz primo propositum. r sic patet rc.

Ostendit illi regnum celorum.

- In religione.
- In temptatione.
- In humiliatione.
- In discretione.
- In obseruatione.
- In oratione.
- In reuelatione.
- In consummatione.

Primo xp̄s ostendit bea to anthonio regnū dei in religione. Un̄ Ce sarius in admonitōne. xxviij. dicit sic. Vide te vocationē vestrā fratres charissimi. Ve nire ad heremū summa perfectio est nō per fecte in heremo viuere summa damnatio ē. Quid pdest si in loco quies teneat r inqui etudo in corde seruet. Si in habitatione si lentiū sit r in habitatorib⁹ clamor viciorū: tumult⁹ r collictatio pssionū. Si exterio ra nostra seueritas teneat: r interiora tem pestas obruat. hec ille. Sciēdū q̄ quadru plex est gradus religionis. Prim⁹ est qui intendit ad exteriores actiones qui totalit consistit in occupatiōe exteriori. sicut elemo synas dare: hospites recipe: r alia huiusmo di que sunt minora operib⁹ cōtemplationis nisi forte in casu necessitatis. Un̄ Chrysost. lib. de compūctiōe cordis dicit sic. Iste susci piendo peregrinū vestiēdo nudū: captiuum redimēdo: violēter oppressum tuendo: iugi ter ob omīb⁹ iniquitatib⁹ suis cor euacuat: r vitam suā bonorū operum fructib⁹ ditat. hec ille. Secūdus gradus est qui ordinat ad cōtemplationē in societate viuēdo. puta castigando corp⁹ per ieiunia: vigilias: disci plinas: r orōni iugiter in sistendo. Un̄ Jo hannes cassian⁹ lib. v. de collationib⁹ patrū dicit sic. ita inquit. Machari⁹ debere mona chum ieiuniis opera dare vt cētū annis in corpore cōmoraturum: ita mor⁹ animi refre nare vt iniuriarū obliuisci: tristiciaq̄s respue re: dolores quoq̄ ac detrimenta contemne re tanq̄ continue moriturū. Tertius gra dus est qui ordinat ad docēdū r predican dum: qui et plenitudine cōtemplatiōis de riuatur. Un̄ Greg. in omel. v. sup Ezech. dicit sic. De perfectis post cōtemplatione re deūtib⁹ dicit. Memoria suauitatis tue eru ctabūt. r iste grad⁹ est pfectior secūdo gra du. Sicut eni magis est illuminare q̄ solū lucere. ita mai⁹ est cōtemplata alijs tradere q̄ solū cōtemplari. Quart⁹ grad⁹ est q̄ or dinatur ad vitā solitariā. r iste est pfectissi mus. Nam vita socialis necessaria est ad ex ercitiū pfectōis: q: mutuo se instruūt sbot exēplo: r correptoē: tandē ad pfectionē de ducūt. Solitudo aūt cōpetit iam pfectis q̄ scz sibi sufficiūt: nec alioz regimine indigēt s̄ solo spū dei agunt. Sicut ergo id qd iam pfectū est peminet ei qd ad pfectionē exer cetur: sic vita solitaria si debite assumat pe eminet vite sociali. Un̄ Aug. lib. de opibus monachoz dicit illos supiores esse: q: cōspe ctu hoīm sepati: nulli ad se prebēt accessum viuētes in magna intētione orōni. Si autē absq̄ precedēti exercitio talis vita assumat est periculosissimo nisi per diuinā gram sup pleatur qd in alijs per exercitiū acquirit: r in isto gradu fuit beat⁹ anthoni⁹: vt pz per ea que ad hanc vitā exigunt. Un̄ Hieroñ. in ep̄la ad rusticū monachū dicit sic. Solita riam vitā nunqd reprehendim⁹: minime q̄p pe quaz sepe laudam⁹. Sed de monasterijs hui⁹ volumus egredi milites: quos heremi dura rudimenta nō terreant: qui ftm con uersationi multo tempore dederunt q̄ oim fuerunt minimi vt pmi omniū fierēt: quos

nec esuries: nec saturitas aliquando superauit q̃ paupertate letarẽ: quorũ habitus: sermo: vultus: incessus: doctrina cõuerunt est. hec ille. Sz beato anthonio tantã deus infudit grãm vt hec oĩa facillime obseruauerit. Cui deus dixit illud Geñ. xij. Egredere de terra tua et de cognatiõe tua: et de domo patris tui et veni in terrã quã monstrauero tibi: et magnificabo nomẽ tuũ. Et q̃ beatus anthonius obediuit voci dñi: heremiticã vitã duxit in qua sepissime impugnabatur a demonibus: et pmaxie dũ in quodã tumulo latitaret: flagellatus fuit acerrime ab eis quos constantia superauit et ei xp̃s cũ splẽdore mirabili apparuit etc.

Secundo xp̃s ostendit beato anthonio regnũ dei in temptatiõe.

Vñ Aug. super psal. xxxij. dicit sic. Justus ex fide viuit: fides tua iusticia tua: q̃ vtiq̃ si credis caues. si caues conaris: et conatuz tuũ deus nouit et voluntatẽ tuã inspicit et luctam cuz carne cõsiderat: et hortatur vt pugnes: et adiuuat vt vincas et certantẽ spectat et deficientem subleuat: et vincentem coronat. hec ille.

Sciendũ q̃ cuz voluntas nostra nõ possit appetere nisi bonũ vel existẽs vel apparẽs temptatio nõ est nisi de bono q̃d cõcupiscimus. Sicut est quadruplex bonũ: sic etiam est quadruplex temptatio. Primo quedã bona sunt sup nos: vt supnaturalia. de quibus deus dixit moysi Exo. xxxiij. Ego ostẽdam tibi oĩne bonũ. Secũdo. quedã bona sunt intra nos: vt bona anime. de quibus dixit Mich. vi cap. Indicabo tibi o homo q̃d sit bonuz et quid dñs requirat a te. vtiq̃ facere iudiciũ et iusticiã: diligere misericordiam: et sollicitũ te ambulare cũ deo tuo. Tertio quedã bona sunt circa nos: vt bona corporis. de quibus dixit Esa. Pugillus qui est extraordinarius dicit fratris mei bona et magna sunt: et nõ fuit bñ placitũ in eis. Quarto quedã bona sunt extra nos: vt bona fortune. de quibus dixit Joseph fratribus suis. Geñ. xlv. Dabo vobis oĩa bona egypti. De istis est quadruplex temptatio. Primo de supnaturalibus vt fides in eis corrumpatur Exemplũ. Elimas magus querebat auertere procõsulẽ a fide. vt habetur Act. xiij. Secũdo de internalibus vt de virtutibus superbiatur. Sicut pmus angelus qui voluit equari deo vt habetur Ezech. xxviij. Tertio de corporalibus vt carnaliter viuatur. sicut Dauid victus voluptate in bersabee. ij. Reg. xi. Quarto de externalibus vt criminaliter rapiatur. sicut Judas volens vendere xp̃m ex auaricia. His quatuor modis temptatus fuit beatus anthonius. Quantũ ad primũ modum patet: quia diabolus celsus corpore apparens beato anthonio et se dei virtutẽ et prouidentiã: asserens victus abscessit. Quantũ ad secunduz modũ patet: quia diabolus in magna proceritate apparuit beato anthonio: ita vt celum tangere videretur. quẽ anthonius interrogauit q̃s esset: et ipse cuz se sathanam affirmasset: addidit. Cur me sic impugnant monachi et mali xp̃iani? Anthonius respondit. Juste hoc faciunt quia tuis insidijs molestantur etc. Quantũ ad tertiuz modũ patz: q̃ spiritũ fornicatõis virtute, fidei superauit etc. Quantũ ad quartũ modum patet: quia in alteram heremuz vadẽs discum argenteũ repperit: et vltra progrediens ingentẽ massam veri auri inuenit: sed illis intactis ad montẽ fugiẽs viginti annis ibi permansit: innumeris choruscãs miraculis. Et quoniã sic vicit diaboli temptatiões ideo data est beato anthonio potestas patrocinandi ad ignem infernalẽ. vt dicit sanctus Tho. iiij. sententiaruz. dist. xlv. q. iij. ar. ij. ad secundum dicendum vt patet.

Tertio christus ostendit beato anthonio regnum dei in humiliatiõe.

Unde Chrysosto. in suo policratoñ. lib. iiij. dicit sic. Quisquis gradũ proprie celsitudinis amat: humilitatis cultũ in moribus diligentissime teneat. Naz qui ab humilitatis operibus recedit a dignitatis fastigio tumoris pondere cadit. hec ille. Sciendũ q̃ cũ humilitas sit virtus latens in corde. signa humilitatis sunt quattuor. Primũ signuz est in gestu. scz quãdo quis composite inclinatur: sicut signum superbie est eleuari. Esa. iij. Pro eo q̃ eleuate sũt filie syon et ambulauerunt collo extento et nutibus oculorũ ibãt et composito gradu incedebant: decaluabit dñs verticem filiarum syon: et crimen earũ nudabit etc. Secundũ signũ est in affatu: q̃ ad humiles pertinet loq̃ cũ modestia. sicut ad superbos cum arrogãtia. ps. Qui dixerunt linguam nostraz magnificabimus etc.

Tertiũ signũ est in vestitu: q̃ sicut signum supbie est vestiri preciose: vt patet de diuite induto purpura et bysso. Luc. xvi. Sic humilitatis est vestiri viliter et abiecte. vt patz in rege Niniue. qui abiectis vestimentis re-

galibus indutus est sacco. vt dicit Jone. iij.

Quartū signū est in effectu. scilz cum quis exercet opera humilia. sicut patet de xp̄o q̄ lauit pedes discipulorū suorū. vt dicitur Joh. xiij. Humilitas enī est prima virtus. Sicut superbia fuit p̄mū viciuz a quo incepit omnis perditio. Unde dicitur Judith. ix. Superbi non tibi placuerunt ab initio dn̄e. sed humilium ꝛ mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Ideo cum sanct⁹ anthoni⁹ quereret ꝛ inuestigaret per quā ꝟtutem posset resistere temptationi diaboli. in spiritu raptus vidit totum mundū laqueis sese inuicem conectentibus plenum. Qui exclamās ait. O quis istos euadet? ꝛ audiuit: humilitas. quo audito semper in humilitate permansit ꝛc̄.

Quarto xp̄s ostendit beato anthonio regnum dei in discretione.

Un̄ Bern̄. sermone. xxiiij. super cantica dicit sic Discretio quippe om̄i ꝟtuti ordinez ponit atq3 modum tribuit. Est ergo discretio animi ꝟtus moderatrix ꝟtutum: ordinatrixq3 affectuum: ꝛ doctrix morum. Tolle hanc et ꝟtus vicium est ipsaq3 affectio naturalis in perturbationē magis conuertet̄ exterminiumq3 nature. hec ille. Sciendū q̄ discretio est necessaria circa quattuor. P̄rio in probatione: vt scilz res probet̄ anteq̄ fiat. Un̄ Tullius lib. de officijs dicit sic. Ad rem gerendaz q̄ accedit: caueat ne ad id solūmodo consideret q̄ honesta sit: sed etiaz vt habeat efficiendi facultatez. In quo ip̄o considerandū est ne aut temere despicias propt̄ ignauiam: aut nimiū deficias propt̄ audaciam. In om̄ibus autē negocijs priusq̄ aggrediare habenda est discretio. Considera ergo ne nimis capias. Nam in p̄uerbio dicitur. Qui nimis capit parum stringit. hec ille. Exemplū. Dauid discrete p̄bauit si posset armatus incedere anteq̄ pugnaret contra goliam ꝛc̄. i. Reg. xvij. Secūdo in ordinatione: vt scz ordinate faciat. Unde Johānes Cassian⁹ lib. de collationib⁹ sanctorum patruz in collatione abbatis moysi: dicit sic In vtraq3 enī parte sustinebit maximū detrimentuz quisq3 inequalitatē tenens: nūc ieiuniorū ariditate ventrē constringit. nunc escarū nimietate distendit. vt enī mens cibi inanitate laxata. perdit orōnū vigorē: dū carnis nimia lassitudine pregrauata cōdormire cōpellit̄. Ita rursum nimietate voracitatis apprehensa: mittere ad deū preces puras leuesq3 nō poterit. hec ille. Exemplum. Jacob discrete ꝛ ordinate egit qn̄ debuit obuiare fratri irato munera premittēdo: res diuidendo: min⁹ dilectas maiori periculo exponendo. Gen̄. xxxij. Tertio in circūspectione: vt scz ad circūstantias operis attēdat. Un̄ Greg. xxxi moral. dic̄ sic Sanctorū p̄uida discretio duz sollicite circūquaq3 circūspicit in alterū posita p̄usq̄ veniat culpa: deprehendit eam: q̄ quo vigilant̄ prenotat eo fortiter declinat. hec ille. Exemplū in Salomone quo ad iudiciuz duarū meretricū. iij. Reg. iij. Quarto in interpollatione: vt scz interponat aliq̄d in sua iugi actione. Unde Greg. li. xxviij. moral. dicit sic. Ex studio arcus distendit̄: vt suo tempe cuz maiori vtilitate tendat̄. q̄ si ociū relaxationis nō accipit: feriēdi ꝟtutē ip̄o vsu tentōis perdit. Sic aliqn̄ in exercitatōe ꝟtus cuz p̄ discretionē p̄termittit̄ reseruat̄: vt tanto post vicia valenter feriat: quāto a p̄cussione interim prudenter cessat. hec ille. Exemplū de scō Anthonio q̄ sagittario eū deridēti ait. Pone sagittā in arcū ꝛ trahe. qđ ꝛ fecit. Cunq3 hoc secūdo ꝛ tertio fieri mādasset: dixit sagittarius. Tantū trahere potero q̄ de ei⁹ fractōe dolebo. Cui beat⁹ anthoni⁹. Sic est in ope dei. qm̄ si sup̄ mensurā tendere vellem⁹: citi⁹ frangeremur. expedit ḡ rigorē relaxari: ꝛ in hoc cōsistit magna p̄fectio discretiōis ꝛc̄.

Quinto xp̄s ostendit beato anthonio regnū dei in obseruatōne scz tēperantie.

Un̄ Prosper de vita ꝯtēplatiua li. iij. dic̄ sic. Temperātia facit abstinentē parcum: sobriū: moderatū: pudicū: tacitū ꝛ verecundū. Hec ꝟtus si in aīo habitat libidines frenat: affect⁹ tēperat: desideria sancta multiplicat: viciosa castigat: oīa intra nos ꝯfusa ordinat: cogitatōes prauas remouet sanctas inserit ꝛ confirmat. ignē libidinose voluptatis extinguit: mentē placida tranqllitate cōponit: ꝛ totā aīam ab oī semp̄ viciorum tēpestate defendit. hec ille. Sciendū q̄ hec obseruatio ꝛ tēperātia dz hr̄e q̄ttuor comites siue socias. Prima ē dn̄a intelligentia. Un̄ Jobes Cassian⁹ li. collationū dicit sic. Monach⁹ cupiēs ad scp̄turarū noticias p̄uenire: nequaq̄ dz labores suos erga cōmentariorū libros impēdere. Sz oēm industriā mētis ꝛ intētionē cordis erga emēdationē viciorū carnalium detinere. quib⁹ expul

sis cordis oculi sublato velamine passionū scripturarū sacra contēplant̃. hec ille. In cuiꝰ exemplū cū qdā introgasset btm̄ anthoniū qd custodiēs placebo deo: rn̄dit. Quocūqȝ vadis sp deū pre oculis habeas. In his que agis testimoniū scripturarū sanctarū adhibeas. In quocūqȝ loco sederis nō inde cito recedas. hec tria custodi ꝛ salꝰ eris. Secūda est dn̄a cōtinētia. Vn̄ Bern̄. in quadaȝ ep̄la dicit sic. Labor ꝛ latebre ꝛ voluntaria paupertas. hec sunt monachorū insignia. hec vitā solēt nobilitare monasticā. Nostri aūt oculi oē sublime cōspiciūt nostri pedes oīne forū circuiunt: nostre lingue in omibꝰ consilijs pstrepūt. nostre manꝰ oē patrimonium diripiūt. hec ille. In exēplū cōtinētie sensuū nostroꝝ ab his vicijs. cū quidā abbas intrrogasset btm̄ anthoniū. qd faciā: rn̄dit. Nō cōfidas in tua iusticia. vētris ꝛ lingue sit tibi cōtinētia. ꝛ ne peniteaaris de re transacta.

Tertia ē dn̄a solitudo. Vn̄ Hugo de duodecim abusionibꝰ dic̄ sic. Ordo claustri ꝛ ordo curie diuisus est. Ibi sedes in insidijs cū diuitibꝰ in occultis vt interficias innocentē hic audis. Non sedi cū consilio vanitatis: ꝛ cū iniqua gerētibꝰ nō introibo. Ibi insidiaris vt rapias pauperē: rapere pauperē dum attrahis eū. hic dicis. Odiui eccl̄iam malignantiū ꝛ cū impijs nō sedebo. Ibi dextera tua repleta est muneribꝰ. hic lauas manus tuas int̃ innocētes. Ibi laudat̃ peccator in desiderijs aīe sue ꝛ iniquus benedicitur. hic bn̄dicit̃ deꝰ. Si vis ꝗ eē monachꝰ curialis: laudas qd̄ nō debes ꝛ nō expedit: operaris qd̄ nō licet: loqueris qd̄ nō decet. hec ille. In exemplū huiꝰ dixit beatꝰ anthoniꝰ. Sicut pisces si in sicco tardauerint moriunt̃. ita monachi extra cellā tardantes: aut cū viris secularibus īmorātes: a quietis ꝓposito resoluuntur q̄ sedet in solitudine ꝛ qescit: a tribꝰ bellis eripit̃. s. auditꝰ locutiōis ꝛ visus: ꝛ cōtra vnuȝ tantūmodo pugnā habebit. s. cordis.

Quarta est dn̄a taciturnitas. Vn̄ Hugo de claustro aīe li. v. dic̄ sic. Si monachꝰ es qd facis in turba: Si amas silentiuȝ cur te assidue clamātibꝰ interesse delectat: Tu sp ieiunijs insistere debes: ꝛ fletibus ꝛ tu philosophari q̄ris. Simplicitas monachi philosophia eiꝰ est. s docere inq̄s alios volo. Nō est tuuȝ docere: s flere. si tn̄ doctor esse desideras audi qd facias. Vilitas habitꝰ tui ꝛ simplicitas vultꝰ: innocētia vite: ꝛ sctitas ꝯuersationis tue: debēt hoīes docere. hec ille. In exēplū huiꝰ abbas qdā rep̄hendit duos fratres de nimia loq̄citate: dic̄ corā btō antho. Bonos qdē inueni frēs: s eoꝝ habitatio nō hȝ ianuā. quilibȝ itrat stabulū ꝛ soluit asinū

Sexto xp̄s ōn̄dit btō anthonio

regnū dei ī ōrone. Vn̄ Aug. in qdā s̄mo. dic̄ sic. Oratio ē aīe scte presidiū angelorū bonoꝝ solaciū diabolo suppliciū gratū deo obsequiū: pn̄ie ac religionis laus: tota pfecta glīa: spes ꝛ sanitas incorrupta. hec ille. Sciēdū ꝙ efficacis ōronis q̄ttuor sūt ꝯditiones. Prima ē vt petat̃ pie. s. vt petēs nō ponat obstaculū grē. Et h obstaculū est indispositio petent ad illd̄ qd̄ petit̃. Vn̄ Aug. sup psal. lxv. dic̄ sic. Oratōis pure magna ē ꝟtus q̄ mandatū peragit velut fidelis nūciꝰ ꝛ penetrat q̄ caro nō puenit. h ille. Secūda est vt petat̃ p se: q2 merito cōdigni vnꝰ alteri nō meret̃ pmā grām: cū vix sufficiat ꝓprium meritū. s̄m illd̄ Math. xxv. Ne forte nō sufficiat nobis ꝛ vobis. Vn̄ Greg. li. ij. moraliū dic̄ sic. Ille deo verā ōronē exhibet qui semetipȝ q2 puluis sit: humilit̃ videt q̄ nihil sibi ꝟtutis tribuit q̄ bona q̄ agit de mīa conditoris cognoscit. h ille. Tertia ē vt petat̃ pseuerant̃. Luc. xv. At si ille perseuerauerit pulsās ꝛc̄. Vn̄ Cassio. sup illd̄ ps. Miserere mei dn̄e: qm̄ ad te clamaui tota die ꝛc̄. dicit sic. Magna voce ille clamat ad dn̄ȝ q̄ q̄uis lingua taceat: bonis tn̄ operibꝰ pseueranter clamat. h ille. Quarta ē vt petat̃ ad salutem. Vn̄ Chryso. dic̄. Deꝰ nō audit nisi quē dignū ducit esse suis bn̄ficijs. Et Hiero. ait Sepe ꝯtra nos petimꝰ qd̄ p nobis eē existimamꝰ. Has q̄ttuor ꝯditōes ponit glo. sup illa pabola. Luc. xv. Quis vr̄m habebit amicuȝ ꝛc̄. In horū exēplū btūs anthoniꝰ dū in heremo tedio afficeret̃ dixit. Dn̄e volo saluus fieri: ꝛ nō pmittūt me cogitatiōes mee ꝛ surgēs exiuit foras ꝛ vidit quēdā sedentē atqȝ opantē. deinde surgēteȝ ꝛ orantē. Erat eīn angelus dn̄i ꝛ dixit ei. Sic fac ꝛ saluus eris. Et sic patet ꝛc̄.

Septimo xp̄s ostēdit btō

anthonio regnū dei in reuelatione. scȝ quo ad intellectum magnarū rerum. Unde Augusti. li. de doctrina xp̄iana dic̄ sic. Plenitudo est beatitudo pfecta: vt q̄sqȝ cito intelligat ꝛ bn̄ viuat. Sed si forte vtrūqȝ nō pōt meliꝰ est bn̄ viuere ꝙ cito intelligere. Qui eīn studet bn̄ viuere meret̃ amplius intel

ligere. Qui male viuit perdit etiã qd intelli-git hec ille. Sciendũ q̃ quattuor sunt ge-nera pphetarũ. Primi sunt fallaces: vt ba laam q̃ docuit balac vt faceret filios israel fornicari cũ moabitis. Nume. xxiiij. Secũ di sunt ignorãtes: vt cayphas, de quo dicit Ioh. xi. Hoc autẽ a semetipõ non dixit sed cum esset pontifex anni illius pphetauit ⁊c.

Tertij sũt inuiti vt saul, de quo dr. i. Reg. xix. Expoliauit se ⁊ etiã ipe saul vestimẽtis suis ⁊ pphetauit cum ceteris. Quarti sunt vere: vt helyas ⁊ ceteri qui pphetant: aut de preterito aut de presenti aut de futu ro. Et de numero istoꝝ fuit beat' anthoni' cui reuelata fuit psecutio ecclesie ⁊ fidei ca-tholice fienda per arrianos: que post duos annos ab eo reuelatione cõtigit. Similiter predixit meritũ ballachij ducis egypti per-sequentis xpianos ⁊c.

Octauo xp̃s ostendit beato anthonio regnũ dei in consũmatõne.

Vñ Ber. in quodã sermone dicit sic. Regnum dei conceditꝰ: pmittitꝰ: ostenditur: ⁊ percipit: Conceditꝰ in predestinatione: promittitur in vocatione. ostenditꝰ in iustificatione. per-cipitur in glorificatiõe. hec ille. His quattu or modis beatus anthoni' habuit regnum celoꝝ. Primo in predestinatione: per quã obtinuit in presenti gratiã. Secũdo in vo-catione per quã vanitatib' seculi abrenũcia uit. Tertio in iustificatiõe per quã vitã so-litariã vtiq̃ perfectissimã sanctissime duxit.

Quarto in glorificatiõe per quã centesimo quinto vite sue ãno fratres deosculãs in pa ce quieuit: locum vtiq̃ honorabilẽ in regno celoꝝ adept' est: vbi regnat cũ xp̃o per infi-nita seculoꝝ secula. Amen.

In festo sancte Agnetis virgi nis ⁊ martyris Sermo. xij.

Exiuit obuiam spon

se. Math. xxv. ⁊ in euãgelio p̃sentis solẽnitatis. Beat' Ber-nardus loquens de castitute dicit sic. Cui' dignior species ẽ ṽginitas. Hec sola in hoc mortalitatis loco ⁊ tempore quendã statũ immortalis glorie representat. Hec instar odoriferi balsami in quo condita cadauera incorrupta seruant. sensus ⁊ artus cõtinet ⁊ constringit. hec ille. Super quo ṽbo mo uco talẽ q̃stionẽ. Utrũ btã agnes tanto in glia sit excellẽtior: quãto iesu xp̃o per ṽgini tatem fuit cõformior. Ad hanc questiõnẽ respondent duo doctores noui testamenti.

Prim' est beatus Iohãnes euangelista. Apoc. xiv. dicẽs sic. Et audiui vocẽ quasi ta be magne sicut vocẽ aquarũ multarũ. sicut vocẽ tonitruoꝝ magnoꝝ dicẽtiũ Alleluya, q̃m regnauit dñs deus noster omĩpotens. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus gloriã ei quia venerunt nuptie agni ⁊ vxor ei' pre parauit se ⁊ datũ est illi vt cooperiat se bis-sino splendenti ⁊ candido. hec ille. Secun dus est sanctus Thomas. scda scde q. clij. arti. v. dicens sic. Tanto aliqua virt' est ma ior: quãto per eam magis aliquis xp̃o confor-matur. sed maxime aliquis xp̃o confor-matur per ṽginitatem. Dicitur enĩ Apoc. xiiij. Hẽ ṽgines sequuntur agnum quocũq̃ ierit: ⁊ q̃ cantant canticũ nouum q̃d nemo alius poterat dicere. quia ṽgines sequunt agnum eo q̃ imitant xp̃m no solum in inte gritate mentis sed etiam in integritate car nis. vt Aug. dicit in lib. de ṽginitate. Et ĩõ in pluribus sequuntur agnũ. Canticũ autẽ nouũ qd sole ṽgines cantant. est gaudium qd habent de integritate carnis seruata. Unde Greg. in pastorali dicit. Singularẽ canticũ agno cantare est cũ eo in perpetuũ de carnis incorruptõne gaudere. hec Tho.

Sciendum q̃ nomen ṽginitatis sumitur quadrupl'iciter. Primo pro incorruptione fidei. Unde super illud. ij. Cor. xi. Despon-di vos vni viro ṽginẽ castaꝝ exhibere xp̃o Dicit glosa Aug. Uirginitas cordis fides est incorrupta. Secũdo pro integritate car nis. Vñ glo. Aug. super predictũ ṽbum di cit sic. Uirginitas carnis corp' est intactus Idem cõtra Iulianum dicit. Pudicicia est res mentis ṽginitas ṽo corporis. Tertio pro integritate carnis cum pudicicia mẽtis cũ proposito seruandi eã. Vñ Aug. lib. de nuptijs ⁊ cõcupiscẽtia dicꝰ. Hẽ ṽginitas ẽ in carne corruptibili incorruptõnis perpetua meditatio. Per meditatõnẽ aũt intelligit p positũ rõnis. Quarto p̃ pudicia mẽtis cũ integritate carnis. nõ solũ in pposito seruan di eã: sꝫ etiã in re. Vñ Aug. lib. de ṽginitate dicit. Hẽ ṽginitas est cõtinẽtia qua integri-tas carnis ipi creatori aĩe ⁊ carnis vouetur ↄsecrat ⁊ ↄseruat. Uirginitas aũt sic sũm-pta ẽ excellẽtissima in gñe castitat. Et habe tib' talẽ ṽginitatẽ cõuenit deferre anulũ au-reũ in ecclia militãti: in signũ q̃ sunt sponse christi. in triumphanti vero ecclesia merito

huius virginitatis reddet aureola. Quia vero beata agnes hanc virginitatē perpetuo seruauit merito facta est sponsa xpi. cū quo cōicauit etiā in noīe: q2 ille agnus τ illa agna per cognitionē fidei τ p apertā visionez illi obuiando per abdicationē oīum rerū tpaliū τ delectationū carnaliuz a quibus exiuit Ideo dicitur φ exiuit obuiam sponso.

Exiuit obuiam sponso
Per virginalem integritatem.
Per ornamenti singularitatem.
Per gemmarum preciositatem.
Per fame honestatem.
Per fidei sinceritatem.
Per miraculorum sublimitatem.
Per vnionis inseparabilitatem.

Primo beata agnes exiuit de mūdo τ pcessit obuiā xpo sponso suo p virginitatis integritatē. Vñ Beda super Lucā dicit. Sicut xpus in summa pace natus est vt se pacez diligere ostēderet: ita de virgine natus est vt se virgineū decus diligere monstraret. Xps enī τ virginitatez in se seruauit τ matrē virginē habere voluit: τ patrem putatiuū. s. ioseph virginē conseruauit: τ pcursorē s. iohannē baptistā. τ familiarē. s. iohannē euāgelistā virgīes custodiuit. ps. Ambulās in via imaculata hic mihi ministrabat. Virginitas enī est diligēda ppter quattuor. Primo rōne status supnalis. Naz vita virginū celesti vite assimilatur. Math. xxv. Simile est regnū celoz decē virginibus. Virgines enī figurantur p pelles hyacintinas q in tabernaculo supiores fuerūt vt dicitur Exo. xxvi. Sup quo Beda in glo. dicit sic. Hyacintus celestis est coloris. Per pelles hyacintinas exprimitur virtus illoruz qui mortificatis illecebris carnis celestē in terris vitā gerūt τ inter hoīes positi angelicā puritatē imitantur. q2 neqz nubūt neqz nubūtur. Merito ergo pelles hyacintine supremū locuz tenēt: q2 color celestis celo pximus est. Scdo rōne actus diuinalis. Nā vgītas facit hoīes similes angelis. Vñ Amb. sup illud. i. Cor. vij. Bonuz est hoi sic esse: dicit sic. Supergreditur virginitas conditionez humane nature per quā homines angelis assimilantur. Tamen maior est victoria virginū φ angeloz. quia angeli sine carne viuunt: virgīes vero in carne triūphant. Hiero. In carne preter carnē viuere non terrena vita est: sed celestis. Tertio rōne habitus spiritalis. Nā deus spiritaliter habitat in virginibus. Vñ apls. i. Cor. vi. Nescitis quoniā membra vra tēpla sunt dei: τ spūsctūs habitat in vobis. Cū enī deus sit sanctus. i. mūdus: diligit cordis τ carnis mūdiciā. Qrto rōne celibatus triūphalis. Nā virginitas tenet figurā ecclie triūphantis. vñ nō ɔsecratur nisi virgo: lz eps ɔsecretur q nō est virgo. Sctitas enī virgīs sanctitatē significat ecclie triūphantis: τ sctitas epi sanctitatez significat ecclie militantis. Unde Aug. super epla ad Tytū. vt habetur dist. xxvi. c. acutius. dicit sic. Femina si cathecumina viciata est: non pōt post baptisma intra dei virgines consecrari. Beata agnes integritatem virginitatis diligentissime seruauit: p quaz meruit esse sponsa iesu xpi. vñ ipa dicebat. Amo xpm in cuius thalamū introiui. cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Jam corpus eius corpori meo sociatū est. Sz magnū certamen habuit cōtra pfecti filiū qui volebat sibi surripere virginitatē inducendo ipam ad suū coniugiū. Fuerunt enī in ipa quinqz impedimenta castitatis que assumpsit velut instrumenta virtutis. Primo etas iuuenilis. Vñ Eccli. xi. dr. Adolescentia τ voluptas vana sunt. Sz etatē iuuenilē mentis canicie tēperauit. vnde dr de ea. Tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit τ vitā inuenit. Infantia computabatur in annis: sed erat senectus mentis imēsa. Corpore iuuēcula: sz aīo cana. Vñ Sap. iiij. dr. Cani sūt sensus hoīs: τ etas senectutis vita imaculata. Scdo pulchritudo corporalis. Prou. xxxi. Fallax gratia τ vana ē pulchritudo. Sed hāc pulchritudinē corporis maceratione tēperauit. Vñ dicitur de ea. Pulchra facie: sz pulchrior fide. Hanc fidē demonstrauit in sui corporis maceratione. Unde Paulus ad Galathas. v. dicit. Qui aūt sunt xpi carnē suā crucifixerūt cū vitijs τ concupiscentijs. Tertio oblatio muneralis. Multe sunt que nō seducuntur iuuētute nec pulchritudīe: seducuntur tñ oblatoz munere. Osee. viij. Munera dederūt amatoribus suis. Ipsa aūt oīno despexit munera q filius prefecti offerebat. Vñ dr in legēda. Cepit offerre plurima τ plura promittere. Detulitqz secum quedam preciosissima ornamenta que ab ea sunt tanqz stercora reputata. Sciebat enim φ huiusmodi munera non dantur sponsis: sed concubinis. Gen. xxv. Filius autem concubinarum largitus

est mūera. Quarto nobilitas amabilis. Nobilitas em̄ viroꝝ facilius inclinat animos puellarū. Ille aūt erat filius prefecti vrbis rome. ⁊ ideo nobilis ⁊ sublimis. Sed ipsa eius nobilitatē comparatiōe sponsi celestis iesu christi vilipēdit. vnde ait. Discede a me fomes peccati pabulū mortis: quia iam ab alio amatore preuēta sum qui longe est nobilior te ⁊ genere ⁊ dignitate. Quinto terror penalis. Multe em̄ sunt que respuunt munera ⁊ consentiunt propter supplicia. Dan̄. xiij. Sic faciebatis filiab⁹ israel: ⁊ ille timentes loquebantur vobis. Sed ipsa terrores ⁊ minas derisit. vnde dicit̄ in legēda ꝙ terrentē similiter sicut blandientē aīo deridebat. Cetere puelle toruos vult⁹ parentum ferre non possunt ⁊ acus puncta districta solent quasi vulnera flere. Hec aūt virgo cruētas carnificū impauida manus expectauit. In hoc em̄ certamine habuit celeste adiutoriū. s. angelū dei. vnde ipsa dicit. Mecū em̄ habeo custodē corporis mei angelū dn̄i. ⁊ sic pcessit obuiā spōso p̄ virginitatē

Secūdo beata agnes exiuit obuiā sponso suo iesu xp̄o per ornamenti singularitatē. De qua dicitur Prouer. vl. Fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Sciendū ꝙ sponsa adueniente die desponsatiōis ei⁹ debet se ornare multipliciter. Primo debet diluculo p̄parari. Math. xxv. Que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. de q̄bus dicitur ꝙ acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus. Secundo debet in speculo se mirari. Seneca de naturalibus questionibus li. i. in fine dicit sic. Inuenta sunt specula vt homo ip̄e se nosceret. Multi enim assequuntur ex hoc primo noticiā sui. deinde quoddā consiliū bene viuendi. Formosus vitat infamiā. deformis scit remedium esse virtutib⁹ quicquid corpori deest. Iuuenis flore etatis ammonetur hoc esse tp̄us discendi: ⁊ fortia audendi. Senex vt indecora carnis deponat: ⁊ de morte aliquid cogitet: ⁊ sic se reformet. Tertio debet oculus pudice regulari. Seneca in ep̄la. Nutriendus est pudor q̄ q̄zdiu in aīo durauerit: erit bone spei locus. Impudic⁹ oculus impudici cordis est nūcius. Quarto debet os ⁊ lingua decorari. s. per honestā locutionez. Seneca in puer. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor per verba excutitur. Verborū enim turpium licentia impudentiam nutrit. Ap̄ls. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quinto debent capilli circūligari. s. expellendo cogitatiōes vanas. Seneca de quattuor virtutibus. Cogitationes vagas ⁊ inutiles. i. somno similes non recipias. pro quibus si animū tuū ablactaueris: cū omnia disposueris tristis remanebis. Sexto debent brachia ad vestem eleuari. Ad hoc em̄ vt induamus nos veste virtutis debemus brachia sursum tendere ad regratiandū deo. Cassiodor⁹ li. ep̄larū. Inuitat ad maiora qui gratanter accipit minora. ⁊ ip̄e de futuris recipit qui transacta beneficia recognoscit. aliter beneficio priuatur. Septimo debet variata veste indui. s. aurea charitatis. ps̄. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. ⁊ candida puritatis. Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis. ⁊ rubea penalitatis. Esa. lxiij. Rubrū est indumentū tuū. Octauo debet zona castitatis cingi. Apoc. i. Precinctum zona aurea ad ma. Nono debet preparatione mētis calciari. ps̄. Audiā quid loquatur in me dn̄s deus. Decimo dz torque obedientie ornari. ps̄. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā ⁊ obliuiscere pp̄lm tuum ⁊ domū patris tui: et concupiscet rex decorem tuū. Beata agnes his ornamentis singulariter decorata est. vnde dixit. Induit me domin⁹ ciclade auro texta: circūdedit me vernantibus atq̄ coruscantib⁹ gēmis. Sanguis ei⁹ ornauit genas meas. ⁊ sic pz scōm

Tertio beata agnes exiuit obuiā sponso per gēmarū preciositatem Nobiles em̄ sponse consueuerūt vestes gēmis ornare. Ideo ⁊ ip̄a gēmis virtutū fuit ornata. ⁊ hoc quattuor modis. Prīo in auribus p obedientiā. Ille em̄ est simpliciter auris qui coact⁹ obedit. Qui vero sponta neus est: auris margarit ornata. Prouerb. xxv. Inauris aurea ⁊ margarita fulgēs q̄ arguit sapientē ⁊ aurē obedientē. Ipsa vero ait. Tradidit in aurib⁹ meis inextimabiles margaritas. Scd̄o in collo p diligētiā. Ille em̄ est collū xp̄i q̄ a xp̄o capite doctrinā ⁊ legē recipit: ⁊ ceteris membris influit. Qui g̃ tm̄ predicāt legē xp̄i sunt collū. q̄ vero p̄dicant ⁊ sermonē opib⁹ virtuosis diligenter adimplēt sunt collū lapidib⁹ p̄ciosis ornatū. Cant. i. Collum tuū sicut monilia. Ipsa vero ait. Collū meū cinxit lapidibus preciosis. Tertio in manu dextera per re

tiam intentionē. Qui eñi facit opera virtuo
sa corrupta intētione sunt dextera. sed q̄ ea
dē facit simplici ꝛ recta intētiōe sunt dexte
ra gēmis ornata. Math. v. Nesciat sinistra
tua q̄d faciat dextera tua. Ip̄a vero ait. de
xterā meā cinxit lapidib⁹ preciosis. Quar
to in corpe per lucidā ꝯuersationē. Dañ. x.
Corp⁹ ei⁹ quasi crisolit⁹. Et Math. v. Sic
luceat lux vestra corā hominibus vt videant
opera vestra bona ꝛ glificēt patrē vestrū q̄
in celis est. Ip̄a vero ait. Diuersis monili
bus ornauit me. i. lucidis ꝛ v̄tuosis exem
plis. Et sic patet tertium.

Quarto beata agnes exi
uit obuiā sponso p fame honestatē. Spon
sa eñi iesu xp̄i vt digne ꝯseruet famā ꝛ ho
nestatē suā dꝫ habere sex ꝯditiones. Pri°
dꝫ discrete ꝯsensum p̄bere si inuitat. Inui
tatur eñi aīa p inspirationē ꝛ illustratiōeꝫ
a iesu xp̄o. qd̄ pcipit p motū boni ꝓpositi.
sicut a dyabolo tēptat p suggestioneꝫ que
sentit p primos mot⁹. ps̄. Accedite ad deū
scꝫ ꝯsentiēdo volūtati ei⁹ ꝛ illuminamini s.
ambasiatā recipiēdo. Scd̄o dꝫ se defende
re si infamat. Aliq̄n eñi aīa infamat soluꝫ
ꝓpter venialē culpā. Aliq̄n vero bonū qd̄
facit iudicabit fore malū. Id̄o attēdat qd̄ di
cit Aug. lib. de doctrina xp̄iana. Duo sunt
tibi necessaria. s. ꝯsciētia ꝛ fama. Cōsciētia
ꝓpter te: fama ꝓpter p̄ximū. Qui aūt con
sciētie sue cōfidēs famā negligit: crudelis
est. Sꝫ dicit aīa. Quō possum infamiā me
am defendere cū sepe de falso sim calūnia
ta? Rñdeo. pduc testes in oppositū. Apoc.
xiiij. Opa illorū sequunt illos. Ne desperes
nō murmures nō ꝗrulamēs. Fac opus bo
nū patiētie cū iesu xp̄o q̄ patit calūniā per
accusantes ꝛ falsos testes. Opa eñi tua te
stificabuntur corā ip̄o de bonitate vel mali
cia tua: ꝛ maxime opa patiētie. ꝛ sic iustifi
caberis ab ip̄o Sicut magdalena ī domo
symonis leprosi. Sicut susanna in iudicio
per danielē. Tertio dꝫ pcedere ꝛ nō se ab
scondere si visitat. Signa eñi quib⁹ aīa po
test cognoscere ꝙ a sponso suo iesu xp̄o vi
sitatur: ponit Hugo de scō victore ꝓut al
legat in speculo hystoriali. li. xxviij. c. cxxiij.
dicēs. Dulcedo ī memoria suauis affectio
alienatio a sensib⁹: abstractio a prauis co
gitationib⁹ ꝯsciē exhilaratio, oblitio p̄teri
toꝝ maloꝝ intellect⁹ illuminatio, desiderij io
cundatio: ꝛ in hijs q̄dā ꝗetatio. Multe aīe
sunt que a talib⁹ visitationib⁹ se abscōdunt
sicut talpa in terra: vt cupide. vel sic noctua
in culmine dom⁹: vt ambitiose. vel sicut ver
mis in putredine: vt lubrice seu luxuriose.
Quarto debet vicem rependere si aliquod
donum ei largiatur. Deus enim nunq̄ ani
mam visitat quin aliquid ei largiatur. s. pre
sentiā bonitatē vel misericordiā. vñ Bern.
dicit sup illo verbo. Quid retribuā dño ꝛc.
Qñ ignorabā me instruxit. Qñ errabā me
reduxit. Qñ peccabā me correxit. Qñ steti
me tenuit. Qñ cecidi me erexit. Qñ iui me
duxit. Qñ veni ad ip̄m me suscepit. nec pro
his oībus quid illi rependā habeo nisi eñi
vt diligā. Nō eñi melius nec decentius q̄ꝫ p
dilectionē rependi pōt qd̄ p dilectionē da
tū est. hec ille. Semp eñi grās agendo ꝛc.
Quinto dꝫ ip̄ꝫ diligere si amore subarrat.
Vñ Hugo de scō victore dicit vbi supra.
Diligite illum: diligite propter illuꝫ: diligite
dona illius propter illū: diligite illū vt frua
ris illo. Illum tibi: ꝛ te illi dilige. Dona illi⁹
ab illo tibi propter te. hec pura ꝛ casta dile
ctio est. hec ille. Sic ergo xp̄us sponsus aīe
summe debet diligi. Sexto debet formosa
appere si pulchritudo in ea q̄rat. Spōsus
eñi aīe est speciosus forma p̄ filijs hoim. id̄
sponsam q̄rit pulchrā. nō corpalit: sꝫ spūalr
cum venustate coloris ꝛ integritate mem
broꝝ. ergo nō dꝫ esse nimis magna p̄sumē
do de ꝯtēplatiōe. nec nimis pua se vilifican
do affectu tpaliū: sed debet in medio ꝯsiste
re. vt Ezechiel quē spūs dñi eleuauit inter
celū ꝛ terrā. dꝫ esse alba p innocentiā ꝛ pu
ritatē. rubea p dilectionē ꝛ charitatē. vt di
cat illud Cant. vi. Pulchra sum ꝛ decora fi
lie hierl'm. dꝫ esse nigra p subiectionē ꝛ hu
militatē. vt dicit illud Cant. i. Nigra sum s;
formosa. vt sic audiat a spōso suo illud Cā
tic. i. Tota pulchra es amica mea ꝛc. Bea
ta agnes hanc honestatem conseruare cu
piens grande certamen habuit ꝯtra prefe
ctū vrbis qui voluit polluere sue fame hone
statē trahēdo ip̄am ad ꝓstibulū. In quo su
perauit sex machinamenta opprobriosa p̄
fecti. Primo fecit ipsam nudam per ciuita
teꝫ duci vt nuditate magis erubesceret. So
lent enim virgines magis nuditatem time
re q̄ꝫ penam. Eccli. xvi. Eras nuda ꝛ confu
sione plena. Istud teluꝫ superauit densitate
capilloꝝ qui eā induerunt ꝛ ꝯfusionē ꝓpul
sauerūt. i. Cor. x. Capilli ꝓ velamine mulie
ri dati sunt. Scd̄o fecit ip̄am ī loco turpi. s.

in pstibulo includi vt non re᷑ et honestatem pollueret. Johel.iij. Posuerũt puellã in pstibulo. Istud telũ supauit pñtia angelica. Esa.xxxv. In domib⁹ in quib⁹ prius habitabant dracones orietur viror calami. Tertio fecit ipsam recludi in obscuro loco: vt loci obscuritas virginem deterreret.ij. Cor.vi. Que societas lucis ad tenebras? Istud telum supauit lumĩs claritate q̃ tanta fuit vt nullus posset eã cõtingere vel videre. Sap.xviij. Sctis autẽ tuis maxima erat lux.s.in refrigeriũ. Quarto fecit ipam relinqui sine vestimẽto vt frigoris aspitas eã affligeret. Mich.ij. Desuper tunicã palliũ sustulistis. Istud telũ supauit induta veste celesti quã sibi angeli in carcere parauerũt. Judith.x. Induit se vestimẽtis iocũditatis sue. Veste eñ candidã sibi de celo attulerũt. Quinto fecit ipam oib⁹ exponi: vt p vno quẽ cõtẽpserat oẽm haberet.ij. Macha.iiij. Ausus est optimos ephebos in lupanarib⁹ ponere. Istud telũ supauit diuina ptectiõe et ℣tute qr oẽs q̃ ingrediebant̃ ɔuertebãt̃.i. Reg.x. Insiliet in te spũs dñi et mutaberis in virũ alterũ. Sexto fecit ipaȝ illudi a filio suo vt quem noluerat habere maritũ: haberet amasiũ. Istud telũ supauit p demonis iusticiarij dei emulationem qui ipm suffocauit. vñ ipa ait. Ille cui⁹ volũtatẽ volebat pficere: potestatẽ in eũ accepit et occidit. Demones sunt iusticiarij dei: q̃ et si a seipis hñt voluntatẽ malã: a deo tñ iustam accipiũt potestatẽ.i. Reg.xviij. Spũs dñi malus insilijt in saul. Est eñ mal⁹ ppt̃ iniquã volũtatẽ.

Quinto beata agnes exiuit

obuiã sponso p fidei sinceritatẽ que consistit in sex. Nã sponsa dȝ amore sponsi a parentib⁹ separi: qr hõ relinquet patreȝ et matrem et adherebit vxori sue. Itẽ dȝ a doctore in via regulari. ptrerea dȝ gressus per modestiã moderari. Rursus dȝ de ℣tute in virtutẽ iter abbreuiari. Adhuc dȝ p vitaȝ ɔtẽplatiuã corã sponso se erigere. Tandẽ dȝ p actiuã se inclinare et flectere. Que oĩa in se habuit btã agnes. Vñ hanc fidẽ volens in ipsa corrũpere vicari⁹ prefecti multiplex ei intulit suppliciũ: sed ipa oĩa supplicia supa[...]uit. Primo fecit ignẽ copiosum succendi et ipam in ignẽ pijci vt eius ossa in cinerẽ redigerent̃. Istud certamen supauit per orationeȝ deuotã: qr mox vt orauit ignis extinctus fuit. Eccli.li. In medio ignis non sum estuata. Scdo iterũ fecit ignẽ copiosiũ succendi vt cito ɔsumeret̃. Istud certamen superauit p refrigerantẽ dei grãm q̃ sibi refrigeriũ pstitit. vñ ipa ait. Ecce nũcp spiritũ sanctũ rore celesti pfusa: foc⁹ iuxta me moritur. Tertio pontifices ydolor suscitauerũt seditioneȝ in pplo in mortẽ virginis. Istud certamen supauit p miraculi euidentiam. Nã prefect⁹ voluit eã liberare ob visum miraculũ suscitatiõis filij. Eccli.xlviij. Potentia nemo vicit illã. Quarto vicarius prefecti fecit ipaȝ in gutture gladio feriri. Istud certamen supauit p celestẽ palmã quã acq̃siuit. Apoc.vij. Stantes ante thronũ dei in ɔspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum.

Sexto beata agnes obuiauit

sponso suo iesu xp̃o p miraculor sublimitatẽ. De⁹ eñ in vita psenti multiplici gloria ipam sublimauit: qr mult̃ miraculis clauit. Primo in creaturis celestib⁹. Nã de celo chorruscatio et fulgur descendit: terre motus magn⁹ pstrepuit: et pfecti filiũ de inferno liberauit. Scdo in creaturis elementalibus: qr ignis extinct⁹ est. aqua et tempestas sup paganos exorta est. Aer dũ essȝ in carcere illustrat⁹ est. terra mota est Tertio in creaturis irratiõalib⁹ que hñt tñ esse. sicut in ymagine q̃ annulũ recepit et tẽptationẽ fugauit. Que hñt viuere sicut in capellis q̃ instar plantarũ viuũt cũ crescant. Que habent sentire. sicut in agno niue candidiore qui iuxta eã stare visus est. vt pȝ diligenter inspicienti legendam eius. Quarto in creaturis intellectualibus sicut in angelo qui sibi vestẽ de celo attulit in carcere seu in pstibulo. Sicut in constantia quam mẽte et corpore sanauit.

Septimo beata agnes exiuit

obuiã spõso p vnionis insepabilitateȝ. Nã spõso suo iesu xp̃o insepabilr̃ vnit̃ dũȝ honorifice ab angelis ɔsociat̃ dũ delicate cibat̃ et satiat̃. ps. Satiabor cũ appuerit glã tua. dũ cũ sponso quiete cubat̃: qr dilectus meus mihi et ego illi. Canticor.ij. Duȝ carta dotis suscipitur et ditatur. quia coronat̃ aureola virginitatis et martyrij. Super coronam facies alteram coronam aureolam. Exo.xxv. Et sic in aula clare visionis perpetuo mansura cũ sponso induciẽ: vbi delectatio meriti in delectationẽ pmij cõuertit̃. vñ

de ipsa ait. Ipsi sum iūcta in celis quē in terris posita tota mētē deuotiōe dilexi ieternū.

In festo sctī vincētij martyris. Ser. xiij.

Firmabitur in illo et

f nō flectetur. Scribunt hec verba Eccli. xv. et in epla. Beatus Greg. li. vij. moral. dicit sic. Iustoꝝ fortitudo est carnē vincere ꝓprijs volūtatibus contraire: delectationē vite pñtis extinguere: huius mundi aspera ꝓ eternis premijs amare. Hec ille. Sup quo verbo moueo talem questionē. Utrū beatus vincentius magis coronetur laurea fortitudinis reprimēdo immobiliter timorē piculoꝝ q̄ datianus aggrediendo infatigabiliter supplicijs audaciaꝫ laborū. Ad hanc questionē rñdent duo doctores noui testamēti. Primus est beatus Aug. ſmone pmo huius diei dicēs sic. Magnū et multū mirādū spectaculū noster animus cepit: nec imanissimā et pnicio sissimā sicut solet in theatris quarūcūq nugarum Sed plane vtilissimā et fructuo sissimā voluptatē oculis interioribus hausimus cū beati Vincentij passio legeret. Terret videre inuictā martyris aīam ꝯtra insidias antiqui hostis: ꝯtra seuitiā impij iudicis: ꝯtra dolores mortis carnis: acerrima ꝯflictatiōe certantē et in adiutorio dñi cūcta superantem Hec ille. Scdus est sctūs Tho. ij ij cxxiij. arti. vi. in rñ fi. ad secūdū argumentū dicēs sic. Sustinere est principalior actus fortitudinis q̄ aggredi triplici ratione etc. Primo quidem q2 sustinere videt aliqs ab aliquo fortiori inuadente. Qui aūt aggredit inuadit ꝑ modū fortioris. Difficilius aūt est pugnare cū fortiori q̄ cū debiliori. Scdo quia ille qui sustinet iā sentit picula īminentia. ille aūt qui aggredit hꝫ ea vt futura. Difficilius aūt est nō moueri a pñtibus q̄ a futuris etc. Tertio q2 sustinere importat diuturnitatē tpis: ſ aggredi pōt aliqs ex subito motu. Difficilius est diu manere immobilē q̄ subito motu moueri ad aliqd arduū Unde phs dicit. iij. ethi. ꝙ quidaꝫ sunt preuolantes ante pericula et in ipsis discedūt. fortes autē econtrario se habent. et in sustinendo iusticiā maxime aliqui fortes dicuntur. Hec Tho. Sciendū ꝙ exteriorē actum virtutis quandoq aliqui efficiunt non habentes virtuteꝫ: sed ex aliqua alia causa q̄ ex virtute. Et ideo phs. iij. ethi. ponit quattuor modos eoꝝ qui similitudinarie dicū-tur fortes: quasi exercentes actuꝫ fortitudinis preter virtutē. Quidaꝫ enī ferunt in id quod est difficile ac si non esset difficile ꝓpter ignorantiā. q2 scꝫ non percipiunt magnitudinē periculi. Quidā aūt propter bonā spem ad pericula vincēda. q2 scꝫ sunt experti sepe pericula euasisse. Quidaꝫ vero ꝓpter scientiā et artē quandā. sicut ꝯtingit in militibus qui propter peritiā armoꝝ et exercitiuꝫ non reputant grauia pericula belli estimantes se per artē suam posse cōtra ea defendi. Sicut Vegetius dicit in libro de re militari. Nemo facere metuit qd se bñ didicisse ꝯfidit. Quidā ꝓpter impulsum passionis vel tristicie vel ire quam vult repellere. Quidā ꝓpter electionē alicuius tpalis cōmodi acquirēdi. puta honoris voluptatis seu lucri. vel alicuius incōmodi vitādi. puta vituperij afflictōis seu dāni. Hi enī nō dicuntur vere fortes: ſ similudinarie. Vere aūt fortis est q̄ hꝫ firmitatē animi in sustinendis et repellendis hijs in quibus maxime est difficile firmitateꝫ habere. s. in piculis grauibus. Unde Ambro. lib. i. de officijs dicit sic. Nō mediocris animi est fortitudo q̄ sola defendit ornamenta virtutū oīm et iusticiā custodit. et q̄ inexpiabili ꝑlio aduersus oīa vitia decertat. inuicta ad labores ad picula. Rigidior aduersus voluptates: auariciā fugat tāq̄ labē quandā q̄ virtutē effeminat. Hec ille. Et Tullius in sua rethorica dicit. Fortitudo est cōsiderata piculoꝝ ꝑpessio et laborū susceptio. Sꝫ fortitudo animi dr̄ q̄ firmiter retinet volūtatē hoīs in bono rōnis contra maxima mala vt hō sustinet ꝑsonales īpugnatiōes ꝓpter summū bonū quod est deus queadmodū referunt sancti martyres quibus debet laurea fortitudīs in celo ſm̄ specialē graduꝫ beatitudīs. Scdm id Math. v. Beati q̄ ꝑsecutionē patiunt ꝓpter insticiā: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Quē graduꝫ assecutus est btūs vincētius ꝑ gliosum triumphū sue fortitudinis et firmitatē sue voluntatis in deo. ideo dicitur. Firmabit in illo.

Firmabitur in illo

- Per fidelitatem.
- Per charitatem.
- Per longanimitatem.
- Per perseuerantiam.
- Per constantiam.
- Per patientiam.
- Per fortitudinem.
- Per beatitudinem.

Primo beatus vincentius firmat in xp̄o p fidelitatē que causam pugne in via iusticie insinuat. ꝛ ista ostendit lucrū ppter qđ est dimicandū. Vñ hāc fidē vsqȝ ad mortē debem⁹ testificari. iuxta illud .i. Pet. iiij. Nemo vestrū patiat quasi homicida aut fur aut aliq̄d hmōi. Si autē vt xpian⁹ nō erubescat: glorificet aūt deū in isto noīe. Sciendū q̄ xpian⁹ dr ille qui est xp̄i. dicit aūt aliq̄s eē xp̄i quadruplr. Primo qꝛ ꝓfitet fidē xp̄i nō solū corde credendo fidei veritatē: sed etiā exteri⁹ ore ꝓtestādo. Roma. x. Corde credit ad iusticiā: ore aūt confessio fit ad salutē. Scđo qꝛ spiritu xp̄i ad opa v̄tuosa ꝓcedit. ſm illđ Roma. viij. Si quis spm̄ xp̄i nō hꝫ: hic nō est eius. Nō solū eñ p v̄ba dꝫ q̄s ꝯfiteri veritatem fidei: sed etiā p facta fidē xp̄i dꝫ ostendere. Scđm illud Jaco. ij. Ostendā tibi ex opibus fidē meā. Vñ ꝛ de q̄busdā dr Tytū .i. Confitent se nosse deū: factis aūt negant. Et iō xpianus dr nō solū qui patit ꝓ fidei ꝯfessione que fit p verba: sed etiā quicunqȝ patit ꝓ quocūqȝ bono ope faciendo. Tertio qꝛ ad imitationē xp̄i peccatis moritur. ſm illud Gal. v. Qui aūt sunt xp̄i carnem suā crucifixerūt cū vitijs ꝛ ꝯcupiscētijs. Vñ xpianus dicit qui ꝓ quocūqȝ peccato vitando patit ꝓpter xp̄m. sicut ꝓ integritate carnis seruāda legunt alique mulieres vitam ꝯtempsisse. Dicit eñ Aug. i. de ciuitate dei. Qꝛ quedā sancte femine tpe persecutionis vt insectatores sue pudicicie deuitarēt se in fluuiū deiecerunt: eoqȝ modo defuncte sunt. earūqȝ martyria in catholica ecclia veneratione celeberrima frequentant. Quarto quia pro veritate iusticie reprehēdendo vitia patitur. Deus eñ hmōi opa a nobis requirit ꝛ nos ꝓ eis remunerat. Unde ꝛ beati iohānis baptiste in ecclia martyriū celebratur. qui nō pro defendenda fide: sed pro reprehensione adulterij mortē sustinuit. vt pꝫ Marci. vi. Beatus vincenti⁹ his quatuor modis fuit vere xpianus. Primo per apertam fidei confessionem. Unde dicitur de eo q̄ dixit datiano de mandato Valerij episcopi. Nepharium apud christianā prudentiam esse cognosce diuinitatis cultū abnegando blasphemare. Secundo per deuotam orationē. Unde dicitur de eo. Sursum erectis luminibus dominum precabatur. Tertio per corporis mortificationem, quia timore diuino carnē suā confixit. ps. Confige timore tuo carnes meas. Quarto p durā increpationē. ps. Sagitte potentis acute cū carbonibus desolatorijs. Ista eni sagitta fuit potens: quia iram tyranni non timuit. Fuit acuta: quia eius cor medullitus penetrauit. Fuit accensa: quia zelo dei hoc fecit. ꝛ sic firmat⁹ est in xp̄o p fidelitatē ꝛc.

Secundo beatus vincentius firmatur in xp̄o per charitatē que mortis periculū imperat in via militie ad preliādū. Unde Maximus in quodā ſmone dicit sic. Charitas xp̄i in martyribus suis vicit. Et Joh. xv. Maiorē charitatē nemo hꝫ q̄ȝ vt aīam suā ponat quis pro amicis suis. Etiā sine charitate martyriuȝ nil valet. ſm illud .i. Cor. xiij. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero nihil mihi ꝓdest. Primū eñ motiuū ad actū virtutis est amor charitatis. Sicut semē vł radix est primū motiuū ad fructū. ꝛ ex hoc aliquis actus precipue ad perfectionē vite ptinet. iuxta illud Col. iij. Charitas est vinculū perfectionis. Martyriū aūt inter oēs actus virtuosos maxime demonstrat perfectionem charitatis. Quia tanto magis aliquam rem quis ostenditur amare quanto pro ea rem magis amatā cōtemnit: ꝛ rem magis odiosaȝ eligit pati. Sed inter omia alia bona presentis vite maxime amat homo ip̄am vitaȝ. ꝛ econtrario maxime odit ipsam mortē: ꝛ precipue cū doloribus corporaliū tormentorū quorū metu etiā bruta animalia a maximis voluptatibus absterrentur. vt Aug. dicit lib. lxxxiij questionuȝ. Charitas aūt facit quadruplex incendiuȝ. Primo facit incendiuȝ amoris. Luce. vlti. Nonne cor nostruȝ ardens erat in nobis: Secundo facit incendiuȝ sermonis. Eccli. xlviij. Surrexit helyas quasi ignis: ꝛ v̄bū illius quasi facula ardebat. Tertio facit incendium operationis. Job. xxxvij. Nonne vestimenta tua .i. opera tua calida sunt cuȝ perflata fuerint vento austro .i. spiritusctō. Quarto facit incendiuȝ immutationis: qꝛ licet multa aduersa homo patiatur: non tamen charitas in eo extinguitur. Cant. viij. Aque multe non potuerūt extinguere charitatem. Charitas fecit in beato vincentio istud quadruplex incendium. scꝫ amoris in corde vnde dicitur de eo. Vir inclytus vincentius succensus igne diuini amoris. fer-

uoris in ore. Unde ipse ait ad tyrannū. exurge ꝛ toto malignitatꝭ spiritu debacchare feruoris in opere. Unde exclamat prudentius. O miles inuictissime: fortissimoꝝ fortior: iā te seua ꝛ aspera tormenta tremūt victorē. feruoris in continuatione. Unde dicit Amb. in s̄mone huius diei. Torquetur vincētius: tūditur: flagellatur: sed inuictus pro sancto nomine animus non cōcutitur plus ardēs igne celi ꝙ̄ ferri. Ignis celi est ip̄a charitas que in corde vincentij sic ardebat ꝙ ignē exteriorem frigidū faciebat. ps̄. In meditatione mea exardescet ignis. scꝫ charitatis diuine. ꝛ sic patet secundum.

Tertio beatus vincētius

firmatur in xp̄o per longanimitatē que p̄parat premiū qꝺ debet diutius expectari: ꝛ itineris longitudinē demonstrat ad certandū. Sicut eñ magnanimitas dicitur per quā aliquis habet animū tendendi in magna. ita etiā longanimitas dicitur per quā aliq̄s habet animuꝫ tendendi in aliquid quod in longum distat. ꝛ ideo sicut magnanimitas magis respicit spem tendenteꝫ in bonū ꝙ̄ audaciā vel timorē siue tristiciā que respiciūt malū: ita etiaꝫ longanimitas que sustinet aliqua mala propter aliquod bonū. nō qꝺ ex propinquo expectetur: sed qꝺ in longū differtur. propter qꝺ assequēduꝫ multa mala in presenti oportet sustinere. ꝛ sic dilatio boni sperati pertinet ad longanimitatē. Sciendū ꝙ longanimitas seu fiducia mala est quadruplex. Prima est ypocritarū q̄ est ī vanitate ꝛ simulatiōe. Job. viij. Spes ypocrite pibit. nō eñ placebit in corde suo sicut tela aranearū fiducia ei⁹. Scd̄a est superboꝝ q̄ est in potestate ꝛ exaltatiōe. Esa. xxx. Sperantes auxiliū in equis ꝛ h̄ntes fiduciā in vmbra egypti. Tertia est luxuriosoꝝ q̄ est in voluptate ꝛ carnali delectatiōe. Job. xl. Habꝫ fiduciā vt influat in os eius Quarta est cupidoꝝ in diuitiarū possessiōe ps̄. Ne timueris cū diues fact⁹ fuerit hō ꝛc̄ Fiducia aūt ꝛ longanimitas bona est iustoꝝ ꝛ pfectoꝝ que est in dn̄o p grē appositioneꝫ. Prouē. iij. Habe fiduciā in domino ex toto corde tuo. Hāc longanimitatem se habuisse ostendit beatus vincenti⁹ ex quattuor signis. Primo ex voluntate patiendi. Unde dicebat. Hoc est quod semper optaui ꝛ votis omnibus exquisiui. Et. ij. Coꝛ. xij. Libenter gloriaboꝛ in infirmitatib⁹ meis. Secundo ex firmitate sufferendi. vnde dicebat. Uidebis me plus posse dei virtute dum torqueor: ꝙ̄ possis ipse qui torques. Tertio animositate contemnendi. vnde tyranni contemnebat iram dicens. Cum mihi irasci magis putas: mihi melius incipis misereri. Quarto perpetuitate sustinendi. Unde dicebat. Hoc soluꝫ valde metuo qꝺ te mihi fingis velle misereri. Nolo vt aliq̄d minuas de supplicijs vt te victū in omnib⁹ fatearis. Et prudentius dicit de eo. Ridebat hic miles dei manus cruētas increpās ꝙ fixa non profundius intraret artus vngula. Et sic patet tertium.

Quarto beatus vincen

tius firmatur in xp̄o per perseuerantiā s̄m quā iustus iter continuat. que portū ostendit. Unde Bern̄ in ep̄lis. Tolle perseuerātiā: nec obsequiū mercedē habet: nec beneficiū gratiam: nec laudē fortitudo. Laus eñ perseuerantie in hoc consistit ꝙ aliquis nō recedit a bono propter diuturnā tolerantiā difficiliū ꝛ laboriosoꝝ. quoniā s̄m perseuerantiā aliquis perseuerat in his in quibus difficillimū est diu sustinere. Non est auteꝫ difficile sustinere bona: sed mala. Sed mala que sunt pericula mortis vt plurimū nō diu sustinentur: qꝛ vt frequentius cito trāseunt. Unde respectu illoꝝ non est precipua laus perseuerantie. Inter alia aūt mala p̄cipua sunt illa que opponuntur delectationibus tactus. quia huiusmodi mala attendūtur circa vitā. ideo sustinere difficultateꝫ q̄ prouenit ex diuturnitate boni op̄is dat laudem perseuerantie. Sciendū ꝙ perseuerātia consistit in quattuor. Primo in carnis mortificatione. Judith. iiij. Scitote qm̄ exaudiuit dn̄s preces vr̄as si permanentes p̄manseritis in ieiunijs ꝛ orationibus. Secūdo in preceptorum obseruatione. i. Paral. xxviij. Firmabo regnum eius in eternum si perseuerauerit precepta mea facere. Tertio in flagellorum perpessione. Mathei. x. Eritis odio omnibus hominibus propter me. qui autem perseuerauerit vsqꝫ in fineꝫ hic saluus erit. Quarto in fidei predicatione. Hebreorum. xij. In disciplina perseuerate. Beatus Uincentius firmiter in his perseuerauit propter quattuor. Primo ab infantia sui deo tam mente ꝙ̄ corpore consecratione. Nam in plenitudine fidei et sancte honestatis: et vere deuotionis

⁊ veritatis scripture nutrit⁹ in oī scītate se exercuit. Scdo a pueritia sui gratiosa inter hoīes conuersatiōe. Nā ante deū ⁊ ante homines sctōs ꝓpter sctōꝝ moꝝ elegantiam grām inuenit ⁊ habuit. Tertio in dyaconatus officio acceptissima xpo ⁊ ecclie administratione. Existens quippe sub epo valecio dyacon⁹ re ⁊ noīe suū officiū digne adimpleuit. Quarto ꝑ fide xpi ⁊ doctria euāgelij ardentissima concertatione. Nā cōtra dacianū tyrannū disceptās ipm doctrina rōne ⁊ exēplo mirabilit̄ ꝯfutauit. vt pꝫ ⁊c.

Quinto beatus vincen

tius firmat̄ in xpo ꝑ cōstantiā q̄ difficultatē virtute supat in labore multū adiuuans Constātia em̄ facit firmiter ꝑsistere in bono ꝯtra difficultatē que ꝓuenit ex q̄buscūqꝫ exteriorib⁹ impedimētis. ps. Non dabis ineternū fluctuationē iusto. Sciendū ꝙ cōstantia est necessaria ad quatuor. Primo ad despiciendū ꝓspera. Judith. ix. Da mihi in aīo ꝯstātiā vt ꝯtemnā illū. Et. i. Machab. ij. Mathatias ⁊ filij ei⁹ cōstanter steterunt aduersus nuncios regis anthiochie. Scdo ad sustinēdū aduersa. ij. Machab. viij. Et linguā postulans cito ꝓtulit ⁊ man⁹ ꝯstanter extendit. his verbis ꝯstantes sunt effecti ꝓ patrijs legib⁹ mori. Tertio ad testificādū vera. Act. iiij. Vidētes aūt ꝯstantiā petri ⁊ iohānis cōpto ꝙ hoīes essent sine litteris ⁊ ydiote. Eiusdē. xxiij. Sequente nocte assistens ei dn̄s ait. Constās esto sicut testificat⁹ es de me in hirl̄m. Sic oportet te testificari rome. Quarto ad aggrediendūꝫ terribilia. Judith. vlti. Horruerūt perse constātiā ei⁹ ⁊ medi audaciā ei⁹. Et. i. Machab. ix. Cōuenerūt in iudā oēs cōstantes corde ⁊ ꝯtrita est dextera pars ab eis. Et Sap. v. Stabūt iusti in magna ꝯstantia aduersus eos qui se angustiauerūt. Beat⁹ vincenti⁹ habuit maximā mentis ꝯstantiā, vnde dicitur de eo. Inter hec manet immot⁹ ille dei seruulus. quā constantiaꝫ demonstrauit in quadruplici certamine. Primuꝫ certamen fuit in eculeo, in quo fecit eū dacianus toto corpore distendi. distentū diuersis vulneribus cruciari. cruciatū ferreis pectinibus laniari. ⁊ carnifices ad seuiendū crudeli⁹ verberibus fecit vrgeri Secundū certamē habuit in craticule incendio: vbi totuꝫ corpus vncinis ferreis aperitur. ardentes lamine infiguntur. sale ignis aspergitur. telis viscera extra iaciuntur. Tertiū certamen habuit in carceris ergastulo. Nā tyrann⁹ fecit ipm in obscuro carcē includi: ibi testas acutissimas congeri. in ligno pedes affigi. ⁊ sine oī humano solatio derelinqui. Quartū certamen habuit in molli lectulo. Postq̄ꝫ em̄ tyrannus vidit se eū per asperitates tormentorū vincere non posse: in lecto mollissimo eū reclinare fecit putans per delitias ipsuꝫ allicere posse. Vicit autē ista certamina maxima mentis cōstantia. Unde Aug. in sermone huius diei dicit sic. Tanta in vincentio penarū asperitas seuiebat in membris ⁊ tāta securitas resonabat in verbis vt putaremus aliū loqui ⁊ aliū torqueri. Et vere sic erat. Caro enim patiebatur ⁊ spiritus loquebatur. Habuit em̄ plurima auxilia quibus constans fiebat. Primo lucē ineffabilem que carcerē obscurū illustrauit. Secundo florū redolentiā amenissimā que carcerem mirabili odore confortauit. Tertio affectionē liberā que compedes grandi virtute resoluit. Quarto societatē angelicā quā christus misericorditer sibi destinauit.

Sexto beatus vincētius

firmatur in xpo per patientiā que in cōmistabilibus bonū virtutis defensat quasi cūcta conseruans. Unde Aug. in sermone de sancto Cypriano dicit sic. Facile est martyrem celebrando venerari: sed magnū est fidem ⁊ patientiā eius imitari. Nā patiētia est ꝑncipalius circa tristitias eo ꝙ patiēs aliquis dicitur non ex hoc ꝙ non fugit: sed ex hoc ꝙ laudabiliter se habet in patiendo que presentialiter nocent. vt scꝫ non inordinate ex eis tristetur. Sciendū ꝙ aduersitates tolerande sunt patienter propter quattuor. Primo propter iparū paruitatē. i. Petri i. Modicū nūc oportet contristari in varijs temptationibus vt probatio fidei vr̄e multo sit preciosior auro quod per ignē ꝓbatur. Secundo propter rerū paucitatem. ps. Patientia pauperū non peribit in finē. Tertio ꝓpter dolorū breuitatē. ps. Scdm multitudinē dolorū meoꝝ in corde meo cōsolationes tue letificauerunt aīam meam. Quarto propter retributionis perpetuitatem. Roma. viij. Nō sunt condigne passiones huius temporis ad futurā gloriaꝫ ⁊c. Beatus vincentius habuit maximam patientiam in supplicijs. Unde Aug. in sermone huius diei dicit sic. Habebat vincentius

in sermone fiduciam: in passione toleranti-
am. Nam eius supplicia fuerunt grauissima
numerositate: acerbitate: diuturnitate: im-
placabilitate: que oīa vicit summa patiētia.
Vñ Aug. in sermone huiꝰ diei dicit sic. Fi-
des pugnat: ⁊ quādo fides pugnat nullꝰ ex-
pugnat. qꝛ ⁊ si laniat̄ ⁊ si lacerat̄ nō perit q̄
xp̄i sanguine ē redemptꝰ. Potēs homo nō
pōt perdere qđ emit auro suo: ⁊ xp̄s perdet
qđ emit sanguine suo? Sed hoc totū nō ad
hoīs sed ad dei gloriā referat̄. Ab ipso vere
est patiētia vera: patientia sancta: patientia
religiosa: patientia xp̄iana que donū dei est
hec ille: ⁊ sic patet sextum.

Septimo beatus vincen-

tius firmat̄ in xp̄o per fortitudinē que mor-
tem victoriose expugnat in periculis vexillū
tenēs. Vñ Cyprianꝰ in s̄mone de martyri
bus dicit sic. O beati martyres quibꝰ vos
laudibꝰ predicē. O milites fortissimi robur
corporis vestri quo preconio vocis explicē.
Sciendū ꝙ fortitudo gratuita que est do-
num dei: firmat animū homīs in bono iusti
cie dei que est ꝑ fidē iesu xp̄i. vt dr̄ Rom. iij.
Et talis fortitudo pōt attēdi circa quattuor.
Primo inquātum defendit̄ bonū cōmune
decertando in acie ꝑ iustuꝫ bellū. Secūdo
inquantū iudex vel priuata persona nō re-
cedit a iusto iudicio timore gladij imminen-
tis vel cuiuscunqꝫ periculi: etiā si sit mortife
rum. Tertio inquātū aliq̄s nō refugit ami
co infirmāti obsequi ꝑpt̄ timorē mortifere
infectionis. Quarto inquantū aliq̄s nō re
fugit itinerari ad aliqđ pium negociū prose
quendū ꝑpt̄ timorē naufragij vel latronuꝫ
Beatꝰ vincētiꝰ fortissime oīa pericula mor
tis vicit. Unde Aug. dicit sic. Beatus vin
centiꝰ vicit in v̄bis: vicit in penis: vicit in cō
fessione: vicit in tribulatiōe: vicit exustus: vi
cit submersus: vicit viuus: vicit mortuꝰ. hec
ille. Sic em̄ respondit Daciano. vt dic̄ Pru
dentius. Tormēta: carcer: vngule: stridēsqꝫ
flammis lamina: atqꝫ ipsa penarum vltima
mors xp̄ianis ludus est. Et sic pꝫ septimū.

Octauo beatus vincenti

us firmat̄ in xp̄o per beatitudinē que coro-
na glorie ip̄m in celis decorat premiuꝫ vltra
meritū reddens. Vñ Apoc. vi. dicit̄ de eo.
Data est ei corona ⁊ exiuit vincens vt vin-
ceret. Et angeli dixerūt ei. Agnosce o vincē
ti: quia pro cuiꝰ nomine decertasti: ipse tibi
coronam preparatam seruat in celis: qui te
victorem fecit in penis. quam nobis conce-
dat. Amen.

In conuersione sancti Pauli apostoli Sermo. xiiij.

Tupebant omnes
s qui audiebāt. Act. ix. ⁊ in epi
stola hodierna. Beatꝰ Aug.
in lib. de vidēdo deū ad paulinā dic̄ sic. Ip̄a
dei substantia a quibusdaꝫ videri potuit in
hac vita positis. sicut a moyse ⁊ paulo q̄ ra-
ptus audiuit ineffabilia verba q̄ non licꝫ ho
mini loqui. Super quo moueo talē questio
nem. Utrū beatꝰ paulꝰ per sui admirabileꝫ
conuersionē raptꝰ fuerit ad gloriosam dei
visionē. Ad istā questionē r̄ñdent duo do-
ctores noui testamēti. Primꝰ est beatus
Aug. li. xij. super Genesim ad litterā dicēs
sic. Cur non credamꝰ ꝙ tanto ap̄lo doctori
gentiū rapto vsqꝫ ad ipsam excellentissimā
visionē voluerit deꝰ demōstrare vitā in qua
post hanc vitā viuendū est in eternū. hec il-
le. Secūdus est sanctꝰ Tho. s̄c̄da s̄c̄e. q.
clxxv. arti. iij. dic̄ sic. Quidā dixerūt paulum
in raptu nō vidisse ip̄am dei essentiam: sed
quandā refulgentiā claritat̄ ipsius. Sed cō-
trariū manifeste ip̄a v̄ba ap̄li designāt. Di-
cit em̄ se audisse ineffabilia v̄ba q̄ non licet
homini loqui. huiusmodi autē vident̄ ea q̄
ꝑtinent ad visionē beatoꝝ que excedit sta-
tum vie. s̄m illđ Esa. lxiij. Oculus nō vidit
deus absqꝫ te q̄ preparasti diligētibus te: ⁊
ideo cōuenientiꝰ dicitur ꝙ deū per essentiā
vidit. hec Tho. Sciēdū ꝙ mens humana
diuinitꝰ rapit̄ ad contēplandā v̄itatē diui-
nam quattuor modis. Primo vt contem-
pletur eā per similitudines quasdā imagina
rias. ⁊ talis fuit excessus mētis q̄ cecidit su-
pra petrū. vt pꝫ Act. x. Secundo vt contē
pletur eam per intelligibiles effectꝰ. Et talis
fuit excessus dauid dicentis in ps̄. Ego dixi
in excessu meo om̄is homo mēdax. Tertio
vt cōtemplet̄ eā in sua essentia ꝑ lumē gl̄ie
qđ fit velut forma imanens. ⁊ talis visio ē
in sanctis in patria. Quarto vt cōtemple-
tur eā in sua essentia ꝑ lumē glorie qđ fit ve
lit passio transiens. ⁊ talis fuit raptꝰ pauli
⁊ etiā moysi. ⁊ satis cōgruent̄. qꝛ sicut moy
ses fuit p̄mus doctor iudeorum. ita paulus
fuit primus doctor gentiū. Unde visio pau
li in illo raptu: quantū ad aliquid fuit simi-
lis visioni beatorum. scꝫ quantū ad id qđ vi

debatur ⁊ quantū ad aliquid dissimilis. scʒ quantū ad modū vidēdi: qꝛ nō ita perfecte vidit: sicut sancti q̄ sunt in patria. Vñ Augus. dicit lib. xij. super Genesim ad litteraʒ Apostolo arrepto, a carnis sensibus in tertium celum: hoc defuit ad plenā perfectāqʒ rerum cognitionē: que angelis inest ꝙ siue in corpore siue extra corpus esset nesciebat Hoc itaqʒ non deerit cum receptis corporibus in resurrectione mortuoꝝ corruptibile hoc induerit incorruptionē. hec ille. Et quia in tali visione acceperat noticiam sacramētorum iesu xp̄i. prout ipsemet dicit Gal. i. Notum vobis facio euangeliū qḋ euangelizatum est a me: quia non ſm hominez sed per reuelationem iesu xp̄i. Ideo stupebant omnes qui audiebant. vt dicit thema.

Stupebant omnes.

Angeli qui audiebant eum angelice viuentem.

Iusti qui audiebant eum iuste se regentem.

Penitentes qui audiebant eum conuerse gradientem.

Iudei qui audiebant eum synagogam euertentem.

Gentiles qui audiebant eum mundana arguentem.

Peccatores qui audiebant eum peruerse incedentem.

Primo stupent omnes

angeli qui audiunt beatum paulū angelice viuentem. In angelis eñ cōsiderant quattuor. Primo virginalis mundicia. Math. xxij. Angeli dei in celo neqʒ nubēt neqʒ nubentur. Secundo charitas ignita. ps̄. Qui facit angelos suos spirit⁹ ⁊ ministros suos ignem vrentem. Tertio velox obedientia. ps̄. Angeli dei ministri eius qui facitis voluntatem eius. Quarto sollicita custodia. ps̄. Angelis suis de⁹ mandauit de te: vt custodiant te in oīb⁹ vijs tuis. Stupent angeli ⁊ admirantur in paulo hodie conuerso has quattuoꝛ ꝓprietates. Primo eius virginalem mundiciaʒ. Fuit eñ ꝟgo sicut ipsemet testatur de ꝟginib⁹. i. Coꝛ. vij. dicens sic. Volo oēs homines esse sicut meipm̄. Chryso. de laudib⁹ pauli dicit sic Ioseph pudicicie ꝟtute decoratus est. Et ego vereoꝛ ne iam ridiculum sit hinc etiam paulum laudare qui semetipm̄ crucifigēs: nō solum humanoꝝ corporum pulchritudines: sed oīa etiam que videnꝭ rebus clara ac decora cernebat. quēadmoduʒ nos fauillam cinerēqʒ cōspicim⁹: qui q̄si mortuus ad mortuū inmobilis permanebat. hec ille. Secūdo ei⁹ charitatem ignitaʒ. Ignem eñ charitatis nihil in eo extinguere poterat. Sicut ipse ait Romanos. viij. Certus sum eñ ꝙ neqʒ mors neqʒ vita ⁊c. poterit nos separare a charitate xp̄i. ⁊ Chryso. dicit. Vt eñ ferrū missum in ignē totū ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus tot⁹ efficiꝭ charitas. Tertio ei⁹ velocē obedientiā quā hodie demonstrauit: cum dixit. Dñe quid me vis facere. Ex magna obediētia totū munduʒ p̄dicando circuiuit. Chryso. Paul⁹ tanq̄ pennat⁹ totū docendo peruolauit orbē. Quarto ei⁹ sollicitā custodiā. Quidā eñ angeli custodiunt mundū vniuersum. sicut dñatiōes. Quidam prouincias: vt p̄ncipat⁹. Quidaʒ loca specialia: vt archangeli. Quidaʒ singulares personas: vt angeli. Paulus aūt curā habuit de vniuerso mūdo. Chryso. Nullus angelus ita creditū sibi populum gubernauit: vt paulus vniuersuʒ orbē. Curā habuit de prouincijs. Chryso. Tanta paulus ꝟtute ꝓgressus est vt vix triginta annoꝝ spacio: ⁊ Romanos: ⁊ Persas: ⁊ Parthos: ⁊ Medos: ⁊ Indos: ⁊ Sathas: et Ethiopes: sub iugo mitteret veritatis. Curā habuit de specialibus locis: ad que particulares ep̄las destinauit. Sicut de roma: corītho: galatia: epheso ⁊c. Curā habuit de singularib⁹ personis. sicut de Timotheo. Tito. Philemone ⁊c. Ideo angeli stupent in paulo angelicā eius vitam ⁊c.

Secundo stupent omnes

iusti qui audiunt beatū paulū iuste se gerentem. Nam iusti habēt quattuoꝛ in se q̄ vehementer admiranꝭ in paulo hodie cōuerso. Primo celestiū contemplationē. Phil. iij. Nostra cōuersatio in celis est. Conuersatio autē dicit totā vitā homīs. Sed coꝝ q̄ sunt in celo est q̄druplex diuersitas. Quidā eñ sunt in celo tm̄ corde: vt pigri ⁊ desidiosi scʒ qui bona ꝓposita q̄ habent opere nō implēt. Quidā tm̄ oꝛe vt p̄dicatores ꝟbosi. Quidam ꝟo tm̄ ope exterioꝛi: vt ypocrite ⁊ vani gl̄iosi. Quidā autē oīb⁹ modis: sicut paulus qui habuit sancta desideria. Phil. i. Cupio dissolui ⁊ esse cuʒ xp̄o. Habuit sincerissima ꝟba. ij. Coꝛ. ij. Ex sinceritate sicut ex deo corā deo in xp̄o loquimur. Habuit solli

cita opera.ij.Thessal.ij.In labore ꝛ fatigatione nocte ꝛ die laborantes ꝛc. Secūdo bonoꝝ operū exercitationē.i.Coꝝ.xv.Abūdantius omībꝰ laboraui. Vere abundantiꝰ qꝛ plꝰ omībꝰ peragrauit.Romā.xv.Ab hierusalē vsqꝫ ad illiricū ꝑ circuitū repleui euāgelium. Vere abūdantiꝰ qꝛ plures pre oībꝰ ad fidē cōuertit.scꝫ innumerabilē pplm gentiliū.Gal.ij.Qui operatꝰ est petro in apostolatū circūcisionis:cooperatꝰ est ꝛ mihi inter gentes. Vere abūdantiꝰ:qꝛ plus omībꝰ manibꝰ laborauit.Act.xx.Ad ea que mihi opꝰ erant:ꝛ his qui mecum sunt:ministrauerūt manꝰ iste omia.Chryso.Nec vnū quidē diē in ocio ꝛ quiete passus est trāsire:vere abūdantius qꝛ plures eplas scripsit. Tertio ꝓfundam humiliationem quo ad quattuor.

Quantū ad denominationē quā humilē habuit vocans se paruulū. Cū enī prius vocaretur saulus a saulo superbo,postea vocauit se paulū quasi paruuluꝫ.i.Coꝝ.xv. Ego sum minimꝰ aploꝝ ꝛc. Quantū ad cōuersationē quā humilē habuit.i.Thessal.ij.Facti sumꝰ paruuli in medio vestrū:ecce quanta humilitas:tanqꝫ si nutrix foueat filios suos.ecce quāta auctoritas.Quoniā charissimi facti estis nobis.ecce quanta amicabilitas. Quantū ad scientiā quā humilē habuit.i.Coꝝ.ij. Non iudicaui me aliqͩd scire inter vos nisi iesum xp̄m ꝛ hūc crucifixū. Quātum ad vitā quā humilē habuit nō reputās se ꝑfectū:ſ ꝑcōrē i.Thim.i. Xp̄s iesus venit in hūc mūdū pcōres saluos facere:quorum ꝑmus ego sum. Et.i.Coꝝ.iiij.Nihil mihi consciꝰ sum:ſ nō in hoc iustificatus sum.

Quarto aduersoꝝ perpessionē. Chrysost. Paulus fuit saxo durior:ferro firmior:adamante fortior:auro incorruptibilior. Fuit quidem saxo durior:quia nulli aduersitati cedebat.Gal.ij. Quibꝰ nec ad horā cessimꝰ ꝛc. Fuit ferro firmior: qꝛ nulla ipm tribulatio cōmouebat:sed tanqꝫ incus percussionis firmabat.ij.Coꝝ.xiij. Cum enī infirmor:tunc fortior sum ꝛ potens. Fuit adamāte fortior qꝛ nulla ipm aduersitas frangebat.ij.Coꝝ.xij. Placeo mihi in infirmitatibus meis:in contumelijs:in necessitatibꝰ:in persecutionibus:in angustijs ꝓ xp̄o. Fuit auro incorruptibilior:qꝛ nec igne persecutiōis crepabat. Eccli.xi. Igne probatur aurum ꝛ argentuꝫ. Et sic patet ꝛc.

Tertio stupent omnes pe

nitentes qͩ audiūt paulū cōuerse gradientē. Hodie nāqꝫ iesus xp̄s magnū spectaculuꝫ dedit toti mūdo ex miraculosa conuersione beati pauli apostoli. Sicut ipse dicit.ij.Coꝝ.iiij. Spectaculū facti sumꝰ mūdo ꝛ angelis ꝛ hominibꝰ. Maior enī fuit gr̄a cōuersionis pauli qꝫ latronis dextri.lꝫ vtraqꝫ fuerit subita ꝛ miraculosa.Qd̄ patꝫ per duodecim signa que sunt ista. Primo ratione conuersionis. Latro enī cōuersus est a xp̄o existēte in hac vita mortali:quia dum moreretur in cruce. Paulus vero conuersus est a xp̄o existēte iam glorificato in celis. Vn̄ sanctꝰ Tho.iij parte.q.lvij.arti.vi.ad tertiū dicendum dicit sic. Xp̄s post suam ascensionem multis sanctis apparuit. Sicut legit̄ de beato paulo Act.ix. Quoniā eius dignitati nō derogat:ſi ex aliqua dispensatiōe xp̄s quādoqꝫ corporalit̄ ad terrā descendat:vt ostēdat se alicui specialiter sicut paulo. Et ne aliquis hoc credat factū fuisse xp̄o ibi non corporaliter presente:sed aliqualiter apparente. Contrariū apparet ꝑ hoc qd̄ ipse aplus i.Coꝝ.xij. Ad confirmandā resurrectiōis fidem dicit. Nouissime aūt oim tanqꝫ abortiuo visus est ꝛ mihi:qd̄ quidē veritatē resurrectionis nō probaret nisi ipm verū corpus xp̄i visum fuisset ab eo.hec Tho. Secūdo ratione acceptatōnis. Nam latro sursum leuatus in cruce nō acceptauit penā sibi debitam pro peccato suo:nec credidit xp̄m mori pro salute humani generis. Unde ipm blasphemauit dicens. Si filius dei es salua temetipm. Paulus autem in terrā prostratꝰ credidit subito se puniri pro peccato suo. Unde acceptauit hanc penam agens debitam penitentiā mentaliter pro peccato suo ps. Quoniam grauata est super me manus tua:conuersus sum in erūna mea dum configitur spina. Tertio ratione illuminationis. Nam sole obscurato visisqꝫ miraculis que fiebant in morte christi Latro illuminatus est:cum dixit. Nos quidem digna factis recipimus:hic autem nihil malefecit. Paulus vero luce circumfulsus de celo. Iuxta illud Act.xi. Subito circumfulsit eū lux de celo:perfecte illuminatus est. Quia ceciderunt ab oculis eius tanqꝫ squame. Squame enī significāt carnalia que inquināt affectum: ꝛ temporalia que obscurant intellectum. Unde.ij.Corinth.iij.dicit. Deus qͥ dixit de tenebris lucem splendescere illuxit cordibꝰ vestris. Et.i.Thessal.i. Non sumus

noctis neq tenebrarū. Quarto rōne auditionis. Nam latro audiuit xp̄m sitientem hominū salutē: cum dixit. Sitio. paulus audiuit xp̄m iam bibentē: cum dixit. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus suz? Latro audiuit vocē xp̄i deprecantis p peccatoruz conuersione. paulus audiuit voce xp̄i cōminantis p sui psecutiōe: cū dixit. Durū est tibi ɔtra stimulū calcitrare. Quīto rōne cognitiōis. Nam latro in cruce cognouit xp̄m oīm redemptorē ideo dixit Luc. xxiij. Memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuum. Paulus ꝟo in luce cognouit xp̄m: nō soluz redēptorē sed vniuersalez glorificatorē quo ad aīam et corpus in suo raptu. ij. Cor. xij. Scio hmōi hoīem raptū vsq in tertiū celū et audiuit etc. Sexto rōne obtentiōis. Naz latro petiuit indulgentiā peccatoꝝ suoꝝ dic Memento mei dn̄e scz vt mihi miserearis: nō tm̄ ignoscendo culpā preteritā qua iniuste vixi: sed etiā presentē qua te blasphemaui et derisi. Obtinuit aūt veniā cū xp̄s ei dixit. Amē dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Paulus petiuit promptā obedientiaz dicens. Dn̄e quid me vis facere. et obtinuit quādo sibi dictū fuit. Surge et ingredere ciuitatē etc. Septimo rōne pmissionis. Naz latroni pmisit de⁹ merito sui sanguinis beatificā fruitōnē: dicēs. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Paulo autez pmisit ob meritū sue passionis patientie imitationem: cū dixit. Ego eīm ostēdā illi quāta oporteat eū pro nomīe meo pati. Act. ix. Octauo rōne comitatōnis. Nam latronē xp̄s duxit ad lymbū vbi fuit per tres dies: quibus ip̄e xp̄s iacuit in sepulchro. paulum autē rapuit vsq in tertiū celū per tres dies. vt ptz ij. Cor. xij. et Act. ix. Qđ est spirituale celuz vbi angeli et sancte aīe fruunt dei cōtemplatione: qr deus ostendit ei vitā in qua videndus est in eternuz: vt dicit glo. Nono rōne speculatiōis Nam latro fuit speculū diuine miseratōis vt nemo desperet de mīsicordia dei. etiam si perseuerauerit peccare vsq ad finem vite. vt habet de pe dist. vij. ca. nemo Paulus autem fuit speculum dilectionis et vas electionis. Act. ix. Uade anania: quoniam vas electionis mihi est iste. Decimo ratione correptionis. Nam latro fuit correptor vnius puta latronis consocij. Paulus autem importunus fidei predicator. ideo dicitur. Portet nomen meū coram gen. Undecimo ratione passionis. Nam latro portauit crucem propriam et stigmata ppria: qr fregerunt eius crura. Joh. xix. Paulus autē crucez xp̄i. Gal. vi. Mihi absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i. et stigmata eius Ego stigmata dn̄i nr̄i iesu xp̄i in cruce mecum porto. Duodecimo ratione glorificationis. Nam latro meruit gloriā per martyrij sui confessionē que sibi fuit p baptismo. vt habet de conse. di. iiij. ca. baptismi vicē. paulus aūt baptizatus est baptismo sp̄ussancti sicut ceteri apostoli: nō tamē in specie ignis sed in specie lucis. Itez baptismo lachrymose cōpunctiōis. Chryso. Juges lachrymarū fontes nō dieb⁹ solū sed etiā noctib⁹ effundebat. Item baptismo aque. vn̄ dicit. Surgens baptizat⁹ est. Item baptismo sanguinis: quia in suo sanguine baptizat⁹ fuit etc.

Quarto stupent omnes

iudei qui audiūt eum synagogā euertentē. Nam ante cōuersionē emulabat synagogā quadruplicirer. Primo ip̄am nimis zelando. Gal. i. Ampli⁹ emulator existens paternarum mearū traditionū. Secundo ecclesiam xp̄i nimis impugnando. Jbidem. Supra modū persequebar ecclesiaz dei et expugnabam illam. Tertio nomen xp̄i nimis odiendo. Act. ix. Hic est qui impugnabat eos qui inuocabant nomē illud. De his tribus simul. i. Thimo i dicit. Prim⁹ fui blasphem⁹ persecutor et cōtumeliosus. Quarto in discipulos dn̄i nimis seuiendo. scz per odiuz in corde. Unde dicit. Saulus adhuc spirans per asperitatem in ore: cum dicitur minarū. per penarū irrogationē in personis cum dicitur. et cedis in discipu. dn̄i. per expoliationem in rebus. Act. viij. Saulus autez deuastabat ecclesiam per domos intrans. Sed ab hac synagoge emulatione conuersus est hodie ad ipsius euersionē. scilz synagogam euacuando: ecclesiaz fundando: xp̄i nomen predicando: discipulos xp̄i ampliādo atq confortando. Unde dicitur Act. ix. Paulus magis conualescebat et confundebat iudeos q habitabāt damasci: affirmās quoniam hic est christus etc.

Quinto stupent omnes

gentiles qui audiunt eum mundana arguentem. Nam in gentibus erāt quatuor. scz Primo magna potentia regum et imperatorum Secūdo magna sapientia philosophoꝝ et doctoꝝ. Tertio magna eloquētia

rhetorum ⁊ oratoꝝ. Quarto magna inso-lentia errorum ⁊ vicioꝝ. Contra ista pau-lus assumpsit alia quattuor. Contra mūdi potentiā assumpsit ꝟtutē ⁊ cōstantiā. Act. xxiij. Apparuit aūt illi dn̄s dicēs. Constās esto paule oportet te rome testificari. Con-tra vanā sapientiā assumpsit ꝟitatē euāge-licam. i. Cor. ij. Non em̄ me iudicaui aliq̄d scire inť vos nisi xp̄m iesū: ⁊ hūc crucifixū. Contra rhetorū eloquentiā assumpsit fru-ctuosam facundiā. Ibidē. Sermo meꝰ ⁊ p̄-dicatio mea nō ē in persuasibilibꝰ humane sapientie ꝟbis sed in ostensione spiritus ve-ritatis. Cōtra errorū insolentiā assumpsit fidei prudentiā. Act. xvij. Dixit athenien-sibus. Qd̄ ergo ignorātes colitis hoc ego nū-cio vobis. vnde nec timor tyrannorum: nec subsannatio philosophoꝝ deridentiū xp̄ia-nos colentes hoīem crucifixū potuerunt re-trahere paulū a predicatōne fidei xp̄i. Act. ix. Uas electionis mihi est iste vt portet no-men meū corā gētibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ filijs isrl̄ ⁊c.

Sexto peccatores stupēt

lum pene ne ꝓximꝰ cõmittat malũ culpe. vt ioseph. Geñ. xxxix. Et Susanna Dañ. xiij. Secũdo quãdo quis affligitur corꝑaliter ⁊ mentaliter ne ꝓximus puniat eternaliter. vt Jere. vij. Tu ḡ noli orare ꝑ ppl'o isto ⁊c̃. Ex. c. xiiij. ⁊. c. xv. Tertio quando quis susti net temporalẽ tribulationẽ vt proximo im- petret temporis dilationẽ. vt Noe. Geñ. vi. Qrto qñ q̇s cũ pctõre ꝯuersat vt ille ꝯuer tatur: vt xp̃s cũ publicanis. Nã conuiuere peccatoribus infirmis quidẽ est vitanduz propter periculũ quod eis ĩminet ne ab eis subuertantur. Perfectis aũt de quoꝝ corru ptione non timetur laudabile est qḋ cũ pec catoribus conuersentur. s. vt eos conuertãt Sic em̃ dñs cũ peccatoribus manducabat ⁊ bibebat vt habet Math. ix. Quinto q̇s cõmittit veniale materialr̃ vt ĩpediat mor tale formalr̃. Figura de Judith. xiij. Conin git em̃ aliquid propter aliquã circũstantiã non esse peccatũ veniale. Qḋ illa circũstan tia sublata peccatũ veniale esset. debet enim homo impedire dãnationẽ proximi inquã tum potest sine detrimento ꝓprie salutis quando ex causa rationabili illud facere po test. Sexto quis differt vel occultat opus perfectionis ne proximus in peccatũ ruat. Sicut scandalũ passiuũ in bonis spiritua- libus que nõ sunt de necessitate salutis. ali quando procedit ex infirmitate vel ignorã tia: ⁊ huiusmõi est scandalũ pusilloꝝ. ⁊ hu- iusmodi opera spiritualia sunt vel occultã- da vel etiã interdũ differenda vbi periculũ non ĩminet quousq̃ reddita rõne huiusmo di scandalũ cesset. Sicut consilia xp̃i ⁊ mi- sericordie opera. Septimo quãdo quis oc- culta dona manifestat vt proximũ a pecca to auertat. vt stephanꝰ. Act. vij. ⁊ Paulus .ij. Coꝝ. xij. Octauo quando quis orat pro illo qui predestinatur vt predestinatio im- pleatur. Sicut ysaac rogauit dñm pro Re becca vxore sua: ⁊ dedit conceptũ rebecce. Geñ. xxv. Ex illo autẽ conceptu natus est Jacob predestinatus. Et. ij. Pet. i. dicitur. Satagite vt per bona opera vestra certam vestram vocationem ⁊ electionez faciatis. Nono quando quis negligit spiritualẽ cõ- solationez propter proximi edificationem vt Jeremias. Esayas. vt habetur. viij. q. i. c. Jn scripturis. vt moyses. Exo. xxiiij. Deci mo quando quis retardat deitatis fruitiuã satietatem propter proximi necessitatem. vt apostolus Roma. ix. Optabam anathe ma esse a christo pro fratribus meis. Vole bat enim ad tempus priuari fruitione diui na ad hoc ꝙ honor dei procuraretur in pro ximis. Undecimo quando quis eligit abes se corporaliter vt possit proximo magis pro desse spiritualiter vt christus ascendens in celũ. Joh. xiiij. Et beatus Dominicus mo- riens pro amplificatione sui ordinis. Duo decimo quando quis peccatuz proximi oc cultat ne ꝯuersionẽ impediat. Unde Aug. libro de verbis domini exponens illud Cor ripe ipsum inter te ⁊ ipsum solũ. dicit. Stu- dens correctioni parcens pudori forte em̃ pre verecundia incipit defendere peccatum suũ. ⁊ quẽ vis facere meliorẽ facis peiorez. vnde ⁊ dominus peccatũ Jude non publi cauit: sed obscuris verbis eum ammonuit. Decimotertio quando quis peccatum im pij manifestat ne ille simplicem a deo auer- tat. Nam salus multitudinis est preferen- da paci quorũcunq̃ singulariũ hominum. ⁊ ideo quando aliqui sua peruersitate mul titudinis salutem impediunt non est timẽ da eoꝝ offensio a predicatore vel doctore ad hoc ꝙ multitudinis saluti prouideatur. Jdeo dicitur Math. xv. ꝙ discipulis domi no dicentibus. Scis quia iudei audito hoc verbo scandalizati sunt: respondit. Sinite il los ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. si cecus ⁊c̃. De cimoquarto quando quis permittit malũ amici temporale propter bonuz spirituale. Sicut christus permisit mortẽ lazari ami- ci sui propter fidẽ apostoloꝝ confirmandã. Decimoquinto sustinet quis in se legẽ ini- quam vt vitet in populo seditionẽ necq̃. Nã temporalia quorum nos sumus domini di mittere tribuendo si penes nos ea habea- mus. vel non repetendo si apud alios sunt propter scandalum quidem vitandũ quan doq̃ debemus. Sicut ecclesia abstinet a de cimis exigendis in terris in quibus nõ est consuetum decimas soluere. Decimosexto quando quis a cibo corporali abstinet ne ꝓ ximum scandalizet. Sm̃ illud Roma. xiiij. Noli cibo tuo illũ perdere pro quo christus mortuus est. Et. i. Coꝝ. viij. Nõ manduca- bo carnes ineternum ne proximuz scanda- lizem. Decimoseptimo quando quis amit tit ius proprium ne proximus committat falsum iuramentuz. Si enim quis sciat ali- quem falso iuraturum ⁊ cogit ipsum iurare homicida est. Jlle enĩ suo periurio se interi mit. Sed iste manũ interficienti impressit.

Decimooctauo quādo q̄s petit de libro vite deleri: vt possit ꝓximo ꝓmereri. sicut moyses. vt habet᷑ Exo. xxxij. Decimonono q̄n quis renuit humanā prosperitatē ꝓpter ꝓximi necessitatē. Nam om̄is homo tenet᷑ exponere corpus ꝓpriū pro salute ꝓximi. ſm̄ illud Ioh. xv. Maiorem charitatē nemo habet q̄ᷓ vt aīam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Vicesimo q̄n quis sustinet mortē corporalem ꝓpter ꝓximi vitam spiritualē. sicut xp̄s ⁊ sancti martyres: ⁊ precipue btā agatha q̄ feruenti charitate martyrij emit agrū illuz.

Emit agrum illum.
Per virginitatem.
Per charitatem.
Per stabilitatem.
Per simplicitatem.
Per acerbitatem.
Per pietatem.
Per potestatem.

Primo btā agatha emit

agrum illū eterne felicitatis per ꝟginitatez Licet em̄ beata agatha nō habuerit ꝟginitatem innatam: habuit tn̄ per grām acquisitam. Amb. Maior ē victoria ꝟginū q̄ᷓ angeloꝝ. Angeli em̄ sine carne viuunt. hoīes aūt in carne triumphant. Magnū ergo est q̄ femīa in merito sanctitatis equiparetur viris. Can̄ i. Equitatui meo in curribꝰ pharaonis assimilaui te amica mea. Maius est qđ preponat᷑ viris Math xxi. Amen dico vobis q̄ meretrices precedēt vos in regno celoꝝ. Maximum est q̄ equiparet᷑ angelis Can̄. vij Statura tua assimilata ē palme. i. celsitudini angelice. Beata autē agatha in merito sanctitatis ⁊ multis sanctis equalis extitit ⁊ multos excelluit: ⁊ per ꝟginitatem angelis se sociauit. Eius nempe virginitas cōmendabilis fuit quo ad quattuor. Primo q꞉ cōseruauit eam cū pulchritudine. Fuit em̄ valde pulchra ⁊ speciosa: cū tamē ipsa pulchritudo multis mulieribꝰ cōsueuerit eē causa ruine. Prouerb. xi. Circulus aureꝰ in naribꝰ suis mulier pulchra ⁊ fatua. Secūdo eam seruauit cū iuuētute: cū tamen iuuenilis etas lasciua sit Eccli. xi. Adolescentia ⁊ voluptas idē sunt. Tertio seruauit eā blādicijs sollicitata: cum tamē blandicie ⁊ promissiones sepe inclināt animos puellarum

Quarto seruauit eam minis ⁊ supplicijs exagitata. Unde Greg. Quid nos barbari ⁊ debiles in iudicio dicemꝰ: qui ire puellas ad regna celestia per ferruz videmus: quos ira superat: supbia inflat: ambitio perturbat luxuria inquinat. Ex hac autem ꝟginitate meruit quadruplicez dignitatē. Primo meruit esse sponsa xp̄i. ij. Coꝝ. x. Despondi em̄ vos vni viro ⁊c̄. In cuius figurā dicitur Leuit. xxvi. De summo sacerdote ꝟginem ducit vxorem. Quia xp̄s qui est summus sacerdos nisi ꝟgines sibi despōsat. iij. Reg. i. Queramus dn̄o nostro regi adolescentulā virginem. Secūdo meruit esse soror angelorum. Hierony. Uirginitas soror est angelorum. Unde angeli vocant eam sororē: dicentes illud Can̄. viij. Soror nostra paruula est ⁊ vbera nō habet. Tertio meruit esse comes viarū xp̄i. Apoc. xiiij. Uirgines em̄ sunt ⁊ sequuntur agnum quocunq̄ ierit. Et Sap̄. vij. Incorruptio facit proximum deo.

Quarto meruit protegi specialiter a xp̄o. ps̄. Custodiuit dn̄s animas sanctoꝝ suorū id est virginū. Can̄. iiij. Ortus cōclusus es soror mea sponsa. i. custoditꝰ ⁊ munitus.

Secundo beata agatha

emit agrum illum per charitatē: quoniā ardentissime xp̄m dilexit. ⁊ in hoc assimilatur angelis. ps̄. Qui facis angelos tuos spiritꝰ ⁊ ministros tuos ignem vrentē. Cuiꝰ charitas apparuit quadruplici signo. Primo q꞉ ꝓpter eius amorē om̄ia terrena cōtempsit. Unde ipa dixit. Gratias tibi ago dn̄e qui abstulisti a me amorem seculi. Can̄. viij. Si dederit homo substantiam domꝰ sue pro dilectione ⁊c̄. Secundo q꞉ xp̄m semꝑ in corde ⁊ in ore habuit. Un̄ ipsa dixit. Quādiu vix[illegible] xp̄m corde semꝑ ⁊ labijs inuocabo. Math. xij. Ex abundātia cordis os loquit᷑

Tertio q꞉ om̄ia mundi oblectamenta despexit Unde ipsa dixit. Dn̄e iesu xp̄e q̄ me creasti: qui me ab infantia custodisti. q̄ corpus meū a pollutione seruasti. Et Prouer. vlti. Non extinguitur in nocte lucerna eius.

Quarto quia pro xp̄o varia tormenta sustinuit. Unde ipa dixit. Si feras mihi promittis audito xp̄i nomine mansuescūt. Si ignem adhibeas de celo mihi rorem saluificum angeli ministrabunt. Si plagas ingeras habeo spiritū sanctum per quē despicio vniuersa. ps̄. Scd̄m multitudinē dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt aīam meam.

Tertio beata agatha emit

agrum illum per stabilitatē. quia fuit super xp̄m fundata ⁊ solidata. Unde ipsa dixit. Mens mea super petram fundata est ⁊ in xp̄o solidata. Nam tyrann⁹ voluit eam sub uertere quadrupliciter. Primo promissis alliciendo. Cum enī esset nobilissimis orta natalibus in ciuitate Katania spreta seculi vanitate xp̄i ancilla effecta: fidelissime ⁊ deuotissime deo seruiebat. que cum esset decora ⁊ pulchra noluit sponsum pter iesuz xp̄m dicēs hanc esse ingenuitatē summā in qua seruitus xp̄i comprobat̄. Unde cum de corruptela carnis a quadā matrona meretrice affrodisia nomīe grauiter fuisset temptata inuenta est tanta castitatis amatrix vt testimoniū daretur ei. q̄ facilius posset ferrū in plumbū conuerti ⁊ saxa molliri q̄ ab intentione xp̄ianitatis ⁊ castitatis mens eius reuocari. Unde ipsa dixit. Uerba vestra venti sunt: promissiones vestre pluuie. Eph. iij. In charitate radicati ⁊ fundati. Secundo minis deterrendo. Sed ip̄a ait. Terrores vestri flumina sunt: que quantūcunq̄ impingant: fundamenta tamē dom⁹ mee euertere nō valebūt. Math. vij. Descendit pluuia ⁊ venerunt flumina. ⁊ flauerunt venti ⁊ nō cecidit: fundata enī erat supra firmā petraz. Tertio iaculis animū perforando: sed ip̄a fuit lorica fidei induta. Eph. vj. Induti loricam iusticie. Quarto tormentis affligendo. sed ipsa fuit tota saxea ⁊ adamantina effecta. Ezech. iij. vt adamantē ⁊ silicem dedi faciem tuam.

Quarto btā agatha emit

agrum illum per simplicitatē. Nam magna simplicitate ⁊ puritate sustinuit penas ⁊ ludibria. ⁊ hoc demonstrauit quadrupliciter.

Primo quia sustinuit patient̄ propter dilecti fidem ⁊ amorez. Unde dicit̄. Agatha letissime: ⁊ iste ē gradus necessitatis. ⁊ ido ip̄a dixit. Non pōt aīa mea in padisuz introire: nisi diligent̄ corp⁹ meū feceris a carnificib⁹ attrectari. ecce patiētia. Secūdo q2 sustinuit libenter. Unde dicit̄. Agatha letissime ⁊ iste est gradus perfectionis. Ideo ip̄a dixit. Ego enī his penis delector: sicut qui bonum nunciū audit. ecce constantia. Tertio quia sustinuit gloriãter. Unde dicit̄. Gloriãter ibat ad carcerem. ⁊ iste est gradus virtuositatis. Ideo ip̄a dixit. Aut qui videt quē diu desiderauit. ecce deuotio. Quarto quia sustinuit delectabiliter. Unde dicitur. Et quasi ad epulas inuitata agonem suuz dn̄o precibus cōmendabat. ⁊ iste est grad⁹ celestis facultatis. scz quo ad gratiam confirmantez. Ideo ip̄a dixit. Aut qui multos thesauros inuenit. ecce delectatio. His quattuor gradib⁹ apparuit eius simplicitas.

Quinto btā agatha emit

agrum illum per acerbitatem. Nam passa fuit multa pro dilecto suo sponso. sicut ille p ea multa passus fuerat. Tyrān⁹ enī pugnauit ɔtra eā in quadruplici acie. Prīo sicut christus tempore passionis fuit in facie alapis cesus: consputus: ⁊ velatus: sic ⁊ ipsa fuit alapis acerrime cesa. sed istud certamen vicit diligenti consideratione. Ex quo enī illa facies fuit percussa: que est gloria angelorum. Sic ipsa voluit faciem suam percuti cito turpandam corrosione vermium immundorum. Secundo sicut christus tempore passionis fuit extensus in cruce tanq̄ in patibulo glorioso. Sic ⁊ ipsa voluit extendi in eculeo ignominioso. Sed istud certamē vicit consideratione eterne remunerationis. sm̄ illud. ij. Timo. ij. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit ⁊c. Tertio sicut xp̄s christus fuit iuxta cor in latere vulneratus: sic ⁊ ipsa in pectore fuit flagellata: dum ei mamilla fuit euulsa. Sed istud certamen vicit consideratione diuine consolationis: dicens. Ego mamillas habeo integras intus in anima mea: quas ab infantia dn̄o consecraui. Christus enī per beatum petrum apostolum mamillam sibi restituit. Job. v. Ipse vulnerat ⁊ medetur. Quarto sicut christ⁹ fuit clauis perforatus ⁊ in fornace crucis exustus: sic ⁊ ip̄a int̄ testas ⁊ carbones fuit inuoluta. Sed istud certamen vicit consideratione diuine protectionis. Nam terra tremuit: aer choruscauit: aqua tyrannū absorbuit: ignis erupit. Sap. xvi. Uindex ē orbis terrarum contra insensatos.

Sexto beata agatha emit

agrum illum per pietatem. Ipsa enī fuit nobis data in aduocatam quattuor modis.

Primo in sanationē. sicut ipsa dixit beate lucie. Lucia quid a me petis q̄d ipsa prestare continuo poteris matri tue ⁊c. Secundo in defensionem. Nam ipsa defendit patriam suam ab incendio ignis: a cultura demonis: a periculis vniuersis. Tertio in orationem. Nam ipsa pro nobis intercedit or-

denti voto. sm illud. ij. Machab. i. Et nuc hic sumus pro vobis orantes. Quarto in impetrationem. Ipsa enim grandi merito apud deum pro nobis impetrat quod deuote petimus. Augustin⁹. Immensa dei bonitas ⁊ pietas sanctorũ merita nostra vult eē suffragia. Propterea angelus domini portauit tabulam marmoreā ⁊ collocauit eam ad caput eius: in qua erat scriptum. Mentem sanctam. sal3 habuit quo ad puritatem Spontaneam sc3 obtulit per sacrificij acerbitatem. Honore3 deo reddidit per fidei stabilitatem. ⁊ patrie liberatione3 contulit per meritorum suorum fructuositatem.

Septimo beata agatha

emit agrum illum per potestatem. Nam ipsa habuit potestatem grandem per miraculorum operationem quadrupliciter. Primo super corpora: quia ea sanauit. Unde ab inficiente infirmitate vberum innumerabiles mulieres curauit. Secundo super animas quia ea conuertit ⁊c̄. Tertio super sanctos Nam deus ad ipsam misit de celo angelos ⁊ beatum petrum apostolum ⁊c̄. Quarto super creaturas corporales. Nam paganorum multitudo currens ad sepulchrum ei⁹ tulerūt velum quo opertum erat sepulchrū ipsius: ⁊ contra ignem posuerunt. Qui mox extinctus fuit acrem dum esset in carcere splēdore maximo chorusare fecit. Et sic de alijs per gratiam. Amen.

In cathedra sancti Petri apostoli Sermo. xviij.

Super hanc petram

edificabo ecclesiam mea3. Mathei. xvi. ⁊ in euangelio presentis solennitatis. Cyprianus papa vt habetur. xxiiij. q. i. dic̄ sic Loquitur dominus ad petrum. Ego dico tibi quia tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super vnum edificat ecclesiam ⁊ q̄uis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem, potestatem tribuat ⁊ dicat. Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos: accipite spiritum sanctum, tamē vt vnitatem manifestaret vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit ⁊c̄. Super quo moueo talem questionem. Utrum beatus petrus plus ceteris apostolis fuerit a christo dilect⁹, qui maiori charitate fuit ecclesie p̄fect⁹. Ad istam questionem respondent quattuor doctores

Primus est Leo papa. vt habetur dist. xix. dicēs sic. Ita dominus noster iesus christus humani generis saluator instituit vt veritas que antea legis ⁊ prophetarum preconio continebatur per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret. sicut scriptum est. In omnem terram exiuit sonus eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Sed huius muneris sacramentum: ita dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit vt in beatissimo petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret. vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt extortem se ministerij intelligeret esse diuini qui ausus fuerit a petri soliditate recedere. Hūc enim in consortium indiuidue vnitatis assumptum id quod ipse erat voluit nominari: dicendo. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meā: vt eterni templi edificatio mirabili munere gratie dei in petri soliditate consisteret. Hanc ecclesiam sua firmitate corroborans vt illam nec humana temeritas posset appetere: nec porte inferi contra illam preualerent. hec ille.

Secundus est Anacletus papa. vt habetur distin. xxi. dicens sic. In nouo testamento post christum dominum a petro sacerdotalis cepit ordo. Quia ipsi primo pontificatus in ecclesia christi datus est: dicente domino ad eum. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi nō preualebunt aduersus eam Et tibi dabo claues regni celorum. Hic ergo ligandi soluendiq3 potestatem primus accepit a domino. Primusq3 ad fidem populum virtute sue predicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem ⁊ potestatem acceperunt. ipsumq3 principem eorum esse voluerunt. hec ille. Tertius est Nicolaus papa. vt habetur distin. xxij. cap̄. Omnes. dicens sic. Illam vero ecclesiam solus ipse fundauit: et super petram fidei mox nascentis erexit qui beato eterne vite clauigero terreni simul et celestis imperij iura commisit. Et cap̄. Sacrosancta dicitur sic. Inter beatos apostolos quedam fuit discretio. Nam licet omēs essent apostoli. Petro tm̄ concessu3 est a deo ⁊ ipsi int̄ se voluerunt idipm̄ vt reliq̄s oib⁹ p̄esset aplis. ⁊ cephas. i. caput ⁊ p̄ncipiū te

neret apostolatus. hec ibi. Quart9 est sanctus Tho. parte. i. q. xx ar. iiij. dicēs sic. De9 magis diligit meliora: qȝ deū magis amare aliquid: nihil ē aliud ꝙ ei maius bonū velle. voluntas enī dei est causa bonitatis in rebus. et sic ex hoc sunt aliqua meliora ꝙ de9 eis maius bonū vult. Unde sequit ꝙ meliora pl9 amet. Petr9 aūt fuit melior ceteris apostolis: qȝ pl9 xp̄m diligebat. Unde dn̄s sciens hoc verū esse: interrogauit petrum dicens. Symon iohānis diligis me plus his. hec Tho. Sciendū ꝙ xp̄us plus dilexit petrū ꝙ iohānē et econuerso q̄ ad q̄tuor. Primo qȝ vita actiua q̄ significat p petrū plus diligit deū ꝙ vita cōtemplatiua q̄ significatur per iohannē: quia magis sentit vite presentis angustias et estuanti9 ab eis liberari desiderat et ad deū ire. Contēplatiuā ꝟo vitam deus plus diligit: quia eam magis conseruat. Non enī simul finit cū vita corporali sicut vita actiua. Secundo qȝ petrus plus dilexit xp̄m in mēbris: et sic etiā fuit a xp̄o plus dilect9. Unde ei ecclesiā cōmendauit. iohannes vero plus dilexit xp̄m in seip̄o: et sic etiam ab eo fuit plus dilectus. vn̄ matrē ei cōmendauit. Tertio qȝ petrus plus dilexit xp̄m quantū ad quandā promptitudinē vel feruorē. Johānes vero plus fuit dilect9 quantū ad quedā familiaritat9 indicia: que xp̄s magis ei demonstrabat propter eius mundiciā et puritatē. Quarto qȝ xp̄s plus dilexit petrū quantū ad excellentius donū charitatis. iohannē ꝟo plus quantū ad donum intellectus. Unde petrus simpliciter fuit melior et magis dilect9. iohannes vero ꝑm quid. In cuius signū dicit verbū ꝓpositum Super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Super hanc petrā edificabo ecclīam meā.

- Per exaltationem.
- Per interpretationem.
- Per confirmationem.
- Per correptionem.
- Per humiliationem.
- Per distinctionem.
- Per celebrationem.

Primo super hanc petrā

edificabo ecclesiā meā per exaltationē. ꝑm illud ps̄. Exaltent eū in ecclīa plebis. Nam sancta trinitas exaltauit beatum petrū quo ad quattuor super omēs angelos. Primo in dominici corporis consecratione. Angelorum enī officium est sacerdoti consecranti assistere: et hostiam consecratam deo offerre. petri autē et sacerdotū est panem in corpus xp̄i conuertere qđ nulli angelo est donatum Unde nō angelis sed solis sacerdotibus dictū est. Luce. xxij. Hoc facite in meam cōmemorationē. Secūdo in peccatorū remissione. Angelorū enī officiū est peccatorem suis inspirationibus a pctō auertere: et suis orōnib9 eidē mīsicordiā dei implorare Petri aūt et sacerdotū est sibi peccata remittere. vnde non angelis sed solis sacerdotib9 dictū est. Joh. xx. Quorū remiseritis pctā remittunt eis: et qȝ hoc officium solius dei est. Esa. xliij. Ego sū qui deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me. ideo dij vocant. ps̄. Ego dixi dij estis etc. Tertio in clauium collatione. Angelorū enī officium est aīas ad celū deducere. Petri aūt et sacerdotū est ip̄is animab9 ianuam celi aperire. Unde nō angelis sed petro dictum est. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum: et quodcūq ligaueris super etc. Quarto in causarū discussione. Angelorum enī officiū est iudicandos ad iudicium colligere: collectos ab inuicē separare: separatos malos in ignē proijcere. Math. xiij. Sic erit in cōsūmatōe seculi exibūt angeli et sepabūt malos de medio iustorū et mittent eos in caminū ignis. Petri aūt et sacerdotū est ipsos iudicare. Unde nō angelis sed petro dictū est. Luce. xxij. Sedebitis et vos iudicantes duodecim trib9 israel etc.

Secundo super hanc pe

tram edificabo ecclesiam meam per interpretationē. Nam ad auctoritatē petri pertinet determinare ea q̄ sunt fidei vt ab omib9 inconcussa fide teneant: ad quā maiores et difficiliores q̄stiones ecclīe referunt, vt dicit in decret. dist. xliij. Un̄ et dn̄s Luce. xxij. Dixit petro quē summū pontificem constituit. Ego rogaui pro te petre vt nō deficiat fides tua: et tu aliq̄n conuersus confirma fratres tuos. Cui9 ratio est. qȝ vna debet esse fides toti9 ecclīe. ꝑm illđ. i. Cor. i. Idip̄m dicatis omēs et nō sint in vobis scismata. qđ seruari non posset: nisi questio de fide exorta determinaret per eum qui toti ecclīe preest: vt sic ei9 sententia a tota ecclīa firmiter teneatur.

Sciendū ꝙ beat9 petrus tres sapientissimos doctores habuit. scȝ Patrē reuelantē. Math. xvi. Beatus es symon bariona: qȝ caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater

meus qui in celis est. Filiū instruentē. Joh. xv. Oīa quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Spiritū sanctū infundentem. Joh. xiiij. Paraclit⁹ aūt spūssanct⁹ quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa. Ideo ad sedē magistralē petri spectant q̄tuor. Primo conciliorꝫ cōuocatio. vt habetur in decret. dist. xvij. per totū. Secundo scripturarū expositio. Mar. xvi. Predicate euangeliū oīi creature. ⁊ xxiiij. q. i. ca. non turbaꝶ: dicitꝶ. Denicꝫ ⁊ si alijs imperetur vt laxent rethia sua soli tantūmodo petro dicitꝶ duc in altum hoc est in profundū disputationū ⁊c̄. Tertio scripturarū interpretatio. ij. Petri. i. Oīs ꝓphetia ꝓpria interpetatione non fit. Quarto scripturarū modificatio. Vn̄ illud q̄d dꝶ Math. xix. Quos deus coniunxit homo nō separet. sic ꝑ sedē petri modificaꝶ. coniunxit per consensuꝫ mentis ⁊ copulam carnis.

Tertio super hanc petrā

edificabo ecclesiam meā per cōfirmationē. Nam bon⁹ pastor debet ꝑ ouib⁹ suis aīam suā ponere. sicut xp̄us posuit. Joh. x. Unde circa subditas oues debet seruare q̄ndecim.

Primo nō debet mortē corporalē fugere: si possit prodesse. Vn̄ Greg. dicit. vt habetꝶ vij. q. i. ca. aduersitas. Cū non prelatorꝫ tm̄ sed toti⁹ eccl'ie salus queritꝶ fides impugnatur necesse est vt ex aduerso ascendant ⁊ in die belli seipos opponāt murum pro domo dei: animas suas ponāt ꝓ ouib⁹ suis: vt exēplo sue passionis accēdāt quos s̄mone doctrine confirmare nō valent. hec ille. Secūdo debet mortē pro ouib⁹ tolerare. Vn̄. vij. q. i. ca. Sciscitaris. dꝶ. Nos q̄ tanq̄ arietes gregibus ducatū prebem⁹ imo qui ⁊ horuꝫ pastores sum⁹ deo auctore cū eis in periculis pro virib⁹ persistere ꝓ certo cōuenit. hec ibi. Exemplū de xp̄o qui eccl'iam acq̄siuit ꝑ ꝓprio sanguine. Tertio ꝓpriam quietē debet postponere. vt ptꝫ. vij. q. i. ca. Suggestū. Et. viij. q. i. ca. In scripturis. Dicit Gregori⁹ pastori sancte eccl'ie dicitꝶ. Symon iohānis amas me: pasce oues meas. Ex quib⁹ v̄bis colligitꝶ. q2 si is qui valet oīpotētis dei renuit oues pascere: ostendit se pastorē sūmū minime amare. Quarto cuꝫ misericordia subditos corripere. Vn̄ dist. xlv. ca. disciplina. dicit Greg. Disciplina vel misericordia multū destituitꝶ si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos inesse debet rectoribus ⁊ iuste consulens misericordia: ⁊ pie seuiēs disciplina. hec ille. Et ponit ibi tria exempla. Primū est de samaritano q̄ adhibuit vulneribus sauciato vinū ⁊ oleū. in vino notās discretionē iusticie. in oleo vero compassionem mi̅ficordie. Secundū exemplū est de moyse orante ꝑ populo q̄ adorauit idolum Exo. xxxij. Tertiū exemplū est de Job dicente. Cumqꝫ sederē quasi rex circūstāte me exercitu: eraꝫ tm̄ merentiū ꝯsolator. Quinto dꝫ ꝑ ppl'o orōnē fundere. Vn̄ Alexāder papa. vt habetꝶ. i. q. i. dicit. Ipsi sacerdotes pro ppl'o interpellant ⁊ pctā ppl'i comedūt: q2 suis precib⁹ ea delent atqꝫ consumunt q̄ quāto digniores fuerint: tanto facili⁹ in necessitatib⁹ pro quib⁹ clamant exaudiuntur. hec ille. Sexto debet ad subditos visitandos accedere. Vn̄. i. Reg. vij. dicitꝶ. Judicabat quoqꝫ samuel israel cunctis dieb⁹ vite sue. ⁊ ibat ꝑ singulos annos circuiens Bethel ⁊ Galgal. ⁊ Masphot. ⁊ iudicabat israelem in supradictis locis. reuertebaturqꝫ in ramatha. ibi eīn erat dom⁹ eius. hec ibi.

Septimo debet peccata ppl'i in se conuertere. Unde Bonifaci⁹ martyr. vt habetꝶ. xi. q. iij. ca. Antecessor. dicit sic. Spiritualitꝶ impleui sacramentū: q2 ⁊ in consensuꝫ ⁊ in cōsilium sacerdotū ypocritarū ⁊ seductorum populorꝫ in germanicis partibus nō venit aīa mea. corporalitꝶ aūt ab eis oīno abstinere nō potui. Exemplū de dauid. ij. Reg. xxiiij. Dixit dauid ad dn̄m cū vidisset angelum cedentē ppl'm. Ego sum qui peccaui. i. ego q̄ inique egi. isti qui oues sunt quid fecerunt. vertatꝶ obsecro man⁹ tua contra me ⁊ contra domuꝫ patris mei. Octauo debet discordes in vnū reducere. Vn̄ dist. xc. dicitur. Discordantes clericos ep̄s vel rōne vel auctoritate ad cōcordiā trahat. ⁊ ca. Oblationes. ⁊ ca. Necꝫ ad caym. ⁊ ca. Studēdū. idem dicitꝶ. Nono debꝫ ad subditos paternalem dilectionē habere. Unde Esa. xxij. dicitur sic. In die illa vocabo seruū meū helyachim filiū helchie. ⁊ induā illuꝫ tunica tua ⁊ cingulo tuo confortabo eū: ⁊ potestatē tuā dabo in man⁹ ei⁹: ⁊ erit quasi mater habitātibus hierl'm ⁊ domui iuda. hec ibi. Decimo subditorꝫ redemptionē debet sollicitare vt fecit Moyses contra pharaonē pro populo dei Exo. vi. vij. viij. ⁊ ix. capl'is. Undecimo debet corda subditorꝫ ad fletum ꝓuocare. Vn̄ Esdre. viij. dꝶ. Flebat oīs populus cum audiret v̄ba legis ⁊c̄. Duodeci

mo in sui absentia debet populo de gubernatiōe prouidere. sicut fecit Moyses. Exo. xxiiij. et xp̄s. Joh. xij. Decimotertio debet pplm ad dei subiectionē inducere. sicut fecit Josue. vt patet Josue. xxiij. et xxiiij. Decimoquarto debet pplm a malis defendere. sicut fecit iudas. i. Machabeorū. v. et Jonatas. i. Macha. xij. Decimoquinto debz populum in pace seruare. sicut fecit Onias. ij. Mach. ij. Beatus Petrus his modis p firmitatē constantie suum pplm conseruauit. Quia sicut dicit Prouer. xviij. Qui mollis et dissolutus est in opere suo. frater est sua opera dissipantis. Beatus petrus nō fuit mollis. sed durus: qz nō cessit s; fortiter sustinuit oēm psecutionē illatam. Act. v. Jbant apostoli gaudentes a conspectu concilij etc. ptz ex incarceratione eius per Theophilū pncipē antiochie. Non fuit dissolutus sed colligatus cū xp̄o per charitatē firmatā. Joh. vlti. Dn̄e tu scis qz amo te. Non fuit fractus sed solidus per perseuerantiā. Eccli. l. Quasi vas auri solidum etc.

Quarto super hāc petraz

edificabo ecclesiam meā per correptionem. Duplex enī est correptio. Una que ē actus charitatis que specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis. s. p simplicē ammonitionē. et talis correptio ptinet ad quēlibet charitatē habentē siue sit subditus siue p̄latus. Un̄. xxiij. q. iij dicit Tam sacerdotes q̄ reliqui fideles omēs summā debent hr̄e curā de his qui pereunt. quatinus eorū redargutione aut corrigant a pctis: aut si incorrigibiles appareant ab ecclīa separent: et de illa nō loquimur. Alia est correptio que ē actus iusticie: per quē intendit bonū cōmune qd nō soluz pcurat p āmonitōnē fratris. s interdū etiā per punitionē: vt alij a pctō desistant per timorē. et talis correptio ptinet ad solos prelatos q non solū habent āmonere sed etiā punire corrigēdo. Dicit enī Hiero. Sacerdotes studeāt illō euangelicū implere. Si peccauerit in te frater tuus etc. Beatus petrus hanc correptionē exercuit. Primo in hoc q seuere malos rephendit. Act. viij. Pecunia tua tecū sit in perditione. Secūdo in hoc q seuere puniuit. sicut patz Act. v. Jn punitōne ananie et saphire. Tertio in hoc q seuere excōmunicauit. vt ptz in abscisione auricule serui summi pontificis. Luce. xxij. Quarto in hoc q potestatē ligandi atq3 soluendi accepit a dn̄o. Nam aperit celum peccatori. Math. xvi. Quodcūq3 solueris super terram: erit solutū et in celis. Jnfernū claudit. Jbidem. Porte inferi nō preualebūt aduersus eam. Spiritūsanctū dat. Act. xvi. Tunc imponebant manus sup illos et accipiebant spiritūsanctū. Peccata dimittit. Joh. xx. Quorū remiseritis pctā remittuntur eis. Sanctorū merita cōmunicat. ij. Cor. ij. Cui aūt aliqd donastis et ego etc.

Quinto super hanc petrā

edificabo ecclesiā meā per humiliationem. Unde Aug. li. xiiij. de ciui. dei. ca. xiij. dic sic Audeo dicere superbis vtile esse cadere in aliqd apertū manifestūq3 peccatuz. Unde sibi displiceant: qui iam sibi placēdo ceciderant. Salubrius enī petrus sibi displicuit qn̄ fleuit: q̄ sibi placuit quādo presumpsit. hec ille. Et Greg. vt habet dist. l. dicit sic. Considerandū nobis est: cur omnipotēs deus eum quē cūcte ecclīe sue preferre disposuerat ancille vocē pertimescere et seipm negare pmisit. qd nimirū magne actum pietatis dispensatione cognoscimus. vt is qui futurus erat pastor ecclīe in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Primus itaq3 eū ostendit sibi: et tunc preposuit ceteris: vt ex sua infirmitate cognosceret q̄ misericorditer aliena infirma toleraret. hec ille. Et beatus Amb. vt eadem dist. habet: dicit sic. Fidelior factus est petrus postq̄ fidem se perdidisse defleuit. atq3 ideo maiorē grām repperit q̄ amisit. Tanq̄ enī bonus pastor tuendū gregez accepit: vt qui sibi ante infirmus fuerat. fieret firmamētum omibus et qui se interrogatōnis temptatione mutauerat: ceteros fidei stabilitate fundaret. Deniq3 pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicit. Sicut ait dn̄s. Tu es petrus et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Petra enī dicitur eo q p̄mus in natōnibus fidei fundamēta posuerit: et tanq̄ saxuz imobile totius corporis xp̄iani cōpagē molemq3 cōtineat. hec ille. Ex quo patet q beatus petrus per sui humiliationem in pastorem totius ecclīe a xp̄o institui meruit. Cuius humilitas apparuit in quattuor. Pr̄o in hoc q indignum se xp̄i presentia reputauit. Luce. v. Exi a me dn̄e: quia homo peccator sum. Secundo in hoc q se a xp̄o lauari recusauit. Joh. xiij. Non lauabis mihi pedes in eternuz. Tertio in hoc q minoribus humiliter obediuit. Act. viij. Cuz audissent

apostoli qui erant hierosolymis. quia re. sa. ver. dei. mis. ad eos petrū ⁊ iohānē. Quarto in hoc ꝙ crucifigi vt dn̄s renuit. Vn̄ ait. Quia non sum dignus in cruce esse vt dn̄s meus: crucē meam girate ⁊c.

Sexto super hanc petram edificabo ecclesiā meā per distinctionē. Cū em̄ apud antiochiam beatꝰ petrꝰ fuisset captus infideles ob xp̄i iniuriā sibi summitatem capitis abraserunt. Ceteri autez clerici videntes suum pastorem sic in capite deformatū idem sibi fieri fecerunt. Et sic petrus postmodum voluit seruare in gloriā: qḋ sibi fuerat illatum ad xp̄i iniuriam. Unde sepius deus de malis bona elicit. hoc autē fecit quadruplici ratione. Primo ratiōe distinctionis. scz vt per hoc signū laici a cleriq̄ discernantur. Olim deus distinxit populum iudeorum a populo gentilium per circuncisionis signaculum. Sed cōuenientiꝰ est nostrum signaculū ꝙ illorum. Illud em̄ fiebat in parte corporis verecunda: nostrum fit in parte corporis reuerenda. Illud in membro generatiuo. quia dediti erant generationi filiorum: nostrum in membro ad celuz eleuato: quia debemꝰ esse intenti contemplationi celestiū. Illud cuz dolore ⁊ cū effusione sanguinis: nostrum cū exultatione ⁊ leticia cordis. Secūdo ratiōe significatiōis. Fit em̄ in superiori parte totalis rasio capillorꝫ: qꝛ inter deum ⁊ ipsos clericos nihil debet esse mediū. Tertio ratione subtractionis. Naz eis qui ad diuina misteria applicant̄. competit rasura ⁊ tonsura: in modū corone ratione figure. quia corona ē signū regni ⁊ perfectionis: cum sit figure circularis. Illi autē qui diuinis ministerijs applicant̄ adipiscūtur regiam dignitatē ⁊ perfecti in virtute eē debent. Competit etiā eis ratione subtractionis capillorꝫ: ⁊ ex parte superiori ꝑ rasurā ne mens eorꝫ temporalibꝰ occupatōibꝰ a cōtemplatiōe diuinorꝫ retardet̄. ⁊ ex parte inferiori ꝑ tonsurazne eorꝫ sensus tēporalibꝰ obuoluant̄. Quarto rōne glificatōis. Naz de corona sacerdotalis dignitatis ꝑueniunt sunt ad coronā eterne felicitatis.

Septimo super hanc petram edificabo ecclīam meā per celebrationem. In aīa em̄ sacerdotis ē impressuz qḋdam signaculū qḋ vocat̄ caracter qḋ ē oīno indelibile. ⁊ hz q̄tuor ꝓprietates. Primo aīam sacerdotis decorat. plusꝙ lux solis ipm solem. qm̄ spūales perfectiōes sunt illustriores corꝑalibꝰ. Vn̄ si q̄s videret aīam sacerdotis hoc signo illustratā oīa corꝑalia viderentur ei obscura. per hoc signaculum sacerdos docet legem dei. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: ⁊ legem requirent ex ore eius quia angelus dn̄i exercituū est. Secundo aīam sacerdotis deo assimilat. Licet em̄ anima sit ad imaginem dei facta per naturam. tamen magis per istuz caracterem deo assimilatur. Quoniaz beatus Dionysius appellat istum ordinem deiformem. Per hoc signaculum sacerdos habet orare apud deum. Primo pro se. Secundo pro populo. vt habetur in Leuitico. ⁊ in epistola ad Hebreos. Tertio aīam sacerdotis ad conficienduz confortat. Si em̄ iste caracter ab anima sacerdotis deleretur iam non posset conficere corpus xp̄i: nec baptizare: nec alia sacramēta ministrare. Per hoc signaculum sacerdos offert sacrificium in altari: in memoriam dominice passionis. Quarto animam sacerdotis signat. Nam benedicit populis ⁊ purgat sibi subditos a peccatis per impositionē manus: precipue in confessione. In confirmationem horum beatus petrus hodie celebrauit primā missam in pontificalibus antiochie: vt hic habeamus gratiam tandem gloriam. Amen.

In festo sancti Mathie apostoli Sermo. xix.

Ecidit sors super mathiam. Act. i. ⁊ in epistola presentis solēnitatis. Theophilus super illud Luce. xvij. Non est inuētus ⁊c. dicit sic. Nihil impedit quēꝙ placere deo etiaz si de genere ꝓphano ꝓcesserit: dūmodo bonū gerat ꝓpositū: nullus etiā natꝰ de sanctis superbiat. Sup quo talē moueo questionē. Utrū beatꝰ mathias certa predestinatiōe assumptꝰ fuerit ad gradū apostolatus. de quo iudas sui obstinatiōe fuit preuaricatꝰ. Ad istam questionē rn̄dent duo doctores noui testamēti. Primꝰ est beatꝰ Aug. li. de ꝑdestinatōe sctōꝝ: dicēs sic. Predestinatorꝫ ita certꝰ ē numerꝰ: vt nec addat̄ eis q̄cꝙ nec minuat̄ ex eis. Tene ḡ qḋ habeas ne aliꝰ accipiat coronā tuā. Si em̄ aliꝰ nō ē acceptur ꝰnisi ille ꝑdiderit certꝰ ē nūerꝰ. ħ ille. Secūdꝰ ē sctūs Tho. pte. i. q. xxiij. ar. vi. ad. i. dicēdū. di. sic. Corōa dr̄ eē alicuiꝰ duplr̄

Uno modo ex predestinatione diuina. et sic nullus perdit suaz coronam. Alio modo ex merito gratie. Qd em̄ meremur quodā modo nostrū est: ⁊ sic aliquis suā coronam potest amittere per pctm̄ mortale sequens. Alius aūt illam coronā amissam accipit: in quantū in locum eius subrogatur. Non em̄ permittit deꝰ aliquos cadere quin alios eri gat. fm̄ illud Job xxxiiij. Conteret multos ⁊ innumerabiles ⁊ stare faciet alios p eis. Sicꝰ em̄ in locū angeloꝝ cadentiū substituti sunt hoīes. ⁊ in locū iudeoꝝ substituti sūt gentiles. Substiturꝰ aūt in statu gratie etiam quantū ad hoc coronā cadentis accipit ꝙ de bonis que aliꝰ fecit in vita eterna gaudebit in qua vnusquisqꝫ gaudebit de bonis tam a se ꝙ ab alijs factis. hec Tho. Sciēdum ꝙ possunt designari q̄ ceciderūt in multiplici gradu. Primus fuit lucifer. de quo dicit Esaias. xiiij. c. Quomodo cecidisti de celo lucifer: qui mane oriebaris. Et Luce. x. Uidebā sathanā quasi fulgur de celo cadentem. In cuiꝰ locū successit natura humana. Unde Aug. vt habet. ij. sen. dist. x. dicit sic. Supna hierlm mater nostra ciuitas dei nulla ciuiū suoꝝ numerositate fraudabitur. aut etiā vberiore fortasse copia abūdabit. neqꝫ em̄ numerū immūdoꝝ spirituū nouimꝰ. In quoꝝ locū succedētes filij catholice matris in ea pace de qua illi eiecti sunt sine fine permanebunt. hec ille. Secūdus fuit primus parens damnatoꝝ hominū scꝫ caim qui suis corruptionibꝰ diluuio perierūt. In quoꝝ locū successit Seth cū electis ab eo descēdētibus. Tertius fuit Canam cū. xxxij. regibꝰ ab eo descendētibꝰ qui oēs gladio occubuerunt. In quoꝝ locū successerūt Josue ⁊ duces ⁊ reges electi a deo in pplo hebreorum Josue. xij. ⁊. xiij. ⁊. xxiij q. v. §. hinc notādū. Quartꝰ fuit ppls caldeoꝝ adorantiū creaturas. Geñ. xv. In quorum locū successit abrahā ysaac. Geñ. xv. Quintꝰ fuit Esau ⁊ ppls edom. In quoꝝ locū successit iacob ⁊ duodecim patriarche. Sextꝰ fuit Chore datan ⁊ abyron ⁊ eoꝝ complices. In quorum locū successerūt Eleazar ⁊ ceteri sacerdotes electi a deo. Septimꝰ fuit Hely cuꝫ filijs suis: ophin ⁊ phinees. In quoꝝ locum successerūt pphete dei. Octauus fuit saul inobediens. In cuiꝰ locum successit dauid. Nonus fuit ppls hebreoꝝ. Esa. v. In quorum locum successit populꝰ gentilis. vt Job cornelius centurio: latro in cruce. chananea samaritana ⁊c. ps. Populus quē nō cognoui seruiuit mihi ⁊c. Decimus fuit phariseus cum ceteris scribis. Luce. vij. ⁊. xviij. In quorum locum successerunt apostoli ⁊ publicani. Undecimus fuit Cayphas ⁊ magistratus iudeoruꝫ tempore passionis xpi. Joh. xi. In quoꝝ locum successerunt doctores ⁊ martyres in nouo testamēto. Duodecimus fuit populus comessantiū ⁊ luxuriantium in templo dei. ij. Machab. vi. In quoꝝ locum successerūt sancte virgines sequentes xp̄m. Decimustertius fuit iudas de quo dicit ps. Fiant dies eiꝰ pauci. In cuius locum successit hodie sanctꝰ Mathias de quo sequit. ⁊ episcopatū eius. scꝫ iude accipiat alter. ideo dicit verbū propositū. Cecidit sors scꝫ gradus apostolici sup mathiā

Super mathiam cecidit sors.

- Sanctitatis.
- Maturitatis.
- Familiaritatis.
- Acerbitatis.
- Potestatis.

Primo super mathiam

cecidit sors sanctitatis. Uñ de ipo pōt dici illud. i. Reg. x. Certe videtis quem elegerit dñs. ꝙ non sit similis ei in omi populo. In tam btā congregatōe discipuloꝝ xpi nemo potuisset habitare nisi valde sanctꝰ. Unde Chryso. sup Job. dicit. Qꝛ ꝙdiu iudas fuit in collegio aploꝝ: diabolꝰ nō fuit ausus ipꝫ inuadere. qn̄ autē ab ipis recessit: in ipm intrauit. Sanctitas beati mathie habuit testimoniū a quattuor. Primo a patre celesti. Mathias em̄ paruus interpretat. ad patrē autē pertinet paruulos erudire. Math. xi. Confiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre: quia abscondisti hec a sapientibꝰ ⁊ prudentibus ⁊ reuelasti ea paruulis. etiā ad ipm spectat paruulos confouere. Math. xviij. Non est voluntas patris vestri vt pereat vnꝰ et his pusillis. Secūdo a filio: qꝛ cū apostoli procederent ad electōnē duodecim apli in locū iude: ⁊ statuissent duos pre ceteris: xps preelegit mathiam. Tertio a spūsancto q̄ ipꝫ in pentecoste in gratia cōfirmauit ⁊ donis suis repleuit. Quarto ab apostoloꝝ collegio qui eū cum ioseph in medio statuerunt. Si em̄ duos meliores habuissent vtiqꝫ eos preelegissent. Propterea dic̄ xps Joh. xiiij. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructuꝫ afferatis ⁊ fructꝰ

vester maneat. Nā in electoꝝ predestinati-
one per quā firmatur coꝝ sanctitas concur
runt quattuor. Primo amor dei preueniēs
Cuilibet eīm existenti deus vult aliqd bonū
Unde cū amare nihil aliud sit ꝙ velle bo-
nū alicui: manifestū est ꝙ deꝰ oīa que sunt
amat. nō tn̄ eodē mō sicut nos. Quia eniꝫ
volūtas nr̄a non est cā bonitatis rerū: ſʒ ab
ea mouet̄ sicab obiecto. amor noster quo
bonū alicui volumus: non est cā bonitatis
ipsius. Sed econuerso bonitas eiꝰ vel vera
vel extimata ꝓuocat amoreꝫ q̄ eis volumꝰ
ꝛ bonū cō seruari qd habēt: ꝛ addi qd non
habēt: ꝛ ad hoc opamur. Sed amor dei est
ꝯfundēs ꝛ causans bonitatē i rebꝰ. Sap.
xi. Diligis oīa que sunt ꝛ nihil odisti eoꝝ
que fecisti dn̄e. Et sic ꝑamādo ꝑacceptat
nos ſm quid nō simplr̄. Quia vita gr̄e nō
hꝫ rōnem finis: sed rōnem eius qd est ad fi
nem. Unde ad vitā gr̄e nō habet aliq̄a eli
gi nisi inquantū vita gratie ordinat̄ ad vi-
tā glorie. ꝛ ꝓpter hoc illi qui hn̄t gr̄am ꝛ de
cidunt a gloria nō dicuntur esse electi sim-
pliciter: sed ſm quid. ꝓut scꝫ de eis in ordi-
natione ꝛ noticia diuina existit ꝙ sunt ha-
bituri aliquē ordinē ad vitā eternā ſm ꝑti
cipationē gratie. Scd̄o predestinatio sine
merito nō ꝑcedens. Nā effectꝰ predestina
tionis nō hꝫ aliquā cām ex ꝑte nr̄a. qm̄ q̄c-
quid in hoīe ordinat ipm in salutē totū cō
prehendit̄ sub effectu ꝑdestinationis etiaꝫ
ipa prima ꝑparatio ad gr̄am que nō fit ni-
si ꝑ auxiliū diuinū. ſm illd Threñ. vlti. Cō-
uerte nos dn̄e ad te ꝛ ꝯuertemur. Ideo di
cit apl̄s Titū. iij. Nō ex opibus iusticie q̄ fe
cimus nos. ſʒ ſm suā miām saluos nos fe-
cit. ideo dr̄. Nō vos me elegistis. s. amoreꝫ
meū ꝑueniendo quo ad primū sed ego ele-
gi vos quo ad secundū. Tertio electio nos
dignificans. id dr̄. Et posui vos. s. meos co-
operarios ꝛ adiutores. aliq̄ń aūt dr̄ iuuari
ꝑ alterū dupl̄r. Uno mō inquātū ab eo ac
cipit virtutē. ꝛ sic adiuuari est infirmi. Uñ
deo nō cōpetit. ꝛ sic intelligit̄ illud Roma.
xi. Quis audiuit spm̄ dn̄i: aut q̄s ꝯsiliarius
eiꝰ fuit. Alio mō dr̄ aliq̄a adiuuari ꝑ alium
ꝑ quē exequit̄ suā opationē. Sicut dn̄s ꝑ
ministrū. ꝛ hoc mō deꝰ adiuuat̄ ꝑ nos inquā
tū exequimur suam operationem. ſm illud
.i. Cor. iij. Dei enim adiutores sumus. nec
hoc est propter defectū diuine virtutis. Sed
vtitur causis medijs: vt ordinis pulchritu-
do seruetur in rebus. ꝛ vt etiā creaturis di-
gnitatē causalitatis cōicet. Quarto electos
gratia ꝑfundens. s. gr̄a gratū faciēte. iuxta
illud Joh. xv. Sine me nihil potestis face-
re. quantū ad meritū vite eterne. Et Aug.
iij. de trinitate dicit ꝙ spūsſctūs tpaliter ꝓ-
cedit ad sanctificanduꝫ creaturā. Ideo di-
citur. eatis ꝛ fructū afferatis. Et hijs modis
predestinatꝰ ꝛ sanctificatus est beatꝰ Ma
thias i sui electōe ꝛ electiōis approbatōe.

Secūdo super mathiā ce

cidit sors maturitatis quantū od eius ele-
ctionem que appuit in quattuor. Primo in
eligentiū ꝓbitate. Apl̄i eīm habuerūt intē-
tionē rectā cū statuerūt mathiā extraneuꝫ
ꝛ nulli apl̄oꝝ ꝓpinquū. qꝛ nō amore carna
li sed zelo dei ducti sunt. Habuerūt paceꝫ ꝛ
ꝯcordiā: qꝛ de centū viginti electoribꝰ nemo
discordauit. Habuerūt mentē deuotā: quia
orōnibꝰ institerunt. Exēplo moysi q̄ cū que
reret a ꝑncipatu cessare orauit. dicēs. Dn̄s
deꝰ exercituū oīs carnis ꝓuideat hoīeꝫ qui
sit sup multitudinē hanc ꝛc̄. Numeri. xxvij.
Habuerunt meritū vite cū essent principes
mūdi: ianitores celi: iudices secl̄i. ꝑā. Prin-
cipes ppl̄oꝝ ꝯgregati sunt cū deo abraham
scꝫ ad mathie electioneꝫ. qm̄ dij fortes tibi
vehemēter electi sunt. Scd̄o in eligendi di
gnitate. Nā btūs mathias habuit magna-
nimitatē ꝯstātie. id dr̄. Ex his viris. a virili
tate ꝯstātie dr̄ vir. qm̄ vidēs iniusticiā nō si
let ꝛ vidēs aduersitatē non fugit. Id dicit̄
Eccl̄i. x. Ue terre cuiꝰ rex puer est. Itez ha-
buit ꝑfectionē sapiē. id dr̄. Omni tꝑe quo
intrauit ꝛ exiuit ꝛc̄. Nullꝰ eīm alicuiꝰ nego-
cij plenā noticiā hr̄e pōt nisi sciat eiꝰ ꝑnci-
piū mediū ꝛ finē. Btūs vero mathias oīm
actuū xp̄i sciuit ꝑncipiū. s. natiuitatē. ꝛ me-
diū. s. ꝑdicatiōnē. ꝛ finē. s. passionē: resurre-
ctionē: ascensionē eiꝰ in celū. ꝑterea habuit
dei approbationē. tandē fecit in ppl̄o ma-
gnā edificationeꝫ. ꝓpterea dr̄ Jere. iij. Da-
bo vobis pastores iuxta cor meū q̄ pascāt
vos sciā ꝛ doctrina. Tertio in electiōis sin
ceritate. Apl̄i eīm inchoauerūt ipam electi
onē ab exhortatiōe salutifera. qꝛ petrꝰ vtilē
ſmonē ꝑmisit id dr̄. Surgens petrꝰ in me-
dio fratrū dixit ꝛc̄. Ab expositione pacifica
qꝛ statuerūt duos. ꝛ hoc vnanimiter ꝛ con
corditer. ꝓsecuti sunt ipam cū orōne deuo-
ta. Uñ orātes dixerūt. Tu dn̄e q̄ corda ho
minū nosti ꝛc̄. Terminata ē cū reuelatione
diuina. vñ dr̄. Et cecidit sors sup mathiam

Scōm enī Dyo. Illa sors fuit q̄dā splēdor diuin⁹ p quē ōndebaꝛ ꝙ erat ī apl'm sumē dus. Quarto in ꝯfirmatōis stabilitate. Nā q̄dā de aplīs pri⁹ fuerūt electi ꝛ postmodū in penthecoste ꝯfirmati. ps̄. Ego ꝯfirmaui colūnas ei⁹. Quidā fuerūt electi s̄ nūq̄ꝫ cō firmati. Sicut Judas. Quidā insimul fuerunt electi ꝛ ꝯfirmati. sicut Mathias q̄ ab aplīs fuit elect⁹ ꝛ mora spūsctō ꝯfirmat⁹.

Tertio super beatū mathiā cecidit sors familiaritatis: q: fuit multū dilect⁹ a xp̄o. qd̄ pꝫ ex q̄ttuor signis. Primo q: xp̄s fecit eū ꝯtribulē suū. Fuit enī de tribu iuda sic̄ ꝛ xp̄s. Solēt autē hoīes qui sunt de eadē cognatiōe se inuicem diligere. Eph̄. v. Nemo vnq̄ꝫ carnē suā odio habuit. Scd̄o q: xp̄s fecit eū cōpatriotā suū. Fuit enī bethleemita sic̄ ꝛ xp̄s. Solēt hoīes eiusdē patrie specialē adinuicē familiaritatem hr̄e. Tertio q: xp̄s inter ceteros discipulos fecit ip̄m apl'm suū cui reuelauit secreta celestia ꝛ in fide solidauit. Quarto q: xp̄us fecit eū cōmilitonē suū vt per orbē discurreret p̄dicādo euāgeliū ꝛ baptizādo quē suū sacerdotē instituit sic̄ ꝛ ceteros aplos ꝛc̄.

Quarto super beatū mathiā cecidit sors acerbitatꝭ quantū ad martyriū. Pri̊o enī fuit tract⁹ p ciuitatē misso fune ad collūꝫ ei⁹. Scd̄o fuit crucifix⁹. ꝛ ibi stans in cruce fuit lapidatus. tandem fuit securi percussus ꝛ excerebratus.

Quintū super beatū mathiā cecidit sors p̄tātis q̊ ad opationē miraculoꝝ. Nā opatio miraculoꝝ est manifestatiua gr̄e gratū faciētis. sic̄ ꝛ donū ꝓphetie ꝛ q̄libet gr̄a gratis data. vn̄. i. Cor. xij. Gr̄a gratis data noīaꝛ manifestatio spūs Sic ꝗ aplīs dat⁹ est spūsctūs ad opationē miracl'oꝝ: q: data est eis gr̄a gratū faciēs cū signo manifestāte. sic hodie btō mathie q̄dā enī attestanꝛ sue mīe. Cū enī centum quinq̄ginta hoīes ex q̄dā potiōe venenosa fuissent toxicati oēs sanauit ꝛ ad fidē conuertit. Quedā attestanꝛ sue iusticie. Cū ei q̄dā obstinati ꝑsisterēt ꝛ v̄bū dei deriderēt dixit eis. Denūcio vob̄ ꝙ in infernū descendetis. Statimq̄ꝫ terra se aperuit ꝛ ip̄os viuos deglutiuit. Quedā attestanꝛ sue potentie: q: demones expellebat ꝛ in infernū mittebat. Cū enī q̄dā demon in forma pueri ꝫ ip̄m incitaret hoīes ꝓtin⁹ ip̄m expulit ꝛ in infernū demersit. Quedā attestanꝛ sue fidei: q: quandā potionēꝫ toxicatā bibit ꝛ in nullo eū lesit. Marc̄. vlti. Signa aūt eos q̄ crediderint ꝛc̄. vsq̄ꝫ ꝛ bn̄ hēbūt. Qui tandē obtinuit nobis gratiam ꝛc̄. Amen.

In festo scti Thome de aq̄no. Sermo. xx.

Estis lux mūdi. Mathei. v. ꝛ in euāgelio p̄sentis solennitatis. Joh̄. iij. dicit. Lux venit in mundū ꝛ dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē. Sup quo v̄bo talē moueo q̄ōnem Verū btūs Thomas sapīe dono sic effulserit vt lux ecclīe dici meruerit. Ad istā q̄ōnē r̄ndēt duo doctores. Prim⁹ est Esayas xlix. c. dicēs sic. Ecce dedi te in lucē gentium vt sis sal⁹ mea vsq̄ꝫ ad extremū terre. Secundus est Joh̄es Apoc̄. xviij. dicēs sic. Et vidi alterū angelū de celo descendentē h̄ntē ptātēꝫ magnā: ꝛ terra illuīata est a gl'ia ei⁹. Sciendū ꝙ de⁹ vltra creationē rerū voluit p̄ncipal'r q̄ttuor eē in mūdo ad ei⁹ pulchritudinē ꝛ honorē. Pri̊o creaturarū multitudinē ꝛ distinctionē. Nam distinctio rerū ꝛ multitudo est ex intētiōe primi agētis qd̄ est de⁹. ꝓduxit enī res in esse ꝓpter suā bonitatē cōicandā creaturis ꝛ p eas repn̄tandā. ꝛ q: p vnā creaturā sufficiēter repn̄tari nō pōt: ꝓduxit multas creaturas ꝛ diūsas vt qd̄ deest vni ad repn̄tandū diuinā bonitatē suppleaꝛ ex alio. Nā bonitas q̄ in deo est simpl'r ꝛ vniformit' in creaturis est multipliciter ꝛ diuisim. vn̄ pfecti⁹ pticipat diuinā bonitatē ꝛ repn̄tat eā totū vniūsum q̄ alia q̄cūq̄ꝫ creatura. Et q: diuina sapīa est cā distinctionis rerū. Jd̄o moyses dicit res esse distinctas v̄bo dei. qd̄ est ꝯceptio sapientie. ꝛ hoc ē qd̄ dr̄ Gen̄. i. Dixit de⁹ fiat lux ꝛ facta est lux. ꝛ diuisit de⁹ lucē a tenebris. Scd̄o de⁹ voluit rerū ineq̄litatē ꝛ meliorationē. Nā optimi agētis est ꝓducere totū effectū suū optimū, nō tn̄ ꝙ quālibet partem toti⁹ faciat optimā simpl'r: s̄ optimam s̄m ꝓportionē ad totū. Tolleret enī bōitas aīalis si q̄libet pars ei⁹ haberet oculi dignitatē. Sic ergo ꝛ de⁹ ip̄m vniuersum ꝯstituit optimū s̄m modū creature. non aūt singulas creaturas: s̄ vnā alia meliorē. ꝛ id̄o de singulis creaturis dr̄ Gen̄. i. Vidit de⁹ lucē ꝙ esset bona ꝛ similiter de singulis. Sed de omnibus simul dicitur. Vidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bona. Et Eccl'ia. xxxiij. dicitur. Quare dies diem superat. ꝛ

mundū deseruit. ecce nociui derelictio. Si-
cut ille desertū: sic iste claustrū penjt. ecce r fi-
cui electio. Sicut ille iudeos in desertum. sic iste
monachos in heremū deduxit. ecce multitu-
dinis gubernatio Sicut ille legem: sic iste
regulam tradidit. ecce populi instructio.
Sicut ille temptationes populi: sic iste tem-
ptationes diaboli superauit. ecce temptati-
onū subiugatio. Sicut ille multis ⁊ stupen-
dis minis: sic iste crebris miraculis claruit.
ecce miraculoz opatio ⁊c. Secundus fuit
dauid q habuit spm ppherie quo ad pteri-
ta: psentia ⁊ futura. vñ fact' est rex sup po-
pulū israel. Sic beat' benedict' spū pphetie
viguit cognoscēs occulta psentia. sicut ptz
in monacho sibi seruiēte de supbia tēptato.
Unde fact' ē pnceps monachoz. Terti'
fuit Helyas q latēs in speluca pastus est a
deo ministerio corui deferētis ei panes ⁊ car-
nes. Sic beatus bñdict' post mortē romani
monachi refect' est in die pasche: dū latita-
ret in specu p quendā sacerdotē a deo missū
Quart' fuit helyseus q stās in cellula sua
cognouit qd egerat Giezi puer ei' in via cū
Naamā Syro. vt dr iiij. Reg. v. etiā cū qui-
dam maceriā succidisset ⁊ caderet ferrū secu-
ris in aquā tulit helyseus manubriū ⁊ ferrū
enatauit. vt dr. iiij. Reg. vi. Sic beat' bene-
dict' spū pphetico cognouit monachos ex-
tra monasteriū comedisse. Similr cū circa
monasteriū ei' quidā cum falcastro vepres
absciderer ferrum de manubrio psiliens in
quendā lacū profundū cecidit. cumq; ille de
hoc nimis angustiaret: vir dei manubrium
in lacu posuit: ⁊ mox ferrū enatauit.

Quarto memoria beati

bñdicti est in bñdictiōe aploz: quib' assimi-
l tur in qttuor. Prio in humilitat subiecti-
one. Vñ dr Math. xviij. Qō accesserūt disci-
puli ad iesuz dicētes. Quis putas maior est
in regno celoz: ⁊ aduocās iesus paruulum
statuit eū in medio eoz ⁊c. Sic beat' bñdi-
ctus iuxta numerū. xij aploz. xij. grad' hūi-
litatis distīxit: ⁊ in vita sua obseruauit Se-
cundo in ecclesiarū fundatione. Nā apli dis-
currentes p mūdū nouas ecclias fundaue-
runt: ⁊ xpo dedicauerūt. Sic beat' bñdict'
iuxta numerū xij aploz. duodeci monaste-
ria cōstruxit: ⁊ ea monachis repleuit. Ter-
tio in prolis ppagatiōe. Nā apli sua pdica-
tione multos filios genuerūt xpo spūaliter
i. Coz. iiij. In xpo iesu p euāgeliuz ego vos
genui. Sic beat' bñdict' p regulā suā innu-
merabiles filios genuit. Deut. xxxiij. Bene-
dictus in filijs aser. sit placēs fratrib' suis.
multos eī filios spūaliter generauit, gene-
ratos temporalib' subsidijs enutriuit. nutri-
tos ad promotiōnes ⁊ abbatias promouit.
Quarto in miraculoz opatiōe. Nam qdā
miracula fecit in elemētis. s in igne purgato-
rij. Sicut qñ p monialib' defunctis orauit
In igne fantastico quē suis meritis extin-
xit. In aere qñ lucē celestē aspexit. In aqua
qñ placidū puerū liberauit. In tra qñ aquā
de terra pduxit. In celo: qñ aīam sororis in
specie colūbe ascēdentē vidit. In morte ho-
minis qñ monachū quē diabol' ex ruina pa-
rietis oppresserat liberauit. Post mortē ho-
minis qñ monachū q ad parētes visitādo
sine bñdictiōe ierat adiuuit. ⁊ sic de alijs.

Quinto memoria beati be-

nedicti ē in bñdictiōe martyrū: quis eī nō
fuerit martyr effectu. ardentissime tū deside-
rauit martyriū affectu. qd patz qdruplici si-
gno. Prio ex ferueti deuotiōe p ingē dñice
passionis recordationē. ps. Intinguat pes
tuus in sanguie. Secūdo ex monumēti ap-
tione. Fecit eī sibi monumētū apiri qd in-
dicat moriēdi alacritatē. Job. iij. Gaudent
vehementer cū inuenerint sepulchrū. Tertio
ex loci veneratiōe. fecit eī se cōferri in ecclia
vt prestaret dei bonitatē ppt bñficia rece-
pta. Quarto ex diuina reuelatiōe. predixit
eī diem sui obitus ⁊ sacramentuz euchari-

stie deuotissime suscepit.

Sexto memoria beati be

nedicti est in bñdictõe cõfessorꝝ: quorꝝ vitã imitat⁹ est quo ad quattuor. Primo in cõ passione. Greg. Benedict⁹ religiosus ⁊ pi⁹ puer cũ nutricẽ suã flere conspiceret illi⁹ do lori cõpassus est: ⁊ ideo meruit diuinã mise rationez. Math. v. Beati misericordes qm̃ ipsi mĩsicordiã cõsequent̃. Secũdo in oratione. ideo meruit exaudiri. Ecc. iiij. In ora tione dierũ exaudietur. Tertio in lectione. ideo meruit diuina sapiẽtia impleri .i. Thi. iiij. Attende lectioni: exhortationi ⁊ doctri ne. Quarto in efficaci locutione. ideo me ruit plures deo lucrari Greg. Dum ei cibos deferrebant corporis: ab ei⁹ ore verba refe rebant vite prꝫ ex miraculo dolij qd̃ imple tum est oleo tempore illi⁹ magne famis ⁊c.

Septimo memoria beati

benedicti est in bñdictiõe virginũ. Fuit eñ virgo mẽte ⁊ corpore. Greg. A pueritia cor senile gessit: etate quidẽ morib⁹ transiens, nulli animũ suũ voluptati dedit. istud paret q̃druplici signo. Prĩo q: fuit talis ĩ senectu te q̃lis ĩ iuuẽtute, nã p̃seuerauit ĩ eadẽ for titudine operis. ps̃. Fortitudinẽ meaz ad te custodiã. Secũdo quia perseuerauit in ea dem alacritate mẽtis. Prouer. xvij. Anim⁹ gaudẽs etatẽ floridã facit. Tertio quia fu it in eodẽ calore amoris. Cañ. viij. Fortis ẽ vt mors dilectio. Quarto quia semp̱ pro fecit in dei cognitiõe. Unde mũdana ⁊ trãsi toria sibi desipuerunt. Esa. xlviij. Implebit dñs splendorib⁹ aiam tuam.

Octauo memoria beati be

nedicti est in benedictione electorũ. Nomẽ eñ eius sicut ceterorꝝ sanctorꝝ est magnifi catum quadrupliciter. Primo quia semp̱ est coram oculis diuine maiestatis. ps̃. Ho norabile nomẽ eorꝝ coram illo. Secũdo q: in honore habetur ab angelis. ij. Reg. vi. Feci tibi nomen grande iuxta nomen ma gnorũ. Tertio quia est scriptũ in celis Lu ce. x. Gaudete quia noĩa vestra scripta sunt in celis. Quarto quia honoratur ab oñib⁹ ecclesijs. Eccli. xliiij. Sapientiã sanctorum narrant populi ⁊ laudem eorum nunciat ec clesia nomina autez eorꝝ vi. in seculũ seculi.

Nono memoria beati be

nedicti est in benedictiõe cõtemplatiuorum Sicut eñ lucerna accensa extinguit̃ aut per negligentiã aut nimiam abundantiã aut p̱ nimiam penuriam. Sic contemplationem mentis quidã perdunt per negligentiam. vt virgines fatue. Math. xxv. Quidam per ni miam abundantiam. ps̃. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Quidã per aduersi tatem illatam. Ecc. xxi. Cor fatui quasi vas confractum: omnẽ sapientiam non tenebit Beat⁹ autẽ benedict⁹ fuit expedit⁹ ad am bulandũ ne torpesceret per negligentiã. ido dicit̃ Deut. xxxiij. Ferrum ⁊ es calciamẽtũ eius. Fuit eñ calciatus ere. quia nõ marce scebat per prosperitatem nimiam. Fuit etiã calciatus ferro. vt esset firmus cõtra aduer sitatem illataz. vnde quia fuit in contempla tione assiduus meruit celestibus reuelatio nibus illustrari. ps̃. Reuela oculos tuos et considerabo mirabilia de lege tua. In cuius signum visio quedam vtiqꝫ certa monstra ta est vni fratri moranti in cella ⁊ alteri lon ge posito. viderunt naqꝫ viam pallijs stra tam atqꝫ innumeris chorusccam lampadi bus a cella sancti benedicti versus orientez vsqꝫ ad celum tendentẽ. Cui venerando ha bitu vir desuper clarus assistens Cuius es set via quam cernerent inquisiuit. quib⁹ eã nescire se dicerent ait. Hec est via qua dile ctus domini benedict⁹ celũ ascendit Sicqꝫ certificati sunt ambo pariter.

Decimo memoria beati

benedicti est in benedictiõe actiuorꝝ. nã ere ctus int̃ man⁹ discipulorꝝ vitã finiuit. Qui dam eñ moriunt̃ iacentes: quia bonis ope ribus vacauerunt. Quidã prostrati qui per peccm̃ corruerũt. Quidã claudi: qui fidẽ sine operib⁹ habuerũt. Quidã ab infirmitate sa nati sunt: q̃ post peccm̃ ad penitentiã redierũt Quidã erecti sunt sic viri sctĩ: qui a peccõ sũt liberati: bonis operib⁹ pleni ⁊ in intentione recti. Has differentias tangit aplus. Heb. xij. Remissas manus ⁊ genua soluta erigi te: ⁊ gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis aũt sa netur. Beatus aũt benedict⁹ in signũ recti tudinis sue actiuitatis inter discipulorꝝ ma nus imbecillia membra sustentans. erectis in celum manibus stetit ⁊ vltimũ spiritum inter v̓ba oratiõis efflauit. Ideo vt dicitur Esa. xxxiij. Regem in decore suo videt scilꝫ iesum xp̄m per infinita secula. Amen.

In festo annunciationis beate Marie virginis Sermo.xxiij.

Quomodo fiet istud

q Luce i.⁊ in euangelio presentis solēnitatis. Beatus Bernard⁹ in quadā ep̄la dicit sic. Nemo hominuȝ nouit nec noscere potest ad plenū. Quid boni ad grām. quid congruentie ad sapientiā. q̄d decoris ad gloriā quid cōmodi ad salutē. pe nes seipsam cōtineat hui⁹ venerandi misterij. scȝ humane redemptionis: inscrutabilis altitudo. hec ille. Super quo talem moueo questionē. Utrum ad generis humani post lapsum reparationē: congruū fuerit subseq̄ verbi dei incarnationē. Ad istam q̄stionez r̄ndent tres doctores noui testamēti. Primus est beat⁹ Aug. li.xiij. de trinitate dicēs sic. Ostendam⁹ nō aliū modū possibilē deo defuisse: cui⁹ potestati oīa equaliter subiacent: sed sanande miserie nostre conuenientiorem aliū modū non fuisse. Secūdus est Damascen⁹ in p̄ncipio tertij libri: dicēs sic. Per incarnationis misteriū mōstrat̄ simul bonitas: sapiētia: iusticia ⁊ potētia: vel virt⁹ dei. Bonitas quidē q̄m nō despexit proprij plasmatis infirmitatē. Justicia xo q̄m homine victo non aliū facit vincere tyrannuȝ neq̄ʒ vi eripit ex morte hoīem. Sapiētia xo q̄m inuenit difficillimi decētissimā solutōez Potentia xo siue virt⁹ infinita: q̄ꝛ nihil est maius q̄ȝ deū fieri hoīem. hec ille. Terti⁹ est sanct⁹ Tho. iij. parte. q. i. arti. xi. dicēs sic Aliqua satisfactio pōt dici sufficiens dupliciter. Uno modo perfecte q̄ꝛ est cōdigna ꝑ quandā adequationē ad reparatōnē cōmisse culpe. ⁊ sic hoīs puri satisfactio sufficiēs esse non potuit. Tum q̄ꝛ tota natura hūana erat per pctm̄ corrupta: nec bonū alicui⁹ persone: vel pluriū poterat per equiparantiam totius nature detrimentū recōpensare. Tū etiā q̄ꝛ pctm̄ cōtra deū cōmissuȝ quandā infinitatē habet ex infinitate diuine maiestat. Tanto eñ offensa est grauior: quāto maior est ille in quē peccat̄ seu delinquit. vñ oportuit ad condignā satisfactionē: vt actio satisfacientis haberet efficaciā infinitā: vt puta dei ⁊ hoīs existens. Alio modo pōt dici satisfactio sufficiens imperfecte. scilȝ ꝯm acceptationē eius q̄ est ea content⁹: q̄uis non sit cōdigna. ⁊ hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et q̄ꝛ oīe imperfectū presupponit aliq̄d perfectū a quo sustentet̄ Jnde est q̄ oīs puri hoīs satisfactio efficaciam habet a satisfactione xp̄i. hec Tho.

Sciendū q̄ congruū fuit deū incarnari ꝓpter duo. Primo ꝓpter remotionē mali. ꝓpter quatuor causas. Primo q̄ꝛ ꝑ hoc hō instruit̄ ne sibi diabo luȝ preferat ⁊ eum veneretur qui est auctor peccati. Unde Aug. dicit. xiij. de trini. Quādo sic deo cōiungi potuit humana natura vt fieret vna ꝑsona superbi illi maligni spūs non ideo se audeant homini preponere q̄ꝛ nō habēt carnē. Secundo q̄ꝛ ꝑ hoc instruimur quanta sit dignitas humane nature ne eam inq̄nem⁹ peccādo. Uñ dicit Aug. li. de vera religione. Demonstrauit nobis de⁹ q̄ excelsum locū inter creaturas habeat humana natura in hoc q̄ homib⁹ in xo hoīe apparuit. Et Leo papa dicit in ꝯmo. de natiuitate. Agnosce o xp̄iane dignitatē tuā: ⁊ diuine consors fact⁹ nature: noli in veterem vilitatē degeneri cōuersatione redire. Memento cui⁹ sis capitis ⁊ cui⁹ corporis mēbrū. Reminiscere q̄m eruptus de potestate tenebrarū translatus es in dei lumē ⁊ regnū. Tertio quia ad presumptionem hoīs tollendā grā dei nullis meritis nostris precedentib⁹ in noīe xp̄i nobis cōmendat̄. vt dicit Aug. iij de trinita. Et sic suꝑbia hoīs que maximū impedimentū est ne inhereat deo: per tantā dei humilitatē redarguat̄ atq̄ʒ sanet̄. vt Aug. dicit ibidem.

Quarto ad liberandū hoīem a seruitute. Qd̄ quidē vt dicit Aug. xiij. de trini. fieri debuit sic. vt diabol⁹ iusticia hoīs iesu xp̄i superaretur qd̄ factuȝ est xp̄o satisfaciente ꝑ nobis. Homo aūt p̄us satisfacere non poterat pro toto humano genere: deus aūt satisfacere nō debebat. vnde oportebat deū ⁊ hominē esse iesum xp̄m. Unde Leo papa dic̄ in ꝯmone de natiui. Suscipitur a maiestate humilitas. a xtute infirmitas. ab eternitate mortalitas: vt quod nostris remedijs ꝯgruebat. vnus atq̄ʒ ideȝ dei ⁊ hoīm mediator ⁊ mori ex vno: ⁊ resurgere posset ex altero. Nisi eñ esset verus deus: nō afferret remediū nisi esset verus hō: non preberet exēplū. hec ille. Secūdo congruū fuit deū incarnari ꝓpter ꝓmotionē hoīs in bono. Primo quantum ad fidē que magis certificat̄ ex hoc q̄ ipsi deo loquenti credit. Unde Aug. dic. xi. de ciui. dei. Ut homo fidentius ambularet ad veritatem ipsa veritas dei filius homine assumpto: constituit atq̄ʒ fundauit fidem.

Secundo quantū ad spem que per hoc ma

xime erigitur. Un̄ Aug. dic. xiij. de trinita.
Nihil tam necessariū fuit ad erigendā spem
nostrā q̄ vt demonstraretur nobis quantū
diligeret nos de⁹. Quid vero huius rei isto
iudicio manifestius q̄ q̄ dei filius nostre
nature dignatus est inire consortiū. Tertio
quantū ad charitatē que maxime per hoc
excitatur. Un̄ Aug. dicit in lib. de cathetizandis rudib⁹. Que maior causa est aduē-
tus dn̄i nisi vt ostēderet de⁹ dilectionē suā
in nobis: Si amare pigebat: saltē reamare
nō pigeat. Quarto quātū ad rectā operatio-
nem in qua nobis exemplū se prebuit. Un̄
Aug. dicit in quodā sermone de natiuitate
dn̄i. Hō sequēdus nō erat q̄ videri poterat
Deus sequēdus erat q̄ videri nō poterat.
Ut ergo exhiberetur hoī q̄ qui ab homīe vi-
deretur: q̄ quē hō sequeretur deus fact⁹ est
hō. Et sic plenā participationē diuinitatis
que vere est hoīs beatitudo q̄ finis huma-
ne vite possideret. Un̄ deus assumendo car-
nem suā maiestatē nō minuit: s̄ ex hoc nos
appropinquare voluit p incarnationē vt
magis nos ad se cognoscendū attraheret.
Unde patet quomodo fiet istud scilicet tā
altum sacramentum incarnationis.

Fiet istud
Justorum consilio.
Angelorum ministerio.
Uirginis arbitrio.
Deuotorum obsequio.

Primo fiet istud sacra-
mentū incarnatiōis iustoꝝ ꝯsilio. Quoniā
dyabolus humani generis inimic⁹: verita-
tis aduersari⁹: caput scelerū: princeps oīm
vitioꝝ: suasor malarū cogitationū: inuētor
mortis: q̄ pater oīm maloꝝ. insatiabilis ho-
micida: inuidēs hoī calido stercore in ocu-
los dormientis immisso ipm̄ miserū hoīē
excecauit multis bonis atq̄ virtutibus spo-
liauit p̄cet q̄ pemit s. naturalib⁹ q̄ gratuitis
atq̄ in sui seruitutē captiuauit. sup quo pu-
tabat se exercere ptātē p ꝑpetuo eo q̄ p ino-
bedientiā cecidisset. q: qui facit peccatū est
seruus peccati. q̄ a quo quis superatus est
eius seru⁹ est. Nouerat tn̄ deū oīpotentē sue
volūtatis arbitrio homīs morbo exhibere
medicinā q̄ remediū. non tn̄ nisi p eū qui
soluerat damna fraudis cōmisse. Ideo cō-
cludebat q̄ nec de⁹ q̄ pati non debet: nec
homo qui impotens erat satisfacere pote-
rat. propterea mirabatur q̄ sacra scriptura
ꝑnūciaret xp̄m venturū nesciens q̄ ex ho-
mine qui pati pōt q̄ ex deo qui est oīpotens
possit ꝯstitui vnus redēptor. imo in supbia
semp crescēs deridebat multū sanctos qui
erant in lymbo. q̄ frequenter super flumina
babylonis interrogabat verba cantionū a
captiuis dicens. Eligite ex vobis virū qui
descendat mecū ad singulare certamen: ve-
niat q̄ liberet vos. atq̄ exprobrabat fideli-
tatē sanctoꝝ in obseruantiā legis dei q̄ dice-
bat. Uanus est oīs q̄ seruit deo: q̄ qd̄ emo-
lumētū q: seruiuistis ei: Ubi sunt dij vestri
in quib⁹ habebatis fiduciā: Surgāt q̄ opi-
tulentur vobis: q̄ in necessitate vos ꝓtegāt
Talia improperabat sctis assidue in illa ma-
gna valle miserie. vbi pseuerabāt gemitib⁹
sautiati. cū se noscerēt de plateis supne syō
exules filij eue. Collegerūt tandē ꝯsiliū pa-
triarche q̄ ꝓphete vt p pace acq̄renda lega-
tionē dirigerēt deo suo. Dauid aūt exurgēs
in medio coꝝ dixit. Cōgregate illi sctōs ei⁹
q̄ ordinauerūt testm̄ ei⁹ sup sacrificia. imo-
la deo sacrificiū laudis q̄ redde altissimo vo-
ta tua. Sic eīn dixit de⁹. Inuoca me in die
tribulationis: eruā te q̄ honorificabis me.
Sacrificiū laudis honorificabit me: q̄ illic
iter quo ostendā illi salutare dei. Placuit di-
ctū dauid. q̄ habita diligēti inq̄sitiōe: elege-
runt q̄ttuor ꝑsōs magne sctitatis. s. Esayā
Jeremiā Job q̄ Dauid. quos statuerūt in
medio q̄ dixerūt. hi sunt viri mīe in qb⁹ per-
seuerat bona hereditas. Naz Esayas futu-
ra rerū in xp̄o q̄ ecclia ꝑuidit dn̄o reuelāte
Jeremias sctificat⁹ est in vtero mr̄is a deo
q̄ in ꝓphetā gentibus dat⁹ est. Job erat vir
simplex q̄ rectus ac timēs deū q̄ recedēs a
malo. cui similē in terra nō inuenit de⁹. Da-
uid vero testimoniū habuit a deo dicēte. In-
ueni hoīem s̄m cor meū. Isti sunt viri scti
quos elegit dn̄s in charitate nō ficta. q̄ de-
dit illis prudētiā q̄ virtutē. Pergāt itaq̄
in spū ad dn̄m orātes p salute oīm. Et flen-
tes dixerūt. Exaudiat dn̄s orōnes nr̄as q̄
recōciliet nob: nec nos deserat in tp̄e malo
De⁹ misereat nostri q̄ bn̄dicat nob: illumi-
net vultū suū super nos q̄ misereat nostri.
His dictis ꝑrexerūt isti q̄ttuor viri ad dn̄m
p salute generis hūani depcaturi. Primo
surrexit Esayas purgat labijs q̄ hūilit sic
exorsus est. lxiiij. c. Utinā disrūperes celos
q̄ descēderes vt notū fieret nomē tuū inimi-
cis tuis. A facie tua gētes turbarent. Ecce
tu irat⁹ es q: peccauim⁹ q̄ facti sum⁹ vt imū

dus oẽs nos: q̃si pann⁹ mẽstruate vniuer-
se iusticie nr̃e. nõ est q̃ inuocet nomẽ tuum
⁊ surgat ⁊ teneat te. ⁊ nunc dñe pr̃ noster
es tu: nos vero lutũ tu fictor nr̃ ⁊ opera ma
nuũ tuarũ oẽs nos. Ciuitas scĩa tua deserta
scĩa ẽ: syõ deserta facta ẽ: hierl'z desolata ẽ: do
m⁹ sctificatiõis ⁊ gl'ie nr̃e. Ne irascaris dñe
satis ⁊ ne vltra memineris iniq̃tatis nr̃e.
Ecce respice dñe: ppl's tu⁹ oẽs nos. Oĩa de
siderabilia nr̃a versa sunt in ruinas. Nũq̃d
sup his ptinebis te dñe. tacebis ⁊ affliges
nos vehemẽter. hec ibi. Tũc deus pr̃ rñdit
Esaye dicẽs illud. lxiij. c. Ecce ego ad gen-
tẽ que nesciebat me ⁊ que nõ inuocauit no
men meũ. Expãdi man⁹ meas tota die ad
ppl'm incredulũ q̃ gradit̃ in via non bona
post cogitatiões suas: pplus q̃ puocat me
ad iracundiã: ante faciẽ meã semp. Qui di
cũt recede a me nõ appropinques mihi: q2
imũdus es. ecce scriptũ est corã me non ta
cebo: sed reddã ⁊ retribuã in sinũ coꝝ iniq̃
tates vr̃as ⁊ iniq̃tates patrũ vestroꝝ simi
Hec ibi. Resumptis virib⁹ Esayas dixit il
lud. lvij. c. Justus perit ⁊ nemo est q̃ recogi
tet in corde suo ⁊ viri miscdie colliguntur ⁊
nõ est q̃ intelligat A facie em̃ malicie colle
ctus est iust⁹. Ueniat ergo pax ⁊ requiescat i
cubili suo. hec ibi. Irat⁹ dñs respondit illud
qd̃ ibi sequit̃. Sup quẽ dilatasti os tuuz ⁊
eiecisti linguã. Nunq̃d vos filij scelesti ⁊ se
men mendax? Nunq̃d sup his nõ indignа-
bor? Territ⁹ sũt Esayas fugit a facie domi
ni: ⁊ ad suos reusus cũ lachrymis ait. Ob-
stupescite ppl'e me⁹ conturbamini confidẽ
tes exuite vos ⁊ cõfundamini: plangite su
per regionẽ desiderabilem. quoniã non est
pax impijs dicit dominus. Secundo perre
xit Jeremias ad dominũ loquensq3 verba
pietatis cũ planctu ait. Recordare domĩe
q̃d acciderit nobis intuere ⁊ respice obpro-
briũ nostrũ. Pupilli facti sumus absq3 pa-
tre: matres nostre quasi vidue. Patres no
stri peccauerunt ⁊ non sunt: ⁊ nos iniquita
tes coꝝ portauimus. Serui dominati sunt
nostri: non fuit qui redimeret de manu co-
rum. Defecit gaudiuz cordis nostri: versus
est in luctuz chorus noster. Cecidit corona
capitis nostri: ve nobis quia peccauimus.
Tu autem domine in eternuz permanebis
solium tuum a generatione in generationẽ
Quare in perpetuum obliuisceris nostri: de
relinquens nos in longitudinem dierum.
Conuerte nos domine ad te ⁊ conuertemur:
innoua dies nostros sicut a principio. Sz
proijciens repulisti nos: irat⁹ es cõtra nos
vehementer. Tunc dominus respondit di-
cens illud Jere. xv. Si steterint moyses ⁊
samuel corã me: non est anima mea ad po
pulũ istũ. Eijce illos a facie mea vt egredi-
antur: tu reliquisti me retrorsum abijsti. Et
extendã manũ meã super te: ⁊ interficiã te.
Resumptis viribus dixit iteruz Jeremias
illud. viij. c. Dolor meus super dolorẽ in me
cor meuz merens. Ecce vox clamoris filie
populi mei de terra longinq̃. Nunquid dñs
non est in syon: aut rex eius non est in ea:
aut non est medicus ibi. Quare non est ob
ducta plaga filie populi mei. Iratus dñs re
spondit illud Jere. xi. c. Tu ergo noli orare
pro populo isto: ⁊ ne assumas p eo laudez
⁊ orationẽ. Quia non exaudiã in tempore
clamoris coꝝ ad me in tempore afflictiõis
coꝝ. Dixit iterũ Jeremias illud. xv. c. Dñe
deus prophete dixerunt eis. Non videbitis
gladiũ. s. pene inferni ⁊ fame. s. diuine visio-
nis nõ erit in vobis: sed pacẽ verã dabit in
loco isto. Rñdit dñs Jeremie. Falsi pphe-
te vaticinantur vobis in nomine meo. Nõ
misi eos ⁊ nõ precepi eis neq3 locutus sũ
ad eos. Uisionẽ mendacẽ ⁊ diuinationez
fraudulentã ⁊ seductionẽ cordis sui pphe-
tant vobis. Idcirco in gladio ⁊ fame cõsu-
mentur prophete illi ⁊ populi quibus pro-
phetauerunt. Territus autez Jeremias fu
git a facie dñi. ⁊ ad suos reusus cũ lachry-
mis ait. Deducant oculi mei lachrymas p
diẽ ⁊ noctẽ ⁊ non taceant: qm̃ contritione
magna ptrita est virgo filia populi mei pla
ga pessima vehement̃. Tertio perrexit Job
ad dñm loquẽs amaritudines cordis sui ⁊
dicens illud. vi. c. Quis det vt veniat petitio
mea: ⁊ qd̃ expecto tribuat mihi de⁹. Sed ta
men ad omnipotentẽ loquar ⁊ vias meas
in conspectu eius arguã ⁊ ipse erit saluator
meus. Quare tacens consumor? Duo tm̃
ne facias mihi: ⁊ tũc a facie tua non abscõ
dar. Manũ tuã lõge faca me: ⁊ fortitudo
tua non me terreat. Uoca me ⁊ ego respõ
debo tibi. Sed quãtus ego sum qui respõ-
deam ei ⁊ loquar verbis meis cum eo. Et
hec sit mihi consolatio vt affligens me nõ
parcat nec contradicam sermonibus suis.
Que est enim fortitudo mea vt sustineam
aut quis finis meus vt patienter agã. Nec
fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro
mea enea est. Ecce non est auxiliuz mihi in

me. Nolo multa fortitudine contendat me
cũ: nec magnitudinis sue mole me premat
Proponat equitatẽ contra me: ⁊ tũc perue-
niet ad victoriã iudiciũ meũ. Tunc domi-
nus respondit Job dicens illud. xxxviij. c.
Quis est iste inuoluens sententias sermo-
nibus imperitis? Nunquid irritũ facies iu-
diciũ meũ ⁊ condemnabis me vt tu iustifi-
ceris? Quis enĩ resistere potest vultui meo
aut quis dedit mihi ante ⁊ reddã ei? Omĩa
que sub celo sunt mea sunt. Non parcã enĩ
verbis potentibus: ⁊ ad deprecandũ compo
sitis. Resumptis viribus Job humiliter vt
molli sermone frangeret iram dei ait. xlij. c.
Scio quia omnia potes: ⁊ nulla te latet co
gitatio. Ideo insipienter locutus suz ⁊ que
vltra modũ excedunt scientiã meã. Idcir-
co meipse reprehendo ⁊ ago penitentiaz in
fauilla ⁊ cinere Iratus dñs respondit iob
dure. dicẽs illd. viij. Vsquequo loqueris ta
lia ⁊ spiritu a multiplex sermonis oris tui.
Nunquid deus supplantat iudiciũ ⁊ omni
potens subuertit quod iustũ est. Nunquid
deo comparari potest homo etiaz cũ perfe-
cte fuerit scientie? Quid prodest deo si iustꝰ
fueris: aut quid ei conferes si immaculata
fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te
⁊ veniet tecũ in iudiciũ: ⁊ non propter ma
liciam tuã plurimã ⁊ infinitas iniquitates
tuas? Territus autẽ Job fugit a facie do-
mini: ⁊ ad suos reuersus cũ lachrymis ait.
Cogitationes mee dissipate sunt torquen-
tes cor meũ. Pereat dies in qua natus suz
⁊ nox in qua dictũ est cõceptus est homo.
Quare non in vulua mortuus sum: egres-
sus ex vtero non statim perij? Quare data
est misero lux ⁊ vita his qui ĩ amaritudine
anime sunt? Quarto perterrit dauid cũ psal
terio ad dominuz ⁊ ait. Ad te domine cla-
mabo deus meus: ne sileas ne quando ta-
ceas a me ⁊ assimilabor descendentibus in
lacũ. deus meus clamabo per diẽ ⁊ non ex-
audies. Ecce propter te mortificamur tota
die. estimati sumꝰ sicut oues occisionis vbi
sunt misericordie tue domine: sic iurasti da
uid in veritate tua. Tu dixisti. Clamabit ad
me ⁊ ego exaudiã eũ cũ ipo sum in tribula
tione eripiã eũ ⁊ glorificabo eũ. Exurge q̃
re obdormis dñe: exurge ⁊ ne repellas in fi
nẽ. Educ de carcere animas nostras vt cõ-
fiteamur nomini tuo dñe. Exurge dñe ad-
iuua nos ⁊ redime nos. Rñdit dñs ad da
uid dicẽs. Quis est hõ q̃ viuet ⁊ non vide
bit mortem: eruet aĩam suã de manu inferi.
Interroga patrẽ tuũ: quoniã iniq̃tatez me
ditatus est in cubili suo: astitit omni vie nõ
bone malicia autẽ non odiuit. Dilexit ma
liciã super benignitatẽ: iniquitatẽ magis lo
qui q̃ȝ equitatẽ. Dilexit omnia verba preci
pitationis. Ecce mater tua parturiuit iniu-
sticiã concepit dolorẽ ⁊ peperit iniquitatez.
Lacũ aperuit ⁊ effodit eũ: ⁊ incidit in foueã
quã fecit. Cõuertetur dolor eius in caput
eius: ⁊ in verticẽ ipsius iniquitas eius de-
scendet. Resumptis viribus ait dauid. Ti
bi domine derelictus est pauper: orphano
tu eris adiutor. Desideriũ pauperũ exaudi
uit dominus: preparationẽ cordis eorũ au-
diuit auris tua: quoniã requirẽs sanguinẽ
eorũ recordatus es. non es oblitus clamo-
rem pauperũ. vt quid domine repulisti in fi
nem: iratꝰ est furor tuꝰ sup oues pascue tue
Memor esto ꝯgregatiõis tue quã possedi-
sti ab initio. Rñdit dñs dicens. Vanũ est
vobis ante lucẽ surgere: quia que procedũt
de labijs meis nõ faciã irrita. Territus aũt
dauid fugit a facie dñi: ⁊ ad suos reuersus
cũ lachrymis ait. Laboraui ĩ gemitu meo
laboraui clamãs: rauce facte sũt fauces mee
defecerunt oculi mei dũ spero in deum meũ:
quoniã abiectus sum a facie oculorũ eius.
Factus sum tanq̃ȝ vas perditũ: qm̃ audiuĩ
vituperationẽ iustorũ in circuitu. Tunc oẽs
ceperunt planctũ magnũ omnis maritus
sumpsit lamentũ. ⁊ que sedebant in thoro
maritali plangebãt. spes oĩum ꝯtrita est. ⁊
tota posteritas ade induit confusionẽ. Sic
ergo plorabant in illa valle miserie ⁊ tene-
braruz afflicti vehementer in mendicitate ⁊
ferro induti confusione. Sancti patres con
uocato iterũ consilio: quid agenduz foret.
Quõ fiet istud tã profunduz mysteriũ hu-
mane redemptiõis. Surrexit dauid dicẽs.
Intellexi a domino qm̃ in eternuz seruabo
dauid misericordiã meaz ⁊ testm̃ meum fi
dele ipsi. Et ponam in seculuz seculi semen
eius ⁊ thronũ eiꝰ sicut dies celi ⁊ dixerunt.
Nũc clamemus in celũ: ⁊ miserebit nři deꝰ
noster. Tunc ait Esayas. Visiones pphe-
tarũ multiplicate sunt. Qm̃ egredie virga
de radice iesse: ⁊ flos de radice eiꝰ ascẽdet ⁊c.
Ecce enĩ virgo concipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vo
cabitur nomen eius emanuel. ⁊ Jeremias
ait. Nouũ faciet dominꝰ super terrã: mulier
circundabit virũ. ⁊ Job ait. Vidi solẽ cum
fulgeret ⁊ lunam incedentem clare: ⁊ leta-

tum est cor meũ in abscondito. David vero ait. Surge dñe ĩ requiẽ tuã: tu ⁊ archa sanctificationis tue. Sacerdotes ei⁹ induã salutari: ⁊ sancti ei⁹ exultatiõe exultabũt. Tũc sancti patres dixerũt. Queram⁹ ergo adolescentulã virginẽ ⁊ speciosam: ⁊ stet coraʒ rege ⁊ foueat eũ: dormiatq; in sinũ ei⁹ ⁊ calefaciat dñm nostrũ regem. iij. Reg. i. ⁊ sic reconcilietur nobis ⁊ faciat pacẽ. Respondit Salomon dicens. Mulieretz fortẽ quis inueniet? Cui david ait. Jurauit dñs david veritatẽ ⁊ non frustrabitur eũ: de fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Respondit Salomon illud Canti. vi. Uide vt pulchra sit: suauis ⁊ decora sicut hierl'm: terribilis vt castrorũ acies ordinata. Cui david ait. Os meũ loquetur sapiẽtiã: ⁊ meditatio cordis mei prudentiaʒ. Et ait ad sanctos patres. Uoce mea ad dñm clamabo: voce mea ad dñm deprecabor: effundã in cõspectu eius orationẽ meã: ⁊ tribulationẽ meã ante ipʒ pronũciabo. Aperiã in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio. Benedicaʒ dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In dño laudabitur aĩma mea: audiant mansueti ⁊ letẽtur. Magnificate dominũ mecũ: ⁊ exaltemus nomen eius in idipm. Exquirã dñm ⁊ exaudiet me: ⁊ ex omnibus tribulatõnibus meis eripiet me. Uos autẽ benedicite deũ: ⁊ enarrate oĩa mirabilia eius. Confitemini ei corã omnibus viuẽtibus: quia fecit nobiscũ misericordiã suã. Respõderũt sancti patres ⁊ dixerũt. Mittat tibi dñs auxiliũ de sctõ: ⁊ de syon tueatur te. Memor sit dñs sacrificij tui: ⁊ olocaustuʒ tuũ pingue fiat. Tribuat tibi ẽm cor tuum ⁊ oẽ ↄsiliũ tuũ ↄfirmet. Letabimur in salutari tuo: ⁊ in noĩe dei nr̃i magnificabimus. Impleat dñs oẽs petitiões tuas: exaudiat te dñs in die tribulatõis nr̃e. Tũc david in spũ sec⁹ celũ ascẽdẽs ait. Apite mihi portas iusticie: ⁊ ingressus ĩ eas ↄfitebor dño. Dixerunt angeli ad seinuicẽ. Ueniũt legati ex egypto: p̃ueniam⁹ eos ⁊ sciam⁹ quid q̃rũt a deo. Et Michael archãgel⁹ ait. Quis est hõ q̃ vult vitã: diligit dies videre bonos. s. redemptionis humane. David aũt timẽs ne sibi solito molestus fieret: humiliter respondit dicẽs. Obsecro dñe desine ab ira ⁊ derelinque furorẽ: noli emulari vt malignaris. Dixit ei michael. Reuela per me domino viam tuam: ⁊ spera in domino: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Respõdit david dicẽs. Eructabit cor meũ verbũ bonũ: dicã ego opa mea regi. Quis ex vobis deducet me in ciuitatẽ munitã? Nõne ipe de⁹ qui repulit nos: ipse dabit nob auxiliũ de tribulatione? Dixit ei michael. Uide ne diuti⁹ graues regẽ sermone plixo. Tu scis quoniam vir linguosus non diligit in hac terra. Rñdit david dicens. Lingua mea calam⁹ scribe: velociter scribẽtis. Tũc ibãt angeli charitate preuenti ad dominũ ⁊ dicebãt. Memento domine david: ⁊ omnis mansuetudinis eius. Et ad illos ait dominus. Inueni david seruuʒ meũ: oleo sancto meo vnxi eũ. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso: ⁊ in nomine meo exaltabit cornu ei⁹. Reuersi sunt angeli ad David dicentes. Quasi proximum ⁊ quasi fratrem nostruʒ sic te proposuimus coram domino. Ueni ergo ⁊ accede ad deũ ⁊ illuminare: ⁊ facies tua non confundetur. Oculi domini super iustos: ⁊ aures eius in preces eoꝝ. Clamauerunt iusti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationib⁹ eoꝝ liberauit eos. Iuxta ẽ domin⁹ his qui tribulato sunt corde: ⁊ humiles spiritu saluabit. Respondit david ad michaelem archãgelum. Factus sum sicut homo nõ audiẽs: imo sicut equ⁹ ⁊ mulus quibus non est intellectus. Uide domine ne sileas: ne quãdo discedas a me cum fuero in conspectu dei. qm̃ aduena ego sum apud te: ⁊ peregrinus sicut omnes patres mei. Dixit illi michael. Intellectum tibi dabo ⁊ instruaʒ te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Firmetur manus tua ⁊ exaltetur dextera tua: q̃m mĩa ⁊ veritas precedent faciem tuam. Introductus ergo david transiens de hierarchia in hierarchiã: de ordine in ordinẽ puenit ad tribunal dei vbi residebat sancta trinitas personarum in vnitate deitatis: quaʒ cum aspexisset prostratus humiliter adorauit dicẽs. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: ⁊ metuant eum omẽs fines terre. Cumq; eleuasset oculos ⁊ aspiceret loci amenitatem ait. Quã dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ⁊ defi. a. m. in atri. domi. Elegi abiectus esse in domo dei mei ma. q̃ ha. in taber. peccatorum. Beati qui ha. in do. tua do. in se. secu. lau. te. Et ait dominus ad david. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti dilata os tuum ⁊ ego implebo illud. Postula a me: ⁊ dabo tibi. David

autē cadens in faciē suā: iterū adorauit eū dicēs. Speciosus forma pre filijs hoīm diffusa est gratia in labijs tuis. Ecce dn̄e dra co iste quem formasti ad illudendū nobis. Quāta malignatus est inimicus in sancto omnia te expectant vt des illis escā in tpe. Quia miscd'iam et veritatē diligit deus: gratiam et gloriā dabit dn̄s. Non priuabit bonis eos q̄ ambulant in innocentia: dn̄e virtutū beatus homo qui sperauit ī te. Accingere gladio tuo super femur tuū potentissime. et veni ad liberandū nos dn̄e deus virtutū. Ostēde faciē tuā et salui erimus. Uia indurata sunt nobis. Emitte verbū tuū et liquefacies ea: et sitientibus nobis ad te deū fontē viuū. Flabit spūs tuus et fluent aque gratiarū. Stabit aūt regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate: quā tibi desponsabis in gaudio. Adducentur regi virgines post eā: proxime eius afferent tibi in leticia et exultatōe. Et ait dn̄s ad dauid. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. Cui dic. Audi filia et vide et inclina aurē tuā et obliuiscere populuz tuū et domuz patris tui. Et concupiscet rex decorē tuū. Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eā deus mane diluculo. Respondit dauid. Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo: narrabo om̄ia mirabilia tua. Narrabo nomen tuū fratribus meis in me medio ecclesie iustorū laudabo te. Reuersus autē dauid ad suos cū gaudio ait. Qui timetis deū laudate eū: vniuersuz semen iacob glorificate eū. Timeat eū omne semē israel: quoniā non spreuit nec despexit deprecationē pauperis. Nec auertit faciē suam a me: et cū clamarē ad eū exaudiuit me. Viriliter agite et confortetur cor vestrū omnes qui speratis in dn̄o. Et factū est consilium magnū ante tribunal pacis inter misericordiā veritatē et iusticiā: sup mysterio humane redemptionis. Primo locuta est misericordia dicēs. Piū est hoī misero nō valenti p se surgere misericorditer subuenire. Quā misericordie dn̄i multe sunt nimis. Et misericordia dn̄i ab eterno et vsq̄ ineternū super timentes eū. Et loquens ad dominum ait. Tu exurgens misereberis syon: quia tēpus miserēdi eius q2 venit tempus. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditoruz: et solueret filios interemptorum. Secūdo locuta est veritas dicēs. Domine deus virtutū quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu throni tui est. Sed tu dixisti homini: in quacunq̄ die comederis ex eo morieris. Cū ergo sis deus et non mentiaris: quia non est deus vt homo vt mentiatur. ergo ista redemptio fieri non potest. Respondit misericordia dicens. Si maledixisti terre in opere ade: saltem potest fieri nouus homo cui nihil de adā proueniat. et sic per eum poterit fieri redemptio ista. Nunquid ineternū proijciet deus aut non apponet vt complacitior sit adhuc: aut in finē misericordiā suā abscidet a generatione in generationē: aut obliuiscetur misereri deus: aut continebit in ira sua misericordias suas. Ueritas ait. Uerūtamē vniuersa vanitas omnis homo viuens. Si nouus homo fieret non maiorez fiduciā in eo haberē q̄ in prothoplausto. Unde ad hāc redemptionē faciendā nec homo nec angelus est ydoneus. Misericordia respondit. Facienda est hec misericordia propter me. si non propter adam. immo tu que pio affectu coniuncta mihi es: que mihi nunq̄ defuisti visita mecū miserū hominē. deprime dyaboli tyrannidē qui tuū hoīem seducendo cōtra te iniuriose egit. Ueritas ait. Uere tibi non consentire asperuz et crudele foret: imo nec a me quicq̄ exigeres. quod nō subito concederē. Justicia videns veritatē misericordie cōsensisse ait. Quid facis o veritas. vide q̄m nullatenus tibi dimittaz donec satisfeceris vsq̄ ad minimū quadrātē. Filius dei cui datū est omne iudiciū a patre auditis allegationibus vtriusq̄ partis dixit. Justicia dicit pij si adā non moriatur. Misericordia dicit perij si adā m̄iam non consequatur. Hec est ergo diffinitiua sn̄ia sup hoc. Fiat mors bona et habebit vtraq̄ qd̄ petit. Obstupuerūt oēs in verbo sapiētie et dixerūt. Quō fiet istud: Mors est crudelissima: imo amarissima. q̄m mors peccatoꝝ pessima. quō ergo erit bona: Judex ait. Mors est crudelissima peccatoribus: iustis vero bona. Nōne mors erit bona si soluet debitū ade: si aperiet ianuā paradisi. Que responderunt. Quomodo fiet istud: Judex ait. Si moriatur quis ex charitate qui non sit dignus mori. Sermo iste bonus visus est. vtpote fidelis et omni acceptione dignus si poterit inueniri innocens qui velit mori suo beneplacito et non ex debito aut malo suo merito. Ueritas circuit per totum orbē

terre: ꝛ nemo inuentus est mũdus a sorde nec infans vnius diei sup terrã. Misericordia celũ omne plustrat: ꝛ in angelis minorem inuenit charitatẽ. Tandẽ redeunt misericordia ꝛ veritas que obuiarunt sibi anxie plurimũ ꝙ non inuenerant sm latã sententiã. Tunc iusticia ꝛ pax osculate sunt. ꝛ pax ait. Vos nescitis quicq̃ꝫ nec cogitatis: quoniam omnes homines declinauerunt simul inutiles facti sunt. Non est q̃ faciat bonum non est vsq̃ꝫ ad vnũ. Hoc enĩ est iudiciũ. Qui tulit sententiã ꝛ dedit consiliũ ipse ferat ꝛ auxiliũ. Filius dei audito iudicio patris ait. Ut video mihi onus satisfaciẽdi ꝑ homine per mortẽ imponitur. Tunc pater ait. Omnia in sapientia fecimus mundũ creando: sic omnia in sapiẽtia faciem⁹ mũdum reparando. Respondit filius. In capite libri scriptũ est de me vt facerẽ voluntatem tuã deus me⁹: volui. Annunciabo iusticiam tuã in ecclesia magna. Nõ abscondaꝫ misericordiã tuam ꝛ veritatẽ tuã a consilio multo. Holocaustũ ꝛ pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. Et sic pater quomodo in tertio cõsilio diffinitũ est quomodo fiet istud taꝫ altũ sacrm̃ incarnationis.

Secũdo fiet istud sacramentũ incarnationis angeloꝝ ministerio.

Pater etern⁹ ait filio. Legatũ oportet nos mittere ad sponsam qui eã animet ad consensum ne secreta coniugia abnuat deuota virgo. Cuius pudor illesus maneat: atq̃ꝫ ei epistolã ꝛ mandata dirigamus. Respondit filius dicens. Ita pater. Quoniã sic placitũ est ante te. Pater autẽ ait vt dicit Augusti. sermone p̊mo de annũciatione dñica Ueni inquit o gabriel minister efficito terribilis sacramẽti: absconditũ ob secũda miraculũ. Ad requisitionẽ ꝛ redẽptionẽ errãtis adeta meis cogor descendere sedibus. Illũ enĩ quẽ ad ymaginẽ meã creaui: peccatũ inueterauit: tabefec quẽ feci. obfuscauit quẽ plasmaui decorẽ. Lupus meũ depascit pec⁹. Deserta est paradisi possessio. Lignuꝫ vite ab ignea rumphea seruatur. Clausus est voluptatis agellus. Misereor errantis ꝛ apprehendere cupio hostem. latere autẽ volo omnes celestes virtutes: tibi soli pando secretum. Ad virginem mariam perge. Uade ad animatam ciuitatem: de qua dicitur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. vade ad rationalem meum paradisum. perge ad orientalẽ splendidã portã. vade ad mei verbi dignũ habitaculũ. perge ad secunduꝫ in terra celũ. vade ꝛ denũcia ei mee presentie ymbrem. perge ad preparatũ mihi sanctuariũ. Uade ad sponsaꝫ incarnationis filij mei nundũ thalamum natiuitatis eius. Loq̃re in aures rationales archana. Prepara mihi auris introitũ: sed ne conturbes nec terreas virginis animũ vehemẽter sanctuariũ appara. primã mei vocẽ gaudij ꝓclama. Tu dicito virgini marie. Aue gratia plena. vt miserear ego malignitati eue. Audiuit angelus hec ꝛ intra se cogitabat dicens. Stupendũ est hoc miraculuꝫ: ꝛ oĩs cõscientie precellit sensum. qui in cherubin terribilis est: ꝛ in seraphin inuisibilis: ꝛ in omibus virtutibus angelicis incõprehẽsibilis: puelle sui habitaculi presentiã repromittit. ꝛ qui euã cõdemnauit eius familiaꝫ glorificare in tantum cogitur: vt dicat preparari sibi per aurẽ ingressum. ꝛ potest venterus capere eũ qui nõ capitur. Hec ꝛ huiuscemodi angelo cogitante ait ad eum dñs. Quid turbaris ꝛ miraris o gabriel? Nũq̃d non prius a me missus es ad Zachariã sacerdotẽ: ꝛ natiuitatẽ Johãnis ei nũciasti? Nõne pro incredulitate sñiam ei silentij ꝓtulisti? Nũquid non condemnasti senẽ sine voce eũ esse faciens? Nunquid non decreuisti ego aũt confirmaui? Nunquid nõ nũciationis tue effectũ prosecutus est? Nunquid non effugata sterilitate concepit sterilis ꝛ nature vacatio aufugit? Nunquid nõ tunc est seges illa fertilis facta que iam arebat? Nũq̃d impossibile est apud me q̃cq̃ꝫ q̃ creaui omnia verbo? Cur ergo ambigis? Ad hec angelũ respõdentẽ audiamus. Domine inquit sanare culpas nature: dissoluere passionũ languorẽ: defunctionẽ artus ad vitalem reuocare virtutem: imparare nature procurationis filiorum effectum: soluere sterilitatem ꝛ vetustissimorum membrorũ vetustam ariditatẽ in viriditatis reformare statum. sterilisq̃ꝫ aruo manipulorum repente ostendere partuꝫ: opus existit tue virtutis q̊ð ex more perficitur. Testis est Sarra. ꝛ postillam Rebecca. ꝛ iterum Anna q̃ miserie ꝛ sterilitatis simul seruiẽtes a te libertatem acceperunt. virginem autem parere que de viro genitura non est: superat omnem legum naturam. ꝛ tuaꝫ quomodo puelle annunciabo presentiam? Te eniꝫ celi ꝛ terre non capiũt fines: ꝛ quomodo vte

mus capiet virginalis? Aut quomodo ferret maria ignē deitatis me sedis? Et dominus ait. Si lesit ignis presentia in solitudine rubū: ledet vtiqꝫ ⁊ mariā mea presentia. Si vero ignis ille qui figurauit diuini mei ignis e celo aduentū. inflammabat quidē rubū. non aūt cōburebat. quod vtiqꝫ dices de veritate. non in ignis flamma: sed in specie pluuie descendente. Concionāte deo mirantur sedes: stupēt throni: potestates oēs et diuini exercitus silent. Pater nihilominus curis nuptialibus occupatus instat votis. Vade inquit gabriel ⁊ celeri raptu nostra iussa perfice: ethereas rūpe sedes: atqꝫ antiquū pro seculo consiliūꝫ virgini nostre refer marie. Hec incolit menia parua nazareth. Angusta quidē illi domus: sed celi palatia patent. Cui ego vnicū meū quo alter charior nemo est. ⁊ vt plenius dicā alterum me donare volo ⁊ vt sit illa mater cui sum ego pater. Ac ne dubitet fiēda que mando spiritus implebit aluū: viscera celestis aura fouebit. Erit illa sine marito mr̄: cui sum ego sine coniuge pater. Sic mundo succurrere volo: tibi inquit hec munera dono. Iā non dicatur viuentiū mater eua: sed maria det accipietqꝫ fidē: ⁊ arras illi celesti munere dabis. sed regna promitte: ipsius erit totū cuius filius possidet celū. Hec ergo cuncto celitus audiente senatu: Pater gabrieli mandata dabat. Sꝫ ille fulmineos obtutus atqꝫ ora tonātia pauens. archanis parat parere tremefactus imperiis: moxqꝫ volatu rapido secat axem astriferuꝫ nubesqꝫ profundas celer adit. Ipse per medios celi sinus: flammineos artus vibrans: ignito aere fertur donec extrema in tecta radiās magno lumine coruscās intraret. Hec augustinus. Et sic pꝫ quō fiet istud tā altū sacramētū dn̄ice īcarnatōis āgelorꝫ misterio

Tertio fiet istud tam altum sacrm̄ dn̄ice incarnatiōis virginis obsequio. Unde Aug. in quodā sermone introducit beatā virginē sic loquentē. Eram inquit maria ī domo mea puella iudea: ex semine Dauid regis generata. Adulta facta sum ⁊ desponsata. Desponsata sum coniugi ⁊ placui alteri non interueniente adulterio: sed intercedēte spiritusancto. Desponsata suꝫ homini iudeo: ⁊ placui homini deo. Desponsauit me vir iudeus: ⁊ amauit me xp̄s de⁹. Ignorauit q̄dē ioseph spōsus me⁹ ꝙ me adamasset deus me⁹: ⁊ putauit ꝙ de adulterio impḡnat⁹ esset venter me⁹. Namqꝫ ignorante ioseph sponso meo venit ad me quidā magn⁹ xp̄i paranimphus: nō patriarcha prim⁹ aut pp̄heta egregi⁹. Sed gabriel archangelus: facie rutilās: veste coruscās ingressu mirabilis: aspectu terribilis: ⁊ visitauit me. Hec ille. Beata virgo in domo cōsistens erat associata duodecim puellis virtuosis q̄ notanꝰ in euangelio hodierno instruētes eā in tā alto sacro. Prīa fuit dn̄a secreta: que instruebat beatā virginē vt meditareꝰ ea q̄ ꝯtinebanꝰ in illo ps̄. Bn̄dixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatem iacob. Remisisti ⁊c. Mitigasti ⁊c. Conuerte nos ⁊c. Nunq̄d ineternū ⁊c. De⁹ tu conuersus ⁊c. Ostende nobis dn̄e ⁊c. Et ait dn̄a secreta. O si veniret angel⁹ gabriel q̄ secreta mysteria dei nob revelaret. Hic em̄ tria magna hꝫ officia. Prīo assistit an̄ deū. Luce. i. Ego sum angelus Gabriel qui assisto semper ante deū. Scd̄o est victor in preliis Unde Gabriel preliis prepositus est. Iō fortitudo dei interp̄taꝰ vt dicit glo. Dan̄. viii. Tertio reuelat secreta. Dan̄. viii. Gabriel fac istā ītelligere visionē. Cūqꝫ sic meditareꝰ ecce angel⁹ gabriel missus a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: pulsabat ad hostiū. Statimqꝫ dn̄a secreta cucurrit ad hostiuꝫ: nec subito aperuit: sed per speculaꝫ aspiciens ait. deo gratias. ⁊ angelus ait semper. Interrogauit dn̄a secreta. Pacificus ne ingressus tuus? Respondit angelus. Ego sum gabriel angelus missus nunciare totius mundi salutē deferens ade reuocationis conscriptū: missus ad animatū regis angelorꝫ palatiū preparare mūdū sponso thalamū: missus miles referans regis secretū: quod cognosciꝰ fide ⁊ non discussione quod deifice glorificatur ⁊ non inuestigatur. missus ad virginem desponsatā viro cui nomen erat ioseph de domo dauid ⁊ nomē virginis Maria. Beata virgo ait Audiā quid loquatur in me dominus de⁹: qm̄ loqueꝰ pacē in plebē suā. Et sup scōs suos ⁊c. vtqꝫ gl̄ia in terra nr̄a. Et tunc dn̄a secreta apuit hostiū. Scd̄a fuit dn̄a intelligentia: que instruebat beatam virginem vt peteret intellectum eorꝫ que legebat. vnde ipsa dicebat. Da mihi ītellectū ⁊ scrutabor legem tuam. Qm̄ declaratio sermonū tuorū illuminat: ⁊ intellectū dat puulis. Et subito angelus ingressus ad eā dixit. Aue gr̄a

plena dñs tecū: benedicta tu in mulierib⁹. Aue sponsa dei genitrix īmaculata. aue aīatum templū dei. aue sacrariū spiritussancti. dñs tecū in corde: dñs tecū in vtero: dñs tecū in auxilio. Tertia fuit dña erubescētia que instruxit beatā virginē ne statim rñderet. ideo cū audisset turbata est in sermone ei⁹ ꝛ cogitabat qualis essꝫ ista salutatio. qꝛ pudicicia hꝫ verecūdiā honestatis. Turbata est in introitu angeli cogitans ꝙ sic benedixerit ei que modestū retinens apud se ꝑpositi sancti silentiū ꝛ incognitū hñs viri se colloquiū. Stupet angelo salutāte: sibiqꝫ talit̄ bñdicēte: nō tñ ē ausa ꝓuenire loquentem. Turbata est eñ non turbatione impatientie: sed verecūdie ꝛ pauoris ꝛ admirationis ꝓpter īmēsitatē luminis. qꝛ expauescit virgo de lumine ꝓpter nouā ꝛ insolitaꝫ salutationē. Quarta fuit dña taciturnitas que instruebat beatā virgineꝫ vt cogitaret intra se altitudinē ꝯsilij diuini super salute generis humani. O annunciatio mirifica. O salutatio ꝑegrina plenitudinis copiam portans ꝛ virgineū corpus illustrās. preueniens itaqꝫ iudicē: preco tā preclar⁹ ꝛ mirificus festinus prepat vt in pretorio virginitatis suscipi possit de⁹ maiestatis. Cogitabat nāqꝫ beata virgo qualis essꝫ ista salutatio: quia de plenitudine ipius debebāt accipe vniuersi captiui redēptionē. tristes ꝯsolatiōeꝫ. peccatores veniā. iusti grām. angeli letitiā. demiqꝫ tota trinitas gl'iam. fili⁹ dei carnis humane substantiā. Quinta fuit dña timorosa: q̄ instruebat beatā virginē ne cito assentiret his verbis. Salutat angelus puellam viri salutatiōis ignarā. terret̄ virgo nouitate verboꝝ. ad quā āgel⁹. Ne timeas maria. Ne inq̄t aspectu meo mater dñi mei terrearis. Ego ꝯceptionis tue minister adueni: non vt virginitatē amittas interueni. Ipse me misit ad te qui est nascitur⁹ ex te. Ideo dicit dña timorosa. Hic est bon⁹ angel⁹ confortās ꝛ letificās. Sexta fuit dña hōestas: que instruebat beatā virginē vt staret cuꝫ oculis depressis ad terrā ꝛ cū multa modestia. Tanta eniꝫ fuit honestas ei⁹ vt nemo vnqꝫ tēptationē vllā carnis de ea habuerit. Nihil eñ in maria tortuꝫ in oculis: nihil in verbis procax: nihil in actu inuerecūdū: nō gestus fractior: nō incessus solutior: nō vox petulātior. Ne timeas maria neqꝫ expauescas virgo ꝑtū: neqꝫ metuas neqꝫ formides multū interpta: tñ crede ꝛ cōcepisti. tantū ꝛ peperisti. Qm̄ inuenisti grām apud deum. Quā gratiaꝫ? Dei ꝛ hoīm pacē: mortis destructionē: vite repationē. Concipies eñ ꝛ paries filium: non cuiuslibet meriti hoīem sed totius secli saluatorē. Recole maria in libro Esaye ꝓphete virginē quā pariturāꝫ legisti ꝛ gaude ꝛ exulta: qꝛ tu esse meruisti tu ibi ꝑfigurata es virgo. Ecce tu in vtero ꝯcipies: nō de viro: ſ de spiritu sancto. grauida eris ꝛ incorrupta manebis. Paries quidem filiū: ꝛ virginitatis non patieris detrimentū. efficieris grauida: ꝛ eris mater semper intacta. Septima fuit dña prudentia q̄ instruebat beatā virginē vt sic prudēter responsionē temperaret ꝙ hoc fieri posse non dubitaret: ſ de modo fiēdi interrogaret. ideo ipsa ait. Quō fiet istud: qm̄ virū nō cognosco? habebo filiū ꝛ nescio virū. portabo fetū que fugio partū. Quō vacuo vtero generabo? vnde prebebo lac labijs infantis sugere postulātis? Octaua fuit dña virginitas: q̄ instruebat beatā virginē vt qđ semel deo deuouerat ꝑpetuo obseruaret. ꝓpterea angelus ait. Noli expauescere: noli de tue virginitatis ꝑmanentia sollicitudineꝫ gerere. Intacta manebis: de ꝓle gaudebis: sine cōiunctione mortalis viri efficieris nutr⁹ altissimi. ꝓinde nō est qđ metuas: ſ inde est qđ gaudeas. Tūc eñ dolor sequeret̄ partum si ꝑcederet libido ꝯceptū. Nūc ꝯo spūssanctus supueniet in te: ꝛ virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. i. refrigerabit tibi sub vmbraculo spūssctī. ne in feruore ꝯcupiscētie torrearis. Erit in te ꝯceptio: ꝛ nō cōcupiscētie libido. Nō eñ erit estus vbi vmbrā faciet spūssanctus. Nona dña fuit obediētia: q̄ beatā virginē instruebat: tā grandi sacramēto assensum ꝑbere dicēs. O btā maria seculū oīne captiuū: tuū de ꝑcat assensum. Te de⁹ nuncio sue fidei assistere fecit. Noli morari virgo nūcio: festināter rñde verbū ꝛ suscipe filiū. Tunc maria sic salutata sic ꝯfortata sic de magnifica ꝓle letificata: sic de pudore certificata. Ecce statim surrexit: genua in terram fixit: terrā osculata fuit: oculos ad celū leuauit: brachia ad celuꝫ extendit. Et sic cū magno gaudio dixit. Ecce in quo notatur promptitudo obedientie. Decima fuit dña humilitas que instruebat beatam virgineꝫ vt de se non alta saperet dicens. O venerāda virginitas. O predicāda humilitas ab angelo mater domini appellaris: sed te ancillam domini ꝯfitearis: ideo ipsa ait. Ecce

ancilla dñi tanq̄ diceret. Paratū cor meuz deus: qr intactus pmanet vterus meꝰ. Respexit eñi hūilitatez ancille sue. Venit ergo mansuetꝰ implens celos: transiliens per humilem ad supbos: ⁊ celos non derelinquēs vt inflatos tumore superbie apposito humilitatis remedio mitis medicus ipe curaret. Venit eñi mansuetꝰ ⁊ mitis sedens sup nubem leuem. i. sup mariā humilē. Undecima fuit dña desiderosa: que instruebat beatam virginē: vt adimpleret desideriū sanctorum patrū dicentiū illō Esa. xlv. Rorate celi desuper: ⁊ nubes pluant iustū. aperiat terra ⁊ germinet saluatorē. Naz desideriū pauperum exaudiuit dñs: preparationē cordis eoruz audiuit auris tua. Ideo ipa ait. Fiat mihi. Duodecima fuit dña fidelis q̄ instruebat beatā ḿginem vt verbis angeli crederet. Vñ ipsa ait. Contingat mihi o gabriel archangele fm verbū tuū: veniat ad cubiculum suū: qui in sole posuit tabernaculū suū. Oriatur mihi ḿgini pmanēti sol iusticie: in cuiꝰ pennis eterna permanet sanctitas. cui perpetua castitate florescens mea pduret integritas. Egrediat sicut splendor iustus ⁊ saluator vt lampas accēdat. pcedat iam sponsus de thalamo suo: qr secura facta suz de pposito meo. Nec dū reuertit nunciꝰ: et virginalē thalamū ingreditur xp̄s. efficitur sub typo pregnans beata dei genitrix: ⁊ cuncta per secula p̄dicat. sine mora vt assensus ḿginis pandit: celestis sponsus immaculatum corpus ingredit: ⁊ qui toto mūdo non capitur puelle intacte mēbris infundit. Credidit monita qō audiuit: meruit sanctificata qō credidit. deniq̄ tm̄ se ad celi fastigia sublevauit. vt verbū apud deū in pncipio. i. dei filiū de summa celi arce susciperet. ⁊ sic ptz. Quomodo fiet istud tam altū sacramentū dñice incarnatiōis virginis arbitrio.

scandalũ crucis xpi hoĩs formatiõe. qui extenso corpe ꝛ brachijs gerit similitudinem crucis. Etiã in humorũ cõpositione. cuius sublimitas est sanguis. profundũ melencolia. dextrũ colera. sinistrũ fleugma. Etiã ĩ viriũ coaptatione: cui sublimitas est intellectus. pfundũ sensus: dextrũ irascibilis. sinistrũ concupiscibilis. Etiã in natiuitatis originatione: cuius sublimitas est nasci de matre sine patre. vt xp̃s profundũ est nasci de patre ꝛ matre. vt Abel ꝛ Caym. dexterũ nasci sine patre ꝛ sine matre. vt Adam sinistrum nasci de patre sine matre. vt Eua.

Quinto euacuatum est

scandalũ crucis xp̃i figurarũ verificatione. Nã mysteriũ crucis fuit figuratũ primo in ligno scientie boni ꝛ mali. qꝛ hoc genus mortis maxime cõueniens erat satisfactioni ꝓ peccato primi parentis. qd̕ fuit ex eo ꝙ contra mandatũ dei pomũ ligni vetiti sumpsit. ꝛ ideo ꝯueniens fuit ꝙ xp̃s ad satisfaciendũ pro peccato illo seipm pateretur ligno affigi quasi restituẽs ꝙ adã sustulerat ꝺm illud ps̃. que non rapui tunc exoluebã. Vñ Aug. dicit in quodã sermone de passione. Contempsit adã preceptũ accipiens ex arbore pomũ. Sed quicquid adã ꝑdidit xp̃s inuenit in cruce. Scd̕o in archa noe. vt eñ Aug. dicit in sermone de passione. Sicut de diluuio aquarũ humanũ genus archa lignea liberauit: sic crux xp̃i a diluuio pene infernalis. Tertio in virga moysi. Nã moyses mare diuisit virga ꝛ pharaonẽ prostrauit: ꝛ populũ dei redemit. Quarto in extẽsione manus moysi ꝯtra virgã ad subuersionẽ amalech. Nã vt amalech vinceretur contra virgã: moyses expãsis manibus extẽdit. Quinto in archa testamẽti. qm̃ lex dei archa creditur testamẽti in q̃ erat recondita. Sexto in altari olocaustorũ. qd̕ erat factũ de lignis in quo tamẽ sacrificia aĩaliũ offerebant vt hꝫ Exo. xxvi. Septio in palo serpẽtis. Jo. iij. Sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oꝫ filiũ hoĩs vt oĩs q̃ credit in ipm nõ pereat ꝫ habeat vitã eternã. Sup quo Criso. dicit. Exaltari audiẽs suspensionẽ intelligas in altũ vt sanctificaret aerẽ qui sanctificauerat terrã ambulãdo in ea. Octauo in virga lignea quã moyses in aquã misit: ꝛ amarã aquã in dulcedinẽ cõmutauit. ꝛ ex lignea virga de spiritali petra salutaris vnda ꝓfluxit. Nono in iacob qui cancellatis manibus in modũ crucis bñdixit filios ioseph. Decimo in ysaac q̃ portauit ligna ꝓ sui imolatiõe. Undecimo in naamã q̃ suspẽsus est in cruce. Hester. vi. Duodecimo in signo thau. vt habetur Exo. vij.

Sexto euacuatũ est scan

dalũ crucis xp̃i in xp̃i incarnatiõe. cuius sublimitas est qꝛ diuinitas assumpsit humanitatẽ in vnitate personali vt de natura corrupta ꝛ infirma assumeret qd̕ in tantã ꝟtutẽ ꝛ dignitatẽ erat ꝓmouendũ. profundũ est natura cũ defectibus aptis ad redemptionẽ. Ad hoc eñ filius dei carne assumpta venit in mũdum vt pro pctõ humani generis satisfaceret. Unus aũt pro peccato alterius satisfacit dũ penaꝫ peccato alterius debitã in seipm suscipit. Huius aũt defectus corporalis scilꝫ mors: fames: ꝛ sitis: ꝛ hmõi sunt pena peccati. quod est in mũdũ per adã introductũ. ꝺm illud Roma. v. Per vnũ hoĩem peccatũ intrauit in munduꝫ: ꝛ per pctm̃ mors. Ideo conueniens fuit ꝙ xp̃s huius panalitates in sua carne susciperet vice nostra. ꝺm illud Esa. liij: Uere languores nostros ipse tulit. Dextrũ est quia simul fuit viator ꝛ cõprehensor. Nã ante passionẽ ꝺm mentẽ plene videbat deũ. ꝛ sic habebat beatitudinẽ. q̃ztũ ad id quod est propriũ anime. sed q̃ntũ ad alia deerat ei beatitudo: quia ꝛ anima eius erat passibilis: ꝛ corpus passibile ꝛ mortale. Jere. xiiij. Quasi colonus futurus es in terra: ꝛ quasi viator declinans ad manẽdũ. ꝛ ideo simul erat comprehensor inquantũ habebat beatitudinẽ anime propriam: ꝛ simul viator inquantũ tendebat in beatitudinem ꝺm id quod ei de beatitudine deerat. Sinistrũ est vnitas indiuisibilis diuinitatis ꝛ humanitatis. Unde Damascenus dicit li. iij. Et si xp̃s mortuus est vt homo ꝛ sancta eius anima ab incontaminato diuisa ẽ corpe. Sed diuinitas inseparabilis ab vtrisqꝫ permansit ab anima dico ꝛ corpore.

Septimo mediatoris re

demptione euacuatum est scandalum crucis christi. Dicitur eniꝫ. i. Thimo. ij. Unus

est mediator dei ⁊ hominū homo christus iesus. Cuius sublimitas est ascensio ipsius in celum. Marc. vlti. Dominus quidem iesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris dei. ꝓfundū est descēsus ei⁹ in sepulchrū q̄tū ad corp⁹: ⁊ in lymbū q̄tū ad aīam. Math. xxvi. Mittēs hec mulier vnguentū hoc in corpus meū ad sepeliendū me fecit. Et ps̄. Tollite portas p̄ncipes vr̄as ⁊ eleuamini porte eternoles ⁊ introibit rex glie. Dextrū est resurrectio. Luce vlti. Oportebat xp̄m pati ⁊ resurgere a mortuis tertia die. Sinistrū est passio vsq̄ ad mortē. Unde Aug. lib. xiij de trini. dicit. Sanande nostre miserie ꝯueniētior mod⁹ ali⁹ non fuit q̄ p xp̄i passionem ⁊ mortem.

Octauo euacuatum est

scandalū crucis xp̄i virtutuz moderatione. Primo per crucē intellectualē. cui⁹ sublimitas est sapiē q̄ ꝯsiderat altissimas causas. vt dr̄. i. Metha. Uñ ꝯuenienter indicat ⁊ ordinat de oībus: q2 iudiciū pfectū ⁊ vl'e haberi non pōt nisi p resolutionē ad primas cās. ꝓfundū est scientia q̄ est de ꝯclusiōib⁹ demonstratis ex p̄ncipijs. dextrū est intellectus q̄ est habit⁹ principioꝝ bm̄ se ꝯsideratoꝝ. Sinistrū est ꝯsiliū qd̄ pficit rōnez practicā. Scd̄o p crucē moralē. cuius sublimitas est prudētia q̄ pficit rōnez. ꝓfundū est tpantia q̄ pficit cōcupiscibilitatē. dextrū est iusticia q̄ pficit volūtatē. sinistrū est fortitudo q̄ pficit irascibilitatez. Tertio p crucem transformalē p quā hō supra rōnem extollitur. cui⁹ sublimitas est virt⁹ exēplaris per quā hō ad diuina se trahit q̄tū pōt. Mat. v. Estote perfecti sicut pat' vr̄ celestis perfectus est. Profundū est virt⁹ politica p quā viri boni reipublice ꝯsulūt: vrbesq̄ tuētur. Dextrū est virt⁹ purgati animi q̄ terrenas cupiditates nō reprimit: s3 penit⁹ obliuiscit ⁊ possessiones nō vincit: s3 penit⁹ ignorat. sinistrū est virt⁹ purgatoria q̄ quadā humanoꝝ fuga solū se ingerit diuinis. Uñ Aug. dicit li. xix. de ci. dei q̄ ociū sanctū q̄rit charitas veritatis: negociū iustū suscipit necessitas charitatis. quā sarcinā si nullus īponit ꝑcipiēde atq̄ intuēde vacandū est veritati. si aūt imponit suscipiēda est ꝓpter charitatis necessitatē. Quarto p crucē doctrinalē cui⁹ sublimitas ē spes q̄ ē ad caput crucifixi: q2 bm̄ spantiū supna expectatio est. ꝓfundū est gratuita gr̄a q̄ merēti occulte a deo infunditur. Dextrū est bona opa. sinistrū est perseuerātia in bono opere. vt Aug. dicit libro de gratia veteris testamenti.

Nono euacuatū est scan

dalū crucis xp̄i pctōꝝ recōciliatiōe. Primo p crucē vnitiuā. cui⁹ sublimitas est repatio ruine angelice. Col. i. Pacificās p sanguinē cruc ei⁹ siue q̄ in celis siue q̄ in terris sūt. Profundū est liberatio sctōꝝ patrū de lymbo. Zach. ix. Tu quoq̄ in sanguine testi tui emisisti vinctos de lacu in quo nō erat aq̄. dextrū est vocatio vtriusq̄ ppli. s. iudayci ⁊ gētilis. Criso. em̄ dicit q̄ xp̄s in cruce expāsis manib⁹ morit' vt altera manu veterem ppl'm: altera eos q̄ ī gētib⁹ sunt trahat. sinistrū est ꝯtinuatio redempti ppl'i. Joh. xvij. Pr̄ scte serue eos in noīe tuo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut ⁊ nos. Scd̄o per crucem iustificatiuā. s. pnīe. cui⁹ sublimitas est amor dei quē offendisti. ꝓfundū ē dolor p gr̄a quā amasti. dext. ū est timor mortis ad quā curris. sinistrū est horror pene ad quā trāscurris. Tertio p crucē mortificatiuam cui⁹ sublimitas est mortificatio ꝓprie volūtatis. Gal. ij. Uiuo ego iā non ego s3 viuit in me xp̄s. ꝓfundū im mortificatio carnis. Gal. v. Qui aūt sunt xp̄i carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ concupiscētijs. dextrū est mortificatio in mūdanis. Gal. vlti. Mihi mūdus crucifix⁹ est ⁊ ego mūdo. sinistrū ē mortificatio in naturolib⁹. Apl's. Mihi viuere xp̄s est ⁊ mori lucrū. Quarto p crucē gratificatiuā. sc3 p iustificationē impij. cui⁹ sublimitas est gratie infusio. ꝓfundū est remissio culpe. dextrū est motus liberi arbitrij in deū ip̄m sequēdo. sinistrū est mot⁹ liberi arbitrij in pctm̄ ip̄m detestādo. ps̄. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dn̄o ⁊c.

Decimo euacuatum est

scandalū crucis sp̄uali innouatiōe. Primo p crucē originatiuā. cui⁹ sublimitas est natiuitas sp̄ualis. Joh. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊ sp̄ū sctō nō pōt introire in regnū dei. Profundū est natiuitas corpalis. Joh. iij. Nūq̄d pōt hō iterato introire in ventrē matris sue ⁊ renasci. dextrū est natiuitas ex matrimonio. Gen̄. ij. Crescite ⁊ multiplicamini. sinistruz est natiuitas ex adulterio. bi mōi fuerunt in patribus vñ est genealogia xp̄i. Math. i. Scd̄o p crucē pegrinatiuā. cuius sublimitas est posse nō peccare. s. in statu in

nocentie. pfundū est nō posse. s. sub origina li. dextrū ē nō posse peccare. s. in statu glie. si nistrū ē posse peccare. s. in statu gre. vt decla rat mgr lib xi. sniarum. Tertio per crucē re stauratiuā cui⁹ sublimitas ē diuina inspira tio. Apoc. iij. Ego sto ad hostiū ⁊ pulso. Et ps. Audiā qd loquat in me dns de⁹ meus. pfundū est ɔtritio cordis. Joel. ij. Scindi te corda vra ⁊ ɔuertimi ad dnm deū vrz ⁊c. dextrū est ɔfessio oris. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū pctā vra ⁊ orate p inuicē vt salue mini. Sinistrū est satisfactio opis. Lu. xix. Si qd aliquē defraudaui reddo q̄druplū. Quarto p crucē defectiuā. cui⁹ sublimitas ē amor dei. pfundū est amor pximi dextrum est amor sui. sinistrum est amor inimici.

Undecimo euacuatū est

scandalū crucis xpi aīe beatificatiōe. cuius sublimitas ē clara ⁊ meridiana visio dei in patria. Jo. iij. Scim⁹ qm cū appuerit siles ei erim⁹ ⁊ videbim⁹ eū sicuti est. deorsum est visio vespertina rerū in pprio gnē. dextruz ē cōprehensio. i. Cor. ix. Sic currite vt cōpre hendatis. sinistrum est sempiterna fruitio ⁊ delectatio. ps. Delectationes in dextera tua vsqz in finem.

Duodecimo euacuatum

est scandalū crucis xpi corpis glorificatio ne. cui⁹ sublimitas est claritas. pfundū est agilitas. dextrū est impassibilitas. sinistruz est subtilitas. q sunt qttuor dotes corporis glorificati in resurrectione. Lignū aūt cruc xpi lz diu sub terra latuerit. tn̄ hodie clarū splendescit ppr mlta. Prio qz regina saba illud puidit. Scdo qz xps suo cruore illud decorauit. Tertio qz cōstātino in celo ostēsuz fuit. Quarto qz helena illud repiens orna uit. qz reptor p martyrij palmā triūphauit Sexto qz fidelis p hoc signū dyabolū effu gauit hec oīa paret ī legēda hui⁹ diei. Et sic pz quō p inuentionē cruc xpi euacuatū est scandalū ei⁹. hic p grām: tādē p gliaz. amē.

In festo corone domini Sermo. xxxi.

Exiuit iesus portās

e corōnā. Jo. xix. ⁊ in euāgelio p sentis solēnitat. Apls ad Col. ij. dic sic. Estis ī illo repleti q est caput oīs pncipat⁹ ⁊ ptāt. Sup q moueo talē qōnez. Utrū xps q electos ī glia celesti coronat sit caput ecclie p grāz q ipaz decorat. Ad istā qōnem rn̄det duo doctores noui testi. Pri m⁹ ē btūs paul⁹ Eph. i. dicēs sic. Oia subie cisti sub pedib⁹ ei⁹. ⁊ ipm dedit caput supra oēm eccliaz q ē corp⁹ ipi⁹ ⁊ plenitudo ipi⁹. qz oia in oib⁹ adimpleuit. Scds ē scus Tho. iij. pte. q. viij. art. i. dicēs sic. Sic tota ecclia dr vnū corp⁹ mysticū p silitudinē ad corp⁹ naturale hois sm q diusa mēbra hūt diuī sos act⁹. vt apls dic. Rom. xij. ⁊ i. Cor. xi. Ita xps dr caput ecclie sm silitudinē hūa ni capit. i q tria possum⁹ ɔsiderare. s. ordinē pfectiōez ⁊ ɔtutē. Ordinē: qz caput ē pria ps hois īcipiēdo a supiori. Et inde ē q oē pncipiū ɔsueuit vocari caput. sm illō Jez. ij. Ad omē caput me posuisti lupanar tibi. Perfectiōez āt: qz ī capite vigēt oēs sensus ⁊ interiores ⁊ exteriores. cū in ceteris mē bris sit sol⁹ tact⁹. ⁊ inde ē qō dr Esa. xi. Se nex ⁊ honorabil ipse ē caput. Uirtutē ɔo: qz virt⁹ ⁊ mot⁹ ceteroꝝ mēbroꝝ ⁊ guberna tio coꝝ ī suis actib⁹ ē a capite ppr vim sen sitiuā ⁊ motiuā ibi dn̄antez. vn̄ ⁊ rector dr caput ppli. sm illō. i. Reg. xiij. Cū eēs puu lus i ecclijs tuis caput ī tribub⁹ isrl fact⁹ es Hec aūt tria cōpetūt xpo spūalr. Prio em sm ppinqtatē ad deū grā xpi altior ⁊ prior ē. ⁊ si nō tpe: tn̄ dignitate. qz oēs alij accepe rūt grām p respectū ad grām ipi⁹. sm illud Rom. viij. Quos pscinit hos ⁊ pdestina uit ɔformes fieri ymagini filij sui vt sit ipe pgenit⁹ in mult frib⁹. Scdo ɔo pfectionē hz qtū ad pleītudinē oīm grārū. sm illud Jo. i. Uidim⁹ eū plenū grē ⁊ ɔitat. Tertio ɔtutē hūit influēdi grāz ī oīa mēbra ecclie sm illō Jo. i. De pleītudie ei⁹ oēs accepim⁹ Sciēdū q oēs electi veluti capilli sūt ī xpo radicati p etnā pdestiarōez. Vn̄ dr Apoc. i. In medio septē cādelabroꝝ aureoꝝ vidi silem filio hoīs. Caput āt ei⁹ ⁊ capilli erāt cādidi velut lana alba ⁊ tāqz nix. Predesti natio ei pōt ɔsiderari duplr. Uno mō sm ipz actū pdestiant. ⁊ sic pdestiatio xpi nō ē cā nec exēplar pdestiatiōis scōꝝ. cū vno ⁊ eodē actu eterno pdestinauerit de⁹ xpm ⁊ electos. Alio mō pōt ɔsiderari pdestiatio sm terminū ⁊ effectū pdestinatiōis. ⁊ sm hoc pdestinatio xpi est cā ⁊ exēplar nre p destinationis. ⁊ hoc duplr. Prio quātū ad bonū ad qō pdestinamur xpus em pdesti nat⁹ ē ad hoc q eēt dei fili⁹ naturalis. Nos aūt pdestinamur ad filiationē adoptōis q est quedā pticipata silitudo filiatiōis natu ralis. Rom. i. Quos pscinit hos ⁊ pdesti nauit ɔformes fieri ymagīs filij ei⁹. ⁊ Jo. i.

dedit eis p̄tātē filios dei fieri. Scḋo q̄tū ad modū ꝯsequendi istud bonū qḋ ē ꝑ grām vt ꝑ iesum xp̄m cōpleret. Sub p̄destinatione eñ eterna cadit nō solū id qḋ fiendum in tp̄e: s; etiā mod⁹ ⁊ ordo ſm quē cōpled⁹ est in tp̄e. Un̄ si xp̄s nō fuiss; incarnād⁹ deus p̄ordinasset hoīes saluari ꝑ aliā cām. S; q̄r p̄ordinauit incarnationē xp̄i simul cum hoc p̄ordinauit vt esset cā nr̄e salutis. Dicit eñ Aug. lib. de p̄destinatione sctōꝝ. Est p̄clarissimū lumen p̄destinatiōis ⁊ grē ipse saluator: ipse mediator dei ⁊ hoīm hō xp̄s iesus. Et Eph. i. dicit̄. Predestinauit nos in adoptionē filioꝝ ꝑ iesum xp̄m. Et sicut apud deū cognit⁹ est numer⁹ electoꝝ sicut dicit Aug. lib. de correctione ⁊ grā ꝙ cert⁹ est p̄destinatoꝝ numer⁹ qui nec augeri pōt nec minui. sic xp̄s tanq̄ caput ecclie h; noticiā oīm saluādoꝝ in merito sue passionis. Un̄ glo sup illud Apoc. v. Dignus est agn⁹ qui occisus est accipe diuinitatē ⁊ sciā; dicit. i. animū ⁊ cognitionē q̄r ad xp̄m ⁊ ad ei⁹ dignitatē spectāt quodā mō oīa in q̄tū subiecta sunt ei oīa. Ipe eñ est oīm iudex ꝯstitut⁹ a deo q̄r fili⁹ hoīs est. vt dicitur Joh. v. Et Joh. iij. dicit̄. Ipe eñ sciebat q̄d esset in hoīe. Et Mathei. x. Capilli capitis vestri oēs nūerati sunt. Circa electos autē considerant̄ q̄ttuor. Primo q̄r sicut capilli qñq; radicant̄ in capite ⁊ qñq; decidūt: sic quidā radicont̄ in xp̄o ꝑ grām ꝑseueraturi ⁊ quidā nō ꝑseueraturi. Est eñ liber vite ꝯscriptio ordinatoꝝ in vitā eternā ad quā ordinat̄ aliq̄s ex duob⁹. s. ex p̄destinatione diuina. ⁊ hec ordinatio nunq̄ deficiet. ⁊ ex grā. Quicūq; eñ h; grāz ex hoc ipo dign⁹ est vita eterno. ⁊ hec ordinatio deficit inter du;. q̄r aliq̄ ordinati sunt ex grā habita ad habendū vitā eternā ex p̄destiōe diuina. a quo tñ deficiūt ꝑ pctm̄ mortale sequēs. ps. Deleant̄ de libro viuētiū ⁊ cū iustis nō scribant̄. De ꝑseuerantib⁹ aūt dr̄ Luc. xij. Capill⁹ de capite vr̄o nō ꝑibit. Scḋo q̄r sic capilli qñq; lauātur ab eo cui⁹ sunt: qñq; ab alio sic electi qñq; lauant̄ a xp̄o ꝑ ꝓprium sanguinē. Apoc. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in sanguie suo. Et qñq; p̄cibus sctōrum. Nā Gen. xxv. dr̄ ꝙ ysaac rogauit deū ꝓ Rebecca vxore sua: ⁊ dedit ꝯceptum rebecce. Ex illo aūt ꝯceptu nat⁹ est iacob q̄ fuit p̄destinat⁹. Nō fuisset aūt impleta predestinatio si nat⁹ nō fuisset. Un̄ p̄destinatis conandū est ad orandū ⁊ bn̄ opandu; q̄r ꝑ ista p̄destinatiōis effect⁹ certitudinaliter implet̄. ꝓpter qḋ dicit̄. ij. Pet. i. Satagite vt ꝑ bona opa certā vestrā vocationē ⁊ electionē faciatis. Tertio q̄r sic Absalon ꝑ capillos fuit suspensus in ligno. ij. Reg. xviij. Sic xp̄s fuit suspensus in cruce ꝓpter electos. Per hoc eñ hō cognoscit q̄ntū de⁹ diligat hoīem. ⁊ ꝑ hoc ꝓuocat̄ ad diligendū ipm̄ in quo ꝑfectio humane salutis cōsistit. Un̄ apl's dicit Roma. v. Cōmendat de⁹ suā charitatē in nobis. qm̄ cū inimici essemus: xp̄s ꝑ nobis mortu⁹ est. Quarto q̄r Abacuch fuit portat⁹ ꝑ capillos in babylonem in lacū. Dan. xiiij. Sic xp̄s descendit ꝓpter dilectos ad inferos. Eph. iiij. ꝙ autem ascendit quid est nisi q̄r descendit primū in inferiores partes terre. glo. i. ad iferos. Et Zach. ix. Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Ideo dicitur Dan. vij. Capilli capitis eius velut lana munda. Et his modis exiuit christus portans coronam.

Exiuit iesus portans coronam
- Sanctificationis.
- Glorificationis.
- Redemptionis.
- Exaltationis.
- Adorationis.
- Retributionis.
- Premiationis.

Primo exiuit iesus portans coronā sanctificatiōis. Nā sanctificari est aliq̄d fieri sanctū. Fit aūt aliquid non solū ex cōtrario: sed etiā ex negante vel priuante opposito. sic albū fit ex nigro ⁊ etiā; ex non albo. Nos aūt ex peccatorib⁹ sancti efficimur ⁊ ita sanctificatio nostra ē ex peccato. i. Cor. vi. ⁊ hoc qḋ fuistis aliqñ. s. peccatores: sed abluti estis sed sctīficati estis. Sed xp̄s quidē ſm hoīem factus est sctūs q̄r hanc gratie sanctitatē non semꝑ habuit non tñ factus est sctūs ex peccatore. q̄r peccatū nunq̄ habuit. Sed fact⁹ est sanct⁹ ex non sancto ſm hoīem. nō quidē priuatiue vt scilicet aliquando fuerit homo ⁊ nō fuerit sanctus. sed negatiue: quia scilicet quando non fuit homo non habuit sanctitatem humanam, ⁊ ideo simul factus fuit homo ⁊ sanctus homo. propter quod dicit angelus Luce. i. Quod nascetur ex te sanctum. Quod exponens Greg. xviij. moral. dicit. Ad distinctiōe; nostre sanctitatis. ⁊ sic san

ctus nasciturus asseritur. Nos quippe si san
cti efficimur nō tamē nascimur: qꝛ ipa natu
re corruptibilis conditiōe cōstringimur. Il
le autē solus veraciter nat⁹ est sanct⁹: qui ex
cōiunctiōe carnalis copule ꝯcept⁹ nō est. Et
Joh. x. Quē pater scificauit ⁊ misit in mun
dum. Et sicut ꝑ verbuz dei oīa facta sunt: ita
ꝑ verbū incarnatū sunt oēs hoies sanctifi
cati q̄ sanctificant̄. Heb. ij. Qui sanctificat
⁊ q̄ sanctificant̄ ex vno oēs. Est aūt duplex
sanctificatio. Una quidē adultoꝝ: qui ꝑm ꝓ
prium actū sanctificant̄. Alia autē pueroꝝ
qui nō sanctificant̄ ꝑm ꝓpriū actū fidei: sed
ꝑm fidē ecclesie vel parentū. Prima aūt san
ctificatio est ꝑfectior secūda: sicut actus est
ꝑfectior q̄ habit⁹. ⁊ qd̄ est per se eo qd̄ est ꝑ
aliud. Sanctificatio vero xp̄i fuit perfectis
sima: qꝛ sic sanctificat⁹ est vt esset aliaꝝ san
ctificatoꝛ dupliciter. Primo quidē per eius
passionē. Heb. vlti. Xp̄s vt sanctificaret per
suū sanguinē populū: extra portā passus ē.
Secundo per baptismum Johānis. iij. Ni
si quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spū scō ⁊c. qꝛ
gr̄a collata est aie xp̄i: sicut cuidā vniuersali
ꝓncipio gratificatiōis in hūana natura. ꝑm
illd̄ Eph. i. Gratificauit nos in dilecto filio
suo. Et sic exiuit iesus portans coronā san
ctificatiōis nostre. Ideo dr̄ Eccli. xxxij. Or
namentū gr̄e accipias coronā.

Secundo exiuit iesus por

tans coronā glorificatiōis. ps. Gloria ⁊ ho
nore coronasti eū: ⁊ ꝯstituisti eū suꝑ opera
manuū tuarū. Oīa subiecisti sub pedi. ei⁹ ⁊c̄.
Nam xp̄o collata est maior gloria q̄ ade p̄
mo homini in statu innocētie. vt pꝫ ex p̄ui
legijs vtriusqꝫ q̄ fuerūt duodecim ⁊c̄. Pri
mū fuit formatiōis. Dicitur enī. i. Coꝛ. xv.
Prim⁹ hō de terra terren⁹. Secūdus de ce
lo celestis. Xp̄s enī dr̄ de celo descendisse du
pliciter. Uno modo rōne diuine nature. nō
ita q̄ diuina natura esse in celo defierit. sed
qꝛ in infimis nouo modo esse cepit. scilꝫ ꝑm
naturā assumptam. ꝑm illud Joh. iij. Nemo
ascendit in celū nisi q̄ descēdit de celo filius
hoīs q̄ est in celo. Alio modo rōne corpis:
nō qꝛ ipm corp⁹ xp̄i ꝑm suā substantiā de ce
lo descēderit. Sed qꝛ ꝟtute celesti. i. spū scī
est ei⁹ corp⁹ formatū. Un̄ Aug. dic̄ ad Oro
sium exponēs auctoritatē inductā dic̄. Cele
stem dico xp̄m qꝛ nō ex hūano cōcept⁹ est
semine. Et hoc modo etiaꝫ Hilari⁹ exponit
li. de trini. Adam ergo fuit de terra terren⁹
xp̄s aūt de celo celestis. Secundū fuit im
pletionis. Naꝫ incarnatōis misteriū est pri
mo homi reuelatū. vt pꝫ ꝑ hoc qd̄ dixit. hoc
nūc os ex ossib⁹ meis ⁊c̄. qd̄ apl's dicit esse
magnū sacramentū in xp̄o ⁊ in ecclia. vt pꝫ
Eph. v. Sed ꝑ iesum xp̄m est impletū. Un̄
Aug. dic̄ in lib. de ꝟbis dn̄i expōnes illd̄ qd̄
habet̄ Luce. xix. Uenit fili⁹ hoīs querere ⁊
saluare qd̄ perierat. Si hō nō peccasset fili⁹
hoīs nō venisset. Et. i. Thim. i. suꝑ illd̄ ꝟbū
xp̄s venit in hūc mūduꝫ peccatores saluos
facere. dic̄ glo. Nulla causa fuit veniēdi xp̄o
dn̄o nisi peccatores saluos facere: tolle mor
bos: tolle vulnera ⁊ nulla ē causa medicine
Tertiū fuit visionis. Nam p̄mus hō vidit
deū vt viatoꝛ in enigmate. Homo enī in pa
radiso fuit beat⁹: nō illa ꝑfecta beatitudine
in quā trāsferēdus erat. q̄ in diuine essentie
visione ꝯsistit: habebat tn̄ perfectā vitā ꝑm
quendā modū incōptū habebat integritateꝫ
⁊ ꝑfectionē quandā naturalē. vt dic̄ Aug.
xi. suꝑ Gen̄. ad lrām. Un̄ dr̄. i. Coꝛ. xv. Nō
prius qd̄ spūale est: ſꝫ qd̄ aīale est. Xp̄s aūt
vidit deū vt viatoꝛ ⁊ cōprehensoꝛ sine enig
mate. qꝛ diuine essentie visio cōuenit omib⁹
beatis ꝑm participationē luminis deriuati
ad eos a fonte verbi dei. ꝑm illud Eccli. v.
Fons sapiētie ꝟbū dei in excelsis. Huic au
tem ꝟbo dei ꝓpinqui⁹ cōiungit̄ aīa xp̄i que
est vnita ꝟbo in ꝑsona q̄ queuis alia crea
tura. ⁊ ideo pleni⁹ recipit influentiā luminis
in quo de⁹ videt̄ ab ipo verbo q̄ quecunqꝫ
alia creatura. ⁊ ideo pre ceteris creaturis per
fectius videt ipam p̄mā veritatē q̄ est diui
na essentia. Joh. i. Uidim⁹ gloriā ei⁹ quasi
vnigeniti a patre plenū nō solū gr̄e ſꝫ etiam
ꝟitatis. Et Eph. i. De⁹ cōstituit eū scꝫ xp̄m
in celestib⁹ suꝑ oēm p̄ncipatū ⁊ ptāte ⁊ vir
tutē ⁊ dn̄ationē: ⁊ suꝑ oē nomē qd̄ noiatur
nō solū in hoc seculo ſꝫ etiā i futuro. Quar
tum fuit cognitiōis. Nam p̄m⁹ hō de reb⁹ na
turalib⁹ ⁊ suꝑnaturalib⁹ tm̄ cognouit q̄tuꝫ
erat necessariū ad gubernatōnē vite hūane
ꝑm statū innocētie. Alia ꝟo q̄ nec naturali
hoīs studia cognosci p̄nt: nec sunt necessa
ria ad gubernationē vite hūane. p̄m⁹ homo
nō cognouit sicut sunt cogitatōes hoīm. fu
tura contingentia: ⁊ quedā singularia puta
quot lapides iacent in flumine ⁊ hmōi. xp̄s
aūt cognouit omīa ꝑm statū diuinū. qꝛ aīa
xp̄i cognoscit totā suā potentiā ⁊ oīa in que
pōt. pōt aūt in emūdationē infinitoꝝ pecca
toꝝ. ꝑm illud. i. Joh. ij. Ipe est ꝓpiciatio ꝓ

peccatis nostris: nō aūt ꝓ nostris tm̄: ſ; etiā ꝓ totiꝰ mūdi. Ideo aīa xp̄i cognoſcit infinita: qꝛ oīa q̄ ſunt in potētia creature. Vñ cū in potentia creature ſint infinita: ꝑ hūc modum ſcit infinita. p̄ſertim cū ſit nobis datꝰ a deo in doctorē. ſm̄ illud Johel. ij. Letamini in dn̄o deo veſtro q̄ dedit vobis doctorē iuſticie. Quintū fuit p̄ſeruatiōis. Nā p̄mꝰ hō nō poterat decipi niſi petō precedentꝰ: qꝛ intellectꝰ nō poterat decipi ꝑ extimationē falſi. Vñ ⁊ ſeductio mulieris ⁊ ſi p̄ceſſerit peccatū opis. ſubſecuta eſt tm̄ pctm̄ interne electionis. dicit eñ Aug. xi. ſup Geñ. ad lrām ꝙ mulier verbis ſerpentis nō crederet niſi iam ineſſet menti eiꝰ amor ꝓprie poteſtatis ⁊ quedā de ſe ſupba p̄ſumptio. Xp̄s aūt nō potuit eſſe peccato ꝑuentꝰ. Joh. viij. Quis ex vobis vrguet me de peccato. Et. i. Pet. ij. Qui pctm̄ nō fecit nec dolus inuentꝰ eſt in ore eiꝰ. Sextū fuit damnatiōis. Nā p̄mꝰ hō habuit dominiū ſup oīa naturalia q̄ntū ad effectus naturales. Dicit eñ Geñ. i. de hoīe. Preſit piſcibꝰ maris ⁊ volatilibꝰ celi: ⁊ beſtijs terre. In alijs eñ aīalibꝰ inuenit ſm̄ extimationē naturalē. quedā participatio prudētie ad aliquos ꝑticulares actꝰ. In homine aūt vniuerſalis prudētia q̄ eſt recta rō oīm agibiliū. oē aūt qd̄ eſt per participationem ſubdit ei qd̄ eſt ꝑ eſſentiā. ⁊ hoc naturalit. Vñ eſt naturalis ſubiectio alioꝝ aīalium ad hoīem. Xp̄s aūt habuit dominiū ſuper oīa q̄ntū ad effectꝰ ſupnaturales. Nam aīa xp̄i ſm̄ qd̄ eſt inſtrumentū v̄bi dei ſibi vniti habuit inſtrumentalē v̄tutē ad omes īmutatiōes miraculoſas ordinabiles ad finem incarnatiōis q̄ eſt inſtaurare ſiue que in celis ſiue q̄ in terris ſunt. Math. vlti. Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Septimū fuit aſſimilationis. Nam adā nō aſſimilabat niſi ī duplici ſtatu hoīm. Nō eñ ꝑtinebat hoc ad originalē iuſticiā quā adam habuit in ſtatu innocētie: ꝙ aīa hoīs haberet v̄tutē tranſmutandi corpꝰ ꝓpriū in quācunq; formā: ſ; ꝙ poſſet ipm̄ ꝯſeruare abſq; nocumēto. ⁊ hanc etiā v̄tutē xp̄s aſſumere potuiſſet ſi voluiſſet. Sed cū ſint tres ſtatꝰ hoīm. ſ. innocētie: culpe: ⁊ glorie Adā nō fuit in tertio ſtatu. xp̄s aūt ſicut de ſtatu glie aſſumpſit cōprehēſionē: ⁊ de ſtatu innocentie īmunitatē a peccato. ita de ſtatu culpe aſſumpſit neceſſitatē ſubiacendi penalitatibꝰ huiꝰ vite. Heb. ij. Debuit ꝑ oīa fratribꝰ aſſimilari. Octauū fuit incorruptiōis. Nam hō in ſtatu innocētie erat īcorruptibilis ex ꝑte cauſe efficientis. qꝛ vt dicit Aug. li. de q̄ſtionibus veteris ⁊ noui teſtamēti. Deus fecit hominē q̄ q̄diu nō peccaret in mortalitate vigeret vt ip̄e ſibi actor eſſet aut ad vitā aut ad mortē. Non eñ erat corpꝰ eiꝰ indiſſolubile ꝑ aliquā indiſſolubilitatis vigorē in corpore exiſtentē: ſ; inerat nature aīe vis q̄dā ſupnaturalit data ꝑ quā poterat corpꝰ ab omi corruptione preſeruare: q̄diu ip̄a deo ſubiecta manſiſſet. Unde vis illa p̄ſeruandi corpus a corruptiōe nō erat aīe hūane naturalis ſ; ꝑ donū grē. ⁊ q̄uis grām recuperauerit ad remiſſionē culpe ⁊ meritū glorie non tamē ad amiſſe īmortalitatis effectū. Hoc eñ reſeruabat xp̄o ꝑ quē nature defectꝰ in meliꝰ reparandus erat. Xp̄s aūt habuit immortalitatē per grām ⁊ gloriam. poterat eñ ſuā paſſionē ⁊ mortē impedire. Primo q̄dem aduerſarios reꝓmendo: vt eū aut non vellent aut nō poſſent interficere: vt pluries fecit. Secūdo qꝛ ſpūs eiꝰ habebat poteſtatem cōſeruandi naturā carnis ſue. ne a quocunq; leſiuo inflicto opprimeret. qd̄ q̄dē habuit aīa xp̄i qꝛ erat verbo dei cōiūcta in vnitate ꝑſone. vt dicit Aug. li. iiij. de trin. Nonum fuit ꝑfectiōis. Nā p̄mꝰ hō habuit ꝑfectionē oīs v̄tutis ſm̄ ſtatꝰ ſui cōdecētiam. Vnd̄ Aug. omel. xi. dicit ſic. Princeps oīm viciorū dū vidit adā de lymo terre ad imaginem dei factū: pudicicia ornatū: temperantia cōpoſitū: charitate ſplendidū. habentur iſtu de pnīa diſ. ij. §. p̄nceps. Et ſic homo in ſtatu innocētie aliqualit habuit oēs v̄tutes qꝛ ratio erat deo ſubiecta. ⁊ inferiores vires erant rōnis ſubiecte. Virtutes autē ſunt q̄dam ꝑfectiōes quibꝰ ratio ordinat in deū ⁊ inferiores vires aīe diſponunt ſm̄ regulā rōnis. Vñ rectitudo p̄mi ſtatꝰ hoc exigebat vt homo aliqualiter omēs v̄tutes haberet. Xp̄s aūt habuit ꝑfectiōes oīum v̄tutū ſm̄ plenitudinē grē: qꝛ q̄nto aliqd̄ p̄ncipiū eſt ꝑfectiꝰ: tanto mag̃ imp̄mit ſuos effectꝰ. Cū aūt grā xp̄i fuerit ꝑfectiſſima ideo ab ip̄a ꝓceſſerūt oēs v̄tutes ad ꝑficiendū ſingulas potentias aīe q̄ntū ad oēs aīe actus. Vñ ſu. ſup illud pš. Sed in lege dn̄i fuit voluntas eiꝰ. dicit glo. Hic oſtendit xp̄s plenus omi v̄tute ⁊ bono. Decimū fuit gubernatiōis. Nam p̄mus hō eſt gubernator ⁊ caput oīū naſcentiū naturalit: qꝛ homo eſt naturalit animal ſociale. Unde hoīes in ſtatu innocentie vixiſſent ſocialiter, Socialis aūt vita

multoꝝ nõ posset esse nisi aliquis presideret qui ad bonum cõmune intenderet. Multi enĩ per se intendũt ad multa. vnus vero ad vnum. Ideo philosophꝰ dicit. i. politice. Qñ quandocunq; multa ordinantur ad vnum semper inuenitur vnum vt principale ꝛ diri gens. Xp̄s aũt est gubernator ꝛ caput oĩm nascentiũ spiritualiter sed ꝫm diuersos gra dus. Primo ꝛ p̄ncipaliter est caput eorum qui actu sibi vniuntur per gloriam. Secun do eorum qui actu vniuntur sibi per chari tatem. Tertio eorum qui actu sibi vniuntur per fidem. Quarto eorum qui sibi vniunt in potentia nondum ad actum redacta que tamen est ad actum reducenda ꝫm diuinaz predestinationem. sicut sunt infideles per conuersionem. Undecimũ fuit assimilati onis. Naz p̄mus homo fuit similis deo ꝫm duplicem imaginē. Xp̄us autem ꝫm tripli cem. Unde super illud ps̄. Signatum est su per nos lumē vultus tui domine. Glosa di stinguit triplicem imaginem. scȝ creationis recreationis: ꝛ glorificationis. Imago enĩ dei reperitur in homīe tripliciter. Uno mo do ꝫm qd̄ homo habet aptitudinem natu ralem ad intelligendum ꝛ amandũ deum. ꝛ hec aptitudo consistit in ipsa natura men tis que est cõmunis oĩbus hoĩbus. Alio modo. ꝫm qd̄ homo actu vel habitu cogno scit ꝛ intelligit deum sed imperfecte. ꝛ hec est imago per conformitatez gratie. Tertio modo ꝫm ꝙ homo actu deum cognoscit et amat perfecte: ꝛ sic attēditur imago ꝫm hu militatem glorie. primis duobus modis fu it imago dei in adam in statu innocentie: ꝫ omnibus modis fuit in christo. Duodeci mum fuit translationis. Nam p̄mus homo fuit positus in paradiso terrestri. Genes. ij. Tulit deus hominē ꝛ posuit eum in paradi so voluptatis. Xp̄us autem est assumptus in paradiso celesti. Eph̄. iiij. Ascendit super omnes celos vt adimpleret oĩa. ps̄. Ascen dit super celum celi ad orientem. Et sic ptȝ corona glorificationis iesu xp̄i.

Tertio exiuit iesus portās

coronā redemptiōis. Gentiles enĩ coronā spineam capiti suo imposuerunt: quē cruen tantes derisorie salutauerunt. Judei autez ip̄m cesari postposuerunt: ꝛ crucifige crucifi ge clamauerunt. In ipso enĩ modo passio nis xp̄i prefiguratus est effectus redempti onis quo ad vtrosq; scȝ iudeos ꝛ gentiles. Primo enĩ passio xp̄i habuit effectum salu tis in iudeis. quorum plurimi in morte xp̄i baptizati sunt. vt patȝ Act. ij. ꝛ. iij. Secũdo vero iudeis p̄dicātibꝰ effectũ passionis xp̄i transiuit ad gentes. ꝛ ideo cõueniens fuit vt xp̄s a iudeis pati inciperet. ꝛ postea iudeis tradentibꝰ per manus gentiliũ eius passio finiretur. Quia vero xp̄s ad ostendendaz abundantiā charitatis sue ex qua patiebat in cruce positus veniā peccatoribꝰ postula uit. Huiꝰ petitionis fructꝰ ad iudeos ꝛ gen tiles peruenit: a quibꝰ patiebat. Ideo dicit Cañ. iij. Egredimini filie syon ꝛ videte re gem salomonez in dyademate quo corona uit eum mater sua. Debemus autē egredi a q̄ttuor que nos impediunt a fructu redem ptionis. Primo a vicio conformādo volũ tatem nostrā diuine voluntati. Math. xxvi. Non sicut ego volo sed sicut tu vis: qd̄ dicit qz rectum vult esse hoīem ꝛ ad deũ dirigit. vt Aug. exponit in Enchiridion. Et sup il lud ps̄. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectum cor habet q̄ vult qd̄ deus vult. scȝ vt homo velit aliq̄d ex charitate sicut deus vult. Secundo ab odio. Nam odium nũq̄ vinceret amorē: nisi ꝓpter amorē maiorem cui odium correspondet. sicut homo magis diligit seip̄m q̄ amicuȝ. ꝛ ꝓpter hoc ꝙ dili git se habȝ odio etiā amicũ si sibi contrarie tur. Tertio a passione. Roma. vij. Judico aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis ꝛ captiuantē me in lege peccati qz passio ligat rationē. imo cũ passiones in tendunt ligant totaliter vsum rõnis. Mul ti enĩ ꝓpter abundantiā amoris ꝛ ire versi sunt in insaniam. Quarto a vindicta. Naz peccatũ iudeoꝝ crucifigentiũ xp̄m qd̄ ꝓces sit ex inuidia. odio ꝛ vindicta fuit grauissi mum sicut dixit xp̄us pylato. Joh. xix. Qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

Quarto exiuit iesus por-

tans coronā exaltatiōis. Naz meritũ impor tat quandā equalitatem iusticie. Unde apo stolus dicit. Si qui operatur merces impu tatur ꝫm debitum. Cum enim aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit quod debet ha bere: meretur vt sibi amplius aliquid super addatur quasi merces iuste voluntatis. Et inde ē ꝙ sicut dicit Luc. xxiiij. Qui se humi liat exaltabitur. Cum autem christus in sua passione se humiliauerit infra suam dignita tem vsq; ad confusionem: ꝛ opprobria que

sustinuit. Ideo p suā passionē τ precipue p coronationē spinarum. meruit exaltationē quātum ad consessum paterne dextre τ manifestationē diuinitatis ipius. ꝯm illud Esa. lij. Exaltabit τ eleuabit τ sublimis erit valde sicut obstupuerūt sup eū multi. sic inglorius erit inter viros aspect⁹ ei⁹. Et Phil. ij. dr. Fact⁹ est obediēs vsq₃ ad mortē: mortē aūt crucis. ppter qd τ de⁹ exaltauit illum τ donauit illi nomē qd est sup oē nomē. sc₃ vt ab omib⁹ nominet de⁹: τ oēs sibi reuerētiam exhibeant sicut deo. τ hoc est qd subditur vt in noīe iesu oē genu flectat cele. ter. τ infer. Et Esa. xxviij. Eris corona glie manu dñi: τ dyadema regni in manu dei tui.

Quinto exiuit iesus portans coronā adoratōis. Cum eñ in xpo sit vna tantū psona diuine τ humane nature τ etiā vna ypostasis. τ vnū suppositū. ideo est ei⁹ vna adoratio: τ vnus honor ex parte eius q adorat. Vñ Damas. li. iij. dicit. Adoratur caro xpi incarnato dei vbo nō ppter seipam: s₃ ppter vnitū ei ꝯm ypostasim verbum dei. Et sup illud ps. Adorate scabellū pedū ei⁹. dicit glo. Qui adorat corp⁹ xpi nō terrā intuet: s₃ illū poti⁹ cui⁹ scandalū est: in cui⁹ honore scabellū adorat. Et in capitulis quinte synodi dr. Si quis duabus naturis adorari dicit xpm. ex quo due adorationes introducunt: s₃ nō vna orōne deū vbum incarnatū cū ppria ipi⁹ carne adorat sicut ab initio ecclesie dei traditum est. talis anathema sit.

Sexto exiuit iesus portās coronā retributōnis quātum ad potestatē iudiciariā. Vñ dr Job. xxxvi. Causa tua quasi impij iudicata est. ppterea iudicium causamq₃ recipies. Et Aug. li. de vbis dñi dicit Sedebit iudex q stetit sub iudice. Damnabit veros reos q falso fact⁹ est reus. Na₃ iudiciaria potestas hoi xpo cōpetit. Tu₃ ppt diuinā personā. Tum ppt capitis dignitatē Tum ppt plenitudinē grē habitualis. Tū ex merito. s. vt ꝯm dei iusticia₃ iudex esset: q pro dei iusticia pugnauit τ vicit τ iniuste iudicatus est. Unde ipse dicit Apoc. iij. Ego vici τ sedi in throno patris mei. In throno autē intelligitur iudiciaria ptās. ꝯm illd ps Sedet super thronū τ iudicat equitatem.

Septimo exiuit iesus portans coronam premiationis. ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Sicut eñ lapides preciosi firmant in corona τ ipam ornant: τ ipa est ornamentū coronati. Sic in merito xpi firmant oēs electi: τ sunt ad ornamētū glorie sue: prout patuit in ioseph q vendit⁹ a fratrib⁹ suis duct⁹ est in egyptū τ nō fuit fact⁹ eunuch⁹ ne pharao abuteret eo quē a tam graui pctō dñs custodiuit pharaone infrigidato. Vñ ppt fidē τ castitatē a domina sua accusat⁹ incarcerat⁹ fuit. Inde aūt extract⁹ τ dñs egypti ꝯstitut⁹. dū circuiret egyptū declinauit ad domū phutifaris pncipis satrapa₃ pharaonis: cui erat filia speciosissima noīe arseneth sed idolatra que idola obiecit vt ioseph haberet sponsu₃. Ad hanc aūt desponsandā accessit ioseph indut⁹ tunica candida: τ cū aurea corona in curru aureo. In corona vero erant inserti duodecim lapides pciosi: super qb⁹ erāt duodecī astra aurea τ virga regia in manu ei⁹. vt dr in speculo historiali li. ij. c. cxviij. Hec oīa fuerūt figura xpi: pcipue corona in qua sunt duodecim trib⁹ israel: super quib⁹ sunt duodecim apli. vt p₃ Apoc. xxj. Et sic corona xpi est numer⁹ oīm saluandorum q decorant xpm hic in statu grē. nouissime aūt in statu glorie. Amen.

In festo victorie sancti Michaelis archangeli Sermo. xxxij.

Hic maior est in regno celoru₃.

Math. xviij. τ in euangelio psentis solēnitatis Beat⁹ Bern. sup ps. Qui habitat dicit sic. Dñe qd est hō q₂ innotuisti ei: aut fili⁹ hois q₂ reputas eū: Deniq₃ mittis ei vnigenitū tuū immittis spm tuū. pmittis vultū tuum: τ ne qd vacet i celestib⁹ ob ope sollicitudinis illos etiam beatos spūs ppt nos mittis in ministeriū nostrū hec ille. Super quo moueo talē questionē. Utrū in ecclia militanti archangel⁹ michael maiorē dignitatē asseqtur: cui⁹ officio diligenti⁹ a deo gubernatur. Ad istam questionē rñdent duo doctores. Prim⁹ veteris testamēti ē Daniel. x. c. dic Michael vn⁹ de pncipib⁹ pmis venit in adiutoriū meū. Secūdus noui testamēti est Johānes Apoc. xij. dic sic. Foctū est preliū magnū in celo. Michael τ angeli ei⁹ preliabantur cū dracone: τ draco pugnabat τ angeli eius τ non volueruīt. neq₃ est inuentus locus eo₄ ampli⁹ in celo. Sciendū q fuit

glo. sup illud Math. xxij. Simile est regnuz celoꝝ homini regi qui fecit nuptias ⁊c. per regnū celoꝝ. presens ecclesia siue congregatio iustoꝝ intelligit. Hanc autē ecclesiaz gubernat deus per angelos. Unde Aug. dicit iij. de trini. Quēadmodū corpora grossiora ⁊ inferiora: ꝑ subtiliora ⁊ potentiora quodā ordine regunt. Ita oīa corpora per spm̄ vite rōnalē. ⁊ spūs vite rōnalis desertor atqꝫ peccator per spm̄ vite rōnalē ⁊ pium ⁊ iustum ⁊ ille per ipm deū. Nam tam in reb⁹ hūanis ꝙ etiā naturalib⁹ hoc cōiter inuenit ꝙ potestas particularis gubernat ⁊ regit a ptāte vniuersali. sic potestas balliui gubernat ꝑ potestatē regis. Superiores aūt angeli qui presunt inferiorib⁹ habēt sciētiā magis vniuersalē: sed ꝟtus cuiuslibet corporis est magis pticularis ꝙ ꝟt⁹ spūalis substātie. Naz oīs forma corporalis est indiuiduata per materiā ⁊ determinata ad hic ⁊ nunc. Forme aūt īmateriales sunt absolute ⁊ intelligibiles. ⁊ ido sicut inferiores angeli qui habent formas min⁹ vniuersales regunt per supiores. ita oīa corporalia regunt per angelos. Sed actio quā angel⁹ exercet ꝓcedit a deo, velut a pmo pncipio cui⁹ nutu ⁊ auctoritate angeli operant: ⁊ in deū reducitur sicut in vltimū finē. ⁊ hoc facit ministerium Nam minister est sicut instrumentū intelligens. Instrumētū aūt ab alio mouet ⁊ ei⁹ actio ad aliud ordinat. Unde actiones angelorum ministeria vocant. ⁊ ꝓpter hoc dicuntur in ministeriū mitti. Heb. i Oēs sunt administratorij spūs in ministeriū missi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiunt salutis. Inter hos aūt angelos missos circa homies precipuum est ministeriuz beati michaelis. ideo hic maior est in regno celorum.

Hic maior est in regno
- Archangelorum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Xpianorum.
- Paganorum.
- Electorum.
- Sanctorum.

Primo sanctus michael

est maior in regno archangeloꝝ. Unde cātat ecclia. Collaudem⁹ venerantes omes celi milites: sed precipue pmatē celestis exercitus michaelem. Computatur eni in ordine pncipatuū. de quo ordine sanctus Tho. pma parte. q. cviij. arti. xv. dicit sic. Principari vero vt Greg. dicit. Est inter reliquos priorem existere quasi pmi sint in executōe eorum que imperantur. Et ideo Dionysius dicit. ix. c. celestis ierarchie. Qꝛ nomen pncipatuū signat ductiuum in ordine sacro. Illi eni qui alios ducunt primi inter eos existētes: pncipes proprie vocantur. sm illud ps. Preuenerunt pncipes coniuncti psallentibus. sm Greg. autem archangeli dicuntur ex eo ꝙ pncipantur soli ordini angelorum. quasi magna nunciantes. Principat⁹ autē dicuntur ex eo ꝙ pncipantur omnibus celestibus pncipib⁹ diuinas iussiones explentibus. Executio eni angelicoꝝ misterioꝝ cōsistit in annūciando diuina. In executione aūt cuiuslibet actus sunt quidā quasi incipientes actionē ⁊ alios ducētes sicut in cātu precentores: ⁊ in bello illi qui alios ducunt ⁊ dirigunt. ⁊ hoc ptinet ad principat⁹. Alij vero sunt qui simplicit exequunt. ⁊ hoc pertinet ad angelos. Alij ꝟo medio modo se habent qd ad archangelos pertinet. Principatus ergo sunt pmi in executōe diuinoꝝ ministerioꝝ. vtpote presidentes gubernationi gentiū ⁊ regnoꝝ qd est pmū preceptuz in diuinis misterijs. Nam bonuz gentis est diuini⁹ ꝙ bonū vni⁹ hoīs. Prim⁹ ergo ordo post dñationes dicit pncipatuū qui etiā bonis spiritib⁹ pncipat. vt Greg. exponit. hec Tho. Sanctus mihael in prelio habito cū lucifero. fuit dux ⁊ princeps. Unde vicit luciferū cū angelis suis ⁊ de celo in hunc aerem caliginosum ⁊ in ꝓfundū abyssi tandē deiecit: Un̄ cantat ecclia. Michaelē in ꝟtute conterentē zabulon. De isto prelio dicit Apoc. xiij. Et proiect⁹ est ille draco magn⁹ serpens antiquus q̄ vocatur diabolus ⁊ sathanas. proiect⁹ est in terra: ⁊ angeli ei⁹ cuz eo missi sunt. Non eni ꝑmissuz est eis habitare in supiori parte aeris: qꝛ locus lucidus est ⁊ clarus. nec in mūdo nobiscū. qꝛ nimis nos suis temptationib⁹ infestarent. Sed in medio aeris vt dū sursuz respiciunt ⁊ vidēt gloriā quā amiserunt: inde dolorē habeant. Et dum inferi⁹ prospiciunt ⁊ vident hoīes illuc ascendere vnde ipi ceciderunt inde inuidia torqueantur. Unde Eph. vi. Non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates tenebrarum harum contra spiritalia nequitie in celestibus. Et sic michael est maior in regno archangelorum.

Secũdo sanctus michael

est maior in regno patriarcharũ. Unde san
ctus Tho parte.i.q.cxiij.dicit sic. Ad bonuz
operandũ duo cõcurrunt. Primo quidem
ꝙ affectus inclinet ad bonum qḋ quidẽ fit
in nobis per habitũ ꝟtutis moralis. Secũ
do ꝙ ratio inueniat congruas vias ad per
ficiendum bonũ virtutis. qḋ quidẽ phs at
tribuit prouidentie. Quantũ ergo ad pmũ
deꝰ hoiem custodit imediate infundendo ei
grãm ⁊ ꝟtutes. Quantũ ad secundũ deꝰ
custodit hoiem sicut vlis instructor: cuiꝰ in
structio peruenit ad hoies mediantibꝰ an
gelis. Custodia aũt humane multitudinis
ad ordinẽ pncipatuũ pertinet. Unde ⁊ mi
chael vnꝰ de pncipibus dicit. Daniel.x. In
feriores aũt angeli exercent officiũ superio
rum: inqꝟtum aliquid de dono eoꝝ partici
pant ⁊ se habent ad supiores sicut executo
res virtutis eoꝝ. Homo enĩ in statu innocẽ
tie non patiebat aliqḋ periculum ab interi
ori: qꝛ interiꝰ erant oĩa ordinata: sed immi
nebat ei periculuz ab exteriori ꝑpt insidias
demonũ vt rei pbauit euentꝰ. ⁊ ideo indige
bat custodia angeloꝝ. Etiam angeli q̃ sub
uerterunt sodomã percusserunt sodomitas
cecitate vel aurisia: vt hostiũ domus inueni
re non possent. vt dicitur Geñ.xix. hec tho.
In homĩe potentia operatiua sepius impe
ditur ne exeat in opus ꝑpter mũdi oppres
sionem. Joh.xvi. In mũdo pressuram habe
tis. sed istud impedimentũ remouent prin
cipatus q̃ faciũt nos mũdanis oĩbꝰ pnci
pari. Hoc significatũ est Geñ.xxxij. vbi cuz
iacob esau valde timeret angelos sibi obui
os habuit. ipsum adiuuare paratos. Et ait.
Castra dei sunt hec. Tunc angelꝰ tria bona
iacob dedit. qꝛ ipm cõtra esau constantẽ fe
cit. israel nomen ei imposuit ⁊ neruũ femo
ris eius percussit ⁊ emarcuit. Hec aũt oĩa
spectant ad pncipatꝰ in quoꝝ ordine primꝰ
est michael qui mandauit angelo vt diceret
agar ancille ꝙ ad dñam suaz rediret ⁊ se ei
humiliaret. Geñ.xvi.⁊c̃.

Tertio sanctus michael

est maior in regno ꝑphetarũ: qm ꝑphetica
reuelatio fit ꝑ angelos. Uñ sanctus Tho.
scd'a scd'e.q.clxxij.arti.ij. dicit sic. sicut apl's
dicit Rom.xiij. Que a deo sunt ordinata sũt
habet aũt hic diuinitatis ordo. sicut Diony
sius dixit, vt infima ꝑ media disponat. An
geli aũt medij sunt inter deũ ⁊ homines. vt
pote plus participantes de perfectiõe diui
ne bonitatis ꝙ homĩes. Et ideo illuminati
ones ⁊ reuelationes diuine a deo ad hoies
per angelos deferunt. Prophetica autẽ co
gnitio fit ſm illuminationẽ ⁊ reuelationem
diuinã Unde manifestũ est ꝙ fiat ꝑ ange
los. Dicit enĩ Diony.iiij.c.celestis ierarchie
Diuinas visiones gl'iosi patres nostri ade
pti sunt ꝑ medias celestes virtutes. hec tho.
Sanctꝰ michael fuit pnceps synagoge. ſm
qḋ dicit Dañ.x. Nemo mihi adiutor est nisi
michael pnceps vester. Circa quã fecit q̃tu
or. Primo miranda. Nam ipse fuit ille an
gelus qui plagas egyptijs intulit: qui mare
diuisit: qui in colũna ignis ⁊ nubis pplm if
raeliticũ antecessit: qui in terraz ꝑmissionis
hebreos introduxit. Secũdo stupẽda. Sci
ens enĩ diabolꝰ iudeos ad idolatriã prom
ptos esse volebat corpꝰ moysi honorifice se
peliri: vt iudei suas idolatrias ibi exercerẽt. ſ
michael victoriã obtinuit qꝛ moysi corpus
ab oĩbꝰ abscondit. Uñ in canonica iud'.i.
ca. dicit. Cum michael archangelus cũ dia
bolo disputans altercaret de moysi corpore
non est ausus iudiciũ inferre blasphemie. ſ
dixit. Imperet tibi deꝰ. Forte etiã ista alter
catio fuit qꝛ diabolus dicebat se in moyse ꝑ
pter pctm̃ ad aquas contradictõis aliquod
ius habere. Sed cũ michael culpam sibi re
missam assereret ⁊ diabolus adhuc instaret
michael dixit. Imperet tibi deus. Tertio ꝑ
tegenda. Nam cũ syri obsiderent ciuitatem
samarie: dixit Helyseus. Plures nobiscum
sunt ꝙ cuz illis: ⁊ loquebat de angelis quo
rum pnceps erat michael: qui ꝑcussit syros
cecitate: quos helyseus duxit in samariam.
vt habet.iiij. Reg.vi. Quarto adiuuãda
Dicit enĩ Dañ.x. Ex persona gabrielis ar
changeli princeps regni persarũ restitit mi
hi.xx. vno diebꝰ. Et ecce michael vnꝰ de pn
cipibꝰ pmis venit in adiutoriũ meum. Su
per quo sanctꝰ Tho. parte.i.q.cxiij.arti.viij.
dic̃ sic. Hieroñ. exponẽs hec ꝟba dicit pnci
pem regni persarũ esse angelũ qui se oppo
suit liberationi ppl'i israelitici ꝑ quo Daniel
orabat. Gabriel preces deo ꝑsentãte. Hec
aũt resistentia potuit fieri quia pnceps ali
quis demonũ iudeos in perfidẽ ductos ad
pctm̃ induxerat: per qḋ impedimentũ ꝑe
stabatur orationi danielis ꝑ eodem pplo
deprecantis. Sed ſm Grego.li.xvij.moꝝ.
Princeps regni persarũ fuit bonꝰ angelus

custodie illiꝰ regni deputatꝰ. Ad videndū ergo qualiter vnꝰ angelꝰ alteri resistere niti tur considerandū est φ diuina iudicia circa diuersa regna ⁊ diuersos homiēs per ange los exercentur. In suis aūt actionibꝰ ange li ſm diuinā sententiam regulant. Contigit autē quandoq; φ in diuersis regnis vel in diuersis homibꝰ contraria merita vel deme rita inueniunt vt vnus alteri subdatur: aut presit. Quid aūt sup hoc ordo diuine pu̇idē tie habeat: cognoscere non passunt nisi deo reuelante. Vñ necesse habēt sup his diuinā sapientiam consulere. Sic ergo inq̄tum de cōtrarijs meritis ⁊ sibi repugnātibꝰ diuinā cōsulunt volūtatē resistere sibi inuicē dicū tur. Non quia sint eoꝝ contrarie volūtates cū in hoc omēs concordent qd̄ dei sentētia impleat: sed quia ea de quibꝰ consulūt sunt contraria, hec Thomas.

Quarto sanctus michael

est maior in regno xp̄ianoꝝ. Nam vt dicit sanctꝰ Tho. parte. i. q. cxi. ar. i. Ad fidē duo concurrūt. Primo quidē habitꝰ intellectꝰ quo disponit ad obediendū voluntati ten denti in diuinā veritatē. Intellectꝰ eñ assen tit veritati fidei nō quasi cōuictꝰ rōne: sed q̄si imperatꝰ a volūtate. Nullus eñ credit nisi volens, vt Aug. dicit. Et q̄tū ad hoc fides est a solo deo. Ephe. ij. Gratia estis saluati p fidē ⁊ nō ex vobis: dei eñ donū est. Secū do requirit ad fidez φ credibilia pponant credenti. ⁊ hoc quidē per hoiēm fit ſm φ fi des est ex auditu. vt dr̄ Rom. x. sed p̄ncipa liter per angelos p quos hoibꝰ reuelant di uina. Vñ angeli aliq̄d operant ad illumina tionē fidei: ⁊ eñ hoiēs illumināt ab angelis nō solū de credendis ſ etiā de agēdis. ſm φ Diony. pbat. iij. c. cel. ierar. φ reuelatōes di uinoꝝ pueniūt ad hoiēs mediantibꝰ angelꝰ hec tho. Sanctꝰ michael instruit ecclīam dei de credēdis qd̄ pz ex q̄tuor. Primo qr ē p̄nceps ecclie xp̄i. Post φ eñ iudea dñz cru cifixit: michael factꝰ ē p̄nceps ecclie. Vñ re fert Josephꝰ φ audite sūt voces angeloꝝ dicentiū. Transeamꝰ ab his sedibꝰ. Etiā ip̄e solus int sanctos angelos aciei xp̄i signifer est. ſm qd̄ cantat ecclīa. Signifer sanctꝰ mi chael rep̄sentet eas in lucē sanctā. Et iterū. Dū sacrū misteriū cerneret iohēs archāgelꝰ michael tuba cecinit. Dignꝰ es dñe deꝰ nr̄ accipe librū ⁊ soluere signacula eiꝰ. Et sumit Apoc. v. vbi dr̄. Vidi angelū fortē p̄dicā tem voce magna. Quis est dignꝰ aperire li brū ⁊ soluere signacula eiꝰ ⁊c. Secūdo qr est instructor ecclie. Quicq̄d eñ v̄tutꝰ: iusti cie: misericordie: ⁊ obseruātie legis xp̄i est in nobis. vt dic̄ Greg. Ab instructōe michaelꝰ pcedit. Vñ iste ē ille angelꝰ q̄ ligauit diabo lum p annos mille: vt nō seducat ecclīaz do nec ꝯsūmant mille āni. vt dr̄ Apoc. xij. Iste est ille angelꝰ q̄ cū magno exercitu angeloꝝ diuinis interest misterijs in altari cū hostia ꝯsecrat. Iste ē ille angelꝰ q̄ sipontinis victo riā dedit: ⁊ ꝯtra aduersarios oīa elemēta pu gnare fecit. Terrā: qr mōs garganꝰ ꝯtremu it. Aerē: qr caligo tenebrosa totū montē ob duxit. Ignem quia fulgura crebra volabāt. Aquā. vñ cantat ecclīa. Cōcussuz est mare ⁊ ꝯtremuit terra. vbi archangelꝰ michael de scendebat de celo. Et hec pugna vocat victo ria scti michaelis q̄ celebrat. viij. Idꝰ Maij Rome aūt eodē die celebrat apparitio scti michaelis. qr eodē die apparuit michael ar changelus btō Grego. pape. tergēs gladiū a peste inguinaria quā deꝰ romanis immi serat. Tercio qr est destructio antichristi. si cut eñ dic̄ glo. sup illō Apoc. xiij. Vidi vnū de capitibus eiꝰ occisum: antichristꝰ mortuū se finget ⁊ p triduuz latēs postea apparebit dicēs se suscitatū. Et ferentibꝰ euz demoni bus in aere ascendet: ⁊ vniuersis mirantibꝰ adorabunt eū. Tandē dū stabit in papilio ne suo in mōte oliueti michael ip̄m occidet vt dic̄ glo. sup illud, ij. Thessal. ij. Quē deus interficiet sp̄ū oris sui. Quarto qr est con ductor iudicij: qr ad vocē ip̄us omēs resur gemꝰ. ſm illud. i. Thessal. iiij. Ip̄e dñs in ius su ⁊ in voce archangeli: ⁊ in tuba dei descen det de celo. ⁊ mortui qui in xp̄o sunt resur gent primi. Etiam in die iudicij crucem: cla uos: lanceam: ⁊ coronam spineam christo presentabit: vt omēs agnoscant φ iuste iu dicentur.

Quinto sanctus michael

est maior in regno paganoꝝ. Unde sanctꝰ Thomas parte. i. q. cxiij. arti. iiij. dicit sic. Si cut infideles nō priuantur interiori auxilio naturalis rationis. Ita etiam non priuant exteriori auxilio toti nature humane diuini tus concesso. scz custodis angeloꝝ per quā ⁊ si non inueniuntur q̄tuz ad hoc φ vitā eter nam bonis operibus mereantur: quia infi deles etiam interdum bona faciūt: sed non bene, qr non recta intentione faciūt quoniā

Hic est ille spũs q̃ docẽte ptes orõnis primus Aristoteles duas tradidit nomẽ ⁊ v̀bũ. deinde donat⁹ octo diffinijt. Hic ē ille spũs q̃ docẽte studium carminũ ⁊ metrorꝫ Moyses apud hebreos adinuenit; Achatesius apud grecos. Fericides apud syros.

Hic ē ille spũs q̃ docẽte, Fabulas Alcinõ crotoniẽsis pmus adinuenit: q̃ fabule ficta narratiõe ad veri significationez deducũt.

Hic est ille spũs q̃ docẽte hystoriã q̃ memoriã tribuit rerũ gestarũ. pmus moyses apd hebreos ꝯscripsit. apud gentiles v̀o Dares frigius. de grecis ⁊ troianis hystoriã edidit apud grecos herodotus hystoricus habit⁹ est. Hic est ille spũs q̃ docente rhetorica a grecis inuẽta ē a Gorgia aristotele. Ermagora: ⁊ trãslata in latinũ a tullio videlꝫ ⁊ q̃ntiliano ⁊ Tiriano. Hic est ille spũs q̃ docẽte dyalecticã ad regulas quasdã ⁊ argumenta. Arist. pmus. pduxit: deinuz etiã varro ĩ octo libros diffiniuit Hic est ille spũs q̃ docẽte phisicã apud grecos pscrutat⁹ est pm⁹ Tales milesius vn⁹ ex. vij. illis sapiẽtib⁹. hic enĩ ante alios celi cãs atqꝫ viã rerũ naturaliũ ꝯtẽplata rõne suspexit. quã postmodum Plato ĩ q̃ttuor diffinitiões distribuit. Hic est ille spũs q̃ docẽte socrates ethicã ad corrigẽdos cõponẽdosqꝫ mores instituit: atqꝫ omẽ studiũ ad bene viuendi disputationez pduxit. Hic est ille spũs q̃ docẽte arithmeticã pmus apud grecos pithagoras ꝯscripsit Deinde Nicomacus diffusius disposuit: apud latinos Apulei⁹ ⁊ Boeti⁹ etiã tulerunt

Hic ē ille spũs q̃ docẽte Geometricã disciplinã. pmo egyptij adinuenerũt qꝫ inũdante nilo ⁊ oĩbus possessionib⁹ limo obductis initiũ terre diuidẽde p lineas ⁊ mẽsuras cepit numerari. Hic est ille spũs q̃ docente Musicã. Tubal q̃ fuit de stirpe Caym pm⁹ reppit añ diluuiũ vt Moyses in pn. Geñ. dixit. Greci v̀o pithagorã dicũt huꝰ artis inuenisse pmordia. ex malleorꝫ sonitu: ⁊ cordarũ extẽsaruz pcussura. Alij linũ Thebeũ ⁊ Zetũ: ⁊ Amphyon: in musica arte pmos claruisse ferũt. Hic est ille spũs q̃ docente Astronomiã pmi egiptij inuenerũt. Astrologiã v̀o ⁊ natiuitatis obseruãtiaz. Caldei primi docuerũt. Abrahã instituisse egyptios astronomiã. Joseph⁹ auctor edixit. greci autẽ dicunt hanc artẽ ab athlante pus excogitataz. ideoqꝫ dictus est sustinuisse celum. Ptholome⁹ aũt rex alexãdrie: apud grecos pcipuus hr̃. Hic est ille spũs q̃ docere Medicinã pmus apud grecos Apollo inuenit. hãc filius ei⁹ Esculapi⁹ laude ⁊ ope ãpliauit Sed postq̃ fulminis ictu: esculapi⁹ interijt interdicta fert̃ medẽdi cura. ⁊ ars simul cũ autore defecit. latuitqꝫ p ãnos pene q̃ngentos vsqꝫ ad ãnos artaxerse regis psarũ. tunc eã reuocauit in lucẽ Ypocrates asclepio pr̃e genitus in insula Choo. Hic est ille spũs q̃ docẽte Cronicã apud grecos. pmus Eusebius cesariẽsis eps̃ edidit: ⁊ Hieroñ. pbr̃ in latinã linguã cõuertit. Hic est ille spũs q̃ docente Moyses gẽti hebraice: pmus oĩm diuinas leges scripꝫ lr̃is explicauit. Forone⁹ rex grecis pmus leges iudicauit ⁊ ꝯstituit. Mercuri⁹ trimegistus pmus egyptijs tradidit. Solon pmus legẽ athenienſiuz dedit Ligurgus pm⁹ lacedemonijs iura legũ regis apollinij auctate ꝯfinxit. Numa popili⁹ q̃ romulo successit ĩ regꝫ pm⁹ rõanis legẽ edidit

Duodecimo spũs sctũs

docebit vos actiuos: q̃lr̃ debeat vos disponẽ ad recipiẽdũ eũ: qd̃ q̃dẽ fit. vij. mõis. Primo debet ee aĩo q̃eti. qd̃ notat̃ cũ dr̃. Dũ cõplerent̃ dies penthecostes. i. q̃etis. Illud enĩ festũ erat deputatũ ad q̃etẽ. Esa. lxvi sup quẽ reqescet spũs me⁹: nisi sup humi. ⁊ quietũz. // Scd̃o debꝫ eẽ dilectõe vniti. cũ dr̃ erãt oẽs pit. eãt ei aplis q̃n recepert̃. s. s. cor vnũ: ⁊ aĩa vna. sic enĩ sp̃s hoĩs nõ viuificat mẽbra corporis nisi vnita. sic nec s. s. mẽbra spũalia. ⁊ sic ignis lignorꝫ diuisiõe extiguit̃. sic sp̃s p diuisionez in homib⁹. ideo cãtat̃ de aplis. Inuenit eos concordes caritate. ⁊ illustrauit eos inundans diuinitas deitatis.

Tertio debetis esse loco secreti. cũ dr̃ in eodẽ loco s. in cenaculo. Osee. ij. Ducam eã in solitudinẽ τ loquar ad cor ei⁹. Quarto debet esse orõne assidui. cũ dr̃. erãt pseuerantes in orõne. Unñ Sap. v ij. dicit̃. Inuocaui. s. p orones. τ venit in me spũs sapie. τ Johis. xiiij. Rogabo patrẽ τ aliũ paraclitũ dabit vobis Et de aplis dr̃. Orantib⁹ aplis deũ venisse nunciat. Quito debet esse humilitate pditi. cũ dr̃. Sedẽtes. psal. Qui emittis fontes i cõuallib⁹. i. grãm spũsancti donas humilibus. Sexto debet esse pace piũcti. cũ dr̃. in bierusalem. q̃ interp̃tatur visio pacis. vñ xp̃s discipulis suis p̃mo obtulit pacẽ dicẽs. pax vob. deinde insufflauit τ dixit. accipite spũsanctũ. Joh. xx. Septimo debet esse cõtẽplatõe ereti cũ dr̃. Qđ receperunt spm̃sctm̃ in supiori cenaculo. vbi dicit glo. Qui spm̃sanctũ desiderat carnis domiciliũ mẽtis cõtemplatiõe transcendat.

Tredecimo spũssanctus

docebit vos mechanicos artes vr̃as in subsidium vite vestre. Hic est ille spũs quo afflatus Esdras scribs reparauit incensam legẽ cũ iudei fuissent regressi in bierusalẽ post captiuitatem babylonicaz. Hic est ille spũs q̃ docente Rome p̃mus librorũ copiã aduexit Paul⁹ emilius deuicto pse rege macedonũ. Hic est ille spũs quo docẽte greci τ tusci. p̃mũ ferro in ceris scripserũt. Hic est ille spũs quo docẽte cartarũ vsum p̃mũ egyptijs ministrauit. ceptũ apud mẽphiticã vrbẽ ciuitatez egypti. vt ait Lucan⁹. Cõficit̃ bibula mẽphitica carta papiro. Hic est ille spũs q̃ docente pgamene reges cũ carta indigerẽt mẽbranas p̃mi excogitauerũt. Hic est ille spũs quo docente põdera τ mẽsuras prim⁹ apud hebreos Moyses inuenit: argiu⁹ ponderum rõnez: p̃m⁹ in grecia cõstituit. Hic est ille spiritus q̃ docente: agriculturã apud grecos p̃mus Hesyodus humanis studijs cõtulit. apud Romanos aũt de agricultura prim⁹ catho instituit. Hic est ille spũs quo docẽte: p̃ma Ceres cepit vti frugib⁹ in grecia et hᵉ segetes translatis aliunde semib⁹. hui⁹ meminit Ouidius dicẽs. Prima ceres vnco glebã demouit aratro. prima dedit fruges alimẽtaqz mitia terris. Hic est ille spũs quo docẽte: vitis plantationẽ: p̃m⁹ Noe istituit rudi adhuc seculo. apud grecos autẽ inuentorẽ vitis liberũ appellant. Hic est ille spũs q̃ docẽte: ferrariã artẽ Tubalchaim p̃mus inuenit. res bellicas decent̃ exercuit: sculpturas operũ in metallis fabricauit. In fabrorũ autẽ fornace gentiles Vulcanũ auctorẽ dicunt. Hic est ille spũs q̃ docente in fabricis parietũ atqz tectorũ apud grecos: Dedalus p̃mus artẽ inuenit. Hic ẽ ille spũs quo docente picturã egyptij p̃mus excogitauerũt. vmbra hois lineis circũducta. Hic est ille spũs quo docẽte carpẽtariaz artem: serre circiniqz vsuz. quidaz adolescens p dices p̃mus inuenit. Hic ẽ ille spũs q̃ docẽte Noema soror Tubalchaim inuenit artẽ varie texture: apud gentiles vero Minerua. Hic est ille spũs quo docẽte cerdoniã artez Romulus primus reperit.

Decimoquarto spũssanctus

docebit vos petõres nouã creationem. Cũ eñi grã spũssancti petõri a deo infundit̃, petõr nouiter creat̃. Scd̃m illud Judith. xvi. Dixisti τ facta sunt. misisti spm̃ tuũ τ creata sunt. Sicut eñi deus a p̃ncipio. vij. dieb⁹ mũdum creauit. Ita spũaliter minorẽ mũdũ id est hoiem per. vij. petã mortalia ad nihilũ redactũ. vij. donis quasi septẽ dieb⁹ p spm̃sctm̃ recreat. Bm illud. i. Johã. iij. In hoc apparuit filius dei vt p spm̃sanctũ dissolnat opa diaboli. vt patet. Primo die creauit de⁹ lucem Geñ. i. Dixit de⁹. Fiat lux. In aĩma petõris sunt tenebre petõrũ. Sap. vij. Una cathena tenebrarũ erãt oẽs colligati. qr petõr pnectit de petõ cogitatiõis psensus. delectatiõis: operationis: psuetudinis: τ cõtẽpt⁹: quandã cathenam. Spũs aũt sctũs adueniẽs in aĩam nouaz lucẽ creat in aĩa: p donũ timoris τ sicut lima purgat ferrũ τ splendidũ facit. sic timor dñi purgat aĩam p cognitionẽ pp̃e fragilitatis τ vilitat peti τ seueritat iudicij. Eccle. ij. Qui timet dñm diligite illũ: τ il. cor. vr̃a. τ sic dissoluit̃ petm̃ supbie. Eccl. i. Timor dñi expellit petm̃. i. supbiam. Secũdo die creauit de⁹ firmamẽtũ. In aĩa petõris ẽ instabilitas. qr mõ dep̃mit̃ p aduersitatẽ. mõ eleuat̃ p psperitatẽ. Trenorũ. i. Petm̃ peccauit bierusalem. pptereã istabilis facta est. Sp̃s aũt sanct⁹ adueniẽs in aĩam: ipam i bono stabilit et firmat. Heb. xiij. Optimũ ẽ grã stabilire cor. Et ps. Cõfirma hᵒ de⁹ qđ opat⁹ es in nobis. Hec aũt firmitas creat̃ in nob̃ p donũ pietatis. Eccl. iij. Ignẽ ardentẽ extinguit aq̃. τ elemosyna resistit petis. τ de⁹ pspector ei⁹ q̃ reddet grãm. s in purgatorio. meminit in posterũ: τ in tpe casus sui iueniet firmamẽtũ. s. in pauperũ suffragijs. p hᵒ aũt op⁹ dissoluit̃ petm̃ a

[in]uidie q̄ gaudet de alienis mal'. τ dolet de alie[n]is bõis. s. pietas subuenit eis. // Tertio die [p]duxit deus herbā virentē: τ ligna fructife[r]a. Gen̄. i. Aīa em̄ peccōris an̄ aduētū. s. s. est quasi arbor mortua τ arida sine humore g̃[r]ie: sine fructu. vn̄ ē apta incēdio infernali. Luce. iij. Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū [e]xcidet' τ in ignē mittet'. Sp̄s aūt sctūs ad[u]eniens in aīam. reddit ei humorē g̃re. ps. Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dei. Oliua em̄ in se ē pinguis. τ alijs medicinal' [s]ic aīa viuificata. s. s. est in se pinguis p deuo[t]ionē. τ alijs medicinal' p sustētatōez bono[r]ū operū. τ bis: exēplis. hāc fructificationez [f]acit. s. s. in aīa p donū scīe q̄ docet hoīem g̃[r]iose ɔuersari in medio natiōis p̄ue τ puer[s]e: p māsuetudinē τ patiētiaz. τ sic dissoluit' [p]ctm̄ ire q̄ hoīem īpedit ne alijs fructificet p bonū opus: ɔuersatiōez ei⁹ odibilē redde[n]do. Eccl'. xviij. Sp̄m ad irascendū facilē q̄s poterit sustinere. Nōne ardorez refrigerabit [...]ros. // Quarto die fecit de⁹ luminaria. s. solē: [l]unā: stellas: an̄ aduentū. s. s. iz aīa aliq̄n bo[n]ū ppositū ɔcipiat: τ aliqua opa de g̃ne bo[n]oꝝ faciat: tn̄ statim deficit: τ inflat' manus [e]ius. Vn̄ nō pseuerat in bono. Lu. viij. Ad [t]p̄us credunt. τ in tpe tēptatiōis recedunt. Sp̄s aūt sctūs aduenīes in aīa: fortificat τ [r]oborat eā in bonū. Vn̄ B. petr⁹ p⁹ receptio[n]ē. s. s. reputauit leue mori p xp̄o. q̄ tn̄ prius [t]n̄ negauerat xp̄m ad vocē ancille. hāc pre[s]eruatiuā facit. s. s. in aīa per donū fortitudi[n]is. Judi. v. Stelle manētes in ordine τ cur[s]u suo: ɔ sysarā pugnauerūt. p h̄ aūt dissolui[t]ur pctm̄ accidie q̄ eneruat vires hoīs. ps. [F]ingit la. in precepto. // Quinto die creauit [d]e⁹ ex aqua τ terra aues τ pisces. ante ad[u]entū. s. s. in aīa cor ad terrena deprimit' per [n]imiū amorē pā. Oculos suos statuerūt de[c]linare in terrā. Sp̄s aūt sctūs aduenīens [i]n aīa eleuat cor a terrenis ad celestia p pm[p]titudinē obediētie mādatoꝝ dei. Job. xxxix. [N]ūq̄d ad p̄ceptū tuuz eleuabit' aq̄la. i. cor nobile [d]octu a. s. s. Hanc pmptitudinez facit. s. s. in [a]īa p donū ɔsilij qd̄ dicit. Uade τ vēde oīa [q̄] habes τ da pauperib⁹: τ veni τ seq̄re me Mat. xix. Per hoc autē dissoluit' pctm̄ aua[r]icie: q̄ est ydoloꝝ seruitus. vbi em̄ sp̄us dn̄i [i]bi libertas. vt d̄r. ij. Cor. iij. // Sexto die cre[a]uit deus hoīem ad imaginē τ silitudinem [s]uā. Ante aduentū. s. s. in aīa nihil hō cogi[t]at: nec capit nisi imundiciā luxurie. vt pz in [d]iu. mundi. Gen̄. vij. Ois q̄ppe caro corru[perat] viā suā corā dn̄o. Sp̄s aūt sctūs adue[n]iens in aīa eleuat ipam ad ɔtēplationē ce[lest]ioꝝ p donuz intellect⁹. q: sp̄us oīa scrutat' etiā pfunda dei. i. Cor. ij. p h̄ autē dissoluit' pctm̄ luxurie. Job. xxxiiij. Si dixerit ad deū cor suū. sp̄uz illius τ flatū ad se trahet. τ defi[ci]et oīs caro. i. carnalitas. // Septimo die re[q]uieuit de⁹ ab oī ope qd̄ patrarat. Hec em̄ est ɔsummatio post laborē dierū. An̄ aduē[n]tum. s. s. in aīa. nō sapiūt ei bona celestia. cū hēat palatū τ gustū infectū. Phil'. iij. Quoꝝ de⁹ vēter est. τ g̃lia in ɔfusiōe eoꝝ. Sp̄s aūt sctūs aduenīēs in aīa vocat eā ad q̄etē diui[n]e ɔtēplatiōis. Apoc. xiiij. Amodo iaz dic[i]t sp̄ūsctūs: vt req̄escāt in laborib⁹ suis. τ h̄ p donū sapie q̊ p̄gustat' cena eterne btitudis Eccl. xxiiij. Sp̄s me⁹ sup mel dulcis. per hoc autem dissoluitur peccatum gule. Gregori⁹ Gustato spiritu desipit oīs caro.

Decimoquīto sp̄ūsctūs

docebit vos penitētes. Sex vob necessaria ad iustificationē. Primo ɔsolationē. iō d̄r Joh. xiiij. Paraclitus qd̄ idē est q̄ ɔsolator Esa. lxi. Sp̄s dn̄i sup me τc. vt ponerē cōso[la]tionē lugentib⁹ syon. Greg. Consolator sp̄ūs d̄r. q̄ de pctī ppetratiōe merentib⁹. dū spē venie pparat ab afflictione tristicie mē[n]tē leuat. Secūdo viuificationē. iō d̄r sp̄ūs q: sp̄ūs est q̄ viuificat. s. pctōres penitentes Tertio sanctificationē. iō d̄r sctūs q: scti[fi]ficat τ mūdat. Vn̄ sanctus. i. mūdus. psal'. Fluminis impetus. i. abundans g̃ra. s. s. leti[fi]ficat ciuitatē dei. i. eccl'iaz dei. Quarto dile[c]tionez. iō d̄r. quē mittet pr̄. Dicit' em̄ pr̄ q: naturaliter diligit nos. Joh. xvij. Ipe em̄ pr̄ amat vos. Si ipse est pr̄ τ nos filij. Sed in[t]er filios eiusdē pr̄is: dz eē natural' dilectio. Quinto saluationē. ideo d̄r. In noīe meo qd̄ est iesus. i. saluator: q: ī noīe saluti pr̄ mi[s]it sp̄m ad saluādas gētes. Mat. ij. Ipe em̄ s. f. p. suum. Sexto instructionē. ideo d̄r ille vos docebit oīa. q: eramus ignari ei⁹ p qd̄ poteramus saluari. Missus est g̊ s. s. q̄ nos doceat oīa. hic per g̃ram τc. Amen.

In festo sctissime trinitat̄. Sermo. xxxv.

S[I] dixero vobis ce[lestia] lestia credet̄. Job iij. τ in euā[n]gelio p̄ntis solēnitatis. Btūs Bern̄. in sermo. de trinitate dicit sic. Inq̄rē de trinitate pu'rsa curiositas ē. Credē τ te[n]ere sic scta eccl'ia tenet: fides τ securitas ē.

Uidere aũt eã sicuti est: pfecta ꝛ summa fe
licitas est. hec ille. Sꝫ q̃ talẽ moueo q̄ō
nem verũ explicite credere misteriũ trinitat̃
sit ad salutẽ maxime necessitatis. ad istã q̄ō
nem rñdent duo doctores noui testi. Pri
mus est. B. Aug᷒. li. i. de trini. dicẽs sic. Ubi
querit᷑ vnitas trinitatis. ꝛ trinitas vnitat̃
pr̃is ꝛ. f. ꝛ. s. s. nec piculosius alicubi erratur
nec laboriosius aliq̃d q̄rit᷑: nec fructuosius a
liq̃d inuenit᷑. hec ille. Secũdus ẽ sctũs tho.
secũda scđe. q. ij. arti. viij. dicẽs sic. Misteri
um xp̃i explicite credi nõ põt sine fide trini
tat̃ q: in misterio xp̃i h ɔtinet᷑ ꝙ fili᷒ dei car
nẽ assumpserit: ꝛ ꝙ p gr̃am. s. s. mũdũ reno
uauerit. ꝛ iterũ ꝙ de. s. s. ɔceptus fuerit. ꝛ iõ
eo modo q̊ misteriũ xp̃i ante xp̃m fuit q̃dẽ
a maiorib᷒ explicite creditũ. Implicite autẽ
ꝛ quasi obũbrate a minorib᷒: ita etiã ꝛ mi
steriũ trinitatis. ꝛ iõ etiã post tp̃s gr̃e diuul
gate: tenent᷑ oẽs ad explicite credendũ mi
steriuꝫ trinitatis. ꝛ oẽs q̊ renascunt᷑ in xp̃o
hoc adipiscunt᷑ p inuocationẽ trinitat̃. ₰m
illud Mat. vlti. Euntes docete oẽs gentes
baptizãtes eos ĩ noĩe pr̃is ꝛ. f. ꝛ. s. s. hec tho.
vbi ponit quattuor ɔclusiones. Prima cõ
clusio deũ cognoscẽ possumus rõne natura-
li suggerẽte. pꝫ q: vt dicit pͥma pte. q. xij. arti.
xij. Creature sensibiles sunt effect᷒ a cã de-
pendẽtes: iõ ex eis in hoc perduci possum᷒:
vt cognoscamus de deo an est: ꝛ vt cognosca
mus de ipso ea q̃ necesse est ei cõuenire ₰m
ꝙ est pͥma oĩm cã excedẽs oĩa sua causata.
Unñ cognoscimus de ipso habitudineꝫ ipsi᷒
ad creaturas. s. ꝙ est oĩm cã: ꝛ differentiam
creaturarũ ab ipo. s. ꝙ ipse nõ est aliq̃d eoꝝ
que ab ipso causant᷑: ꝛ ꝙ hec nõ remouent᷑
ab ipso ꝓpter eius defectũ: ſꝫ q: superexcedit.
Ro. i. Qđ notũ est dei: manifestũ est illis. ꝛ
Aug᷒. lib. retractationũ dicit. Nõ approbo
qđ in orone dixi. Deus q̃ non mũdos scire
verũ noluisti. Rñderi etiã põt multos etiã
non mundos. multa vera scire. s. p rõnẽ na-
turalẽ. hec tho. Secũda ɔclusio deũ pfecti᷒
cognoscẽ possumus. s. ꝑ gr̃am influẽte. pꝫ
q: vt dicit pͥma pte. q. xij. arti. xiij. Licet per
reuelationẽ gr̃e in hac vita nõ cognoscam᷒
de deo q̃d sit: ꝛ sic ei quasi ignoto ɔiũgimur.
sicut dicit Dyoñ. lib. de mistica theologia.
Qđ ille q̃ melius deo vnit᷑ in hac vita. vnit᷑
ei sicut oĩno ignoto. tñ plenius ipsiuꝫ cogno
scimus: inquãtũ plures ꝛ excellẽtiores effe-
ctus eius nobis demonstrant᷑. q: interdum
alique res sensibiles formant᷑ diuinit᷒. aut
etiã voces ad aliquid diuinũ exprimenduꝫ
sicut in baptismo visus est s. s. in specie colũ
be: ꝛ vox pr̃is audita est. Hic est filius me᷒
dilectus. etiã inquantũ ei aliqua attribuunt᷑
ex reuelatiõe diuina ad q̃ rõ naturalis non
ptingit: vt deũ esse trinũ ꝛ vnuꝫ. ₰m illud. i.
Cor. ij. Nobis reuelauit deus p. s. illa seꝫ q̃
nemo pͥncipum hui᷒ seculi nouit i p̃hoꝝ. vt
glo. exponit. Tertia ɔclusio. ante xp̃i aduẽ
tum fides trinitatis erat occulta in fide ma-
ioꝝ: voluntate rõni p̃cipiente. pꝫ. q: vt dicit
tho secunda scđe. q. ij. artic. vi. Explicatio cre
dendoꝝ fit p reuelationẽ diuinã. Credibilia
eñi naturalẽ rõneꝫ excedũt. Reuelatio aũt
diuina ordine quodã ꝑuenit ad inferiores
p superiores. sicut ad hoĩes p angelos. ꝛ ad
inferiores angelos per supiores. vt pꝫ per
Dyoñ in cele. hierarchia. Et iõ pari rõne ex
plicatio fidei oꝫ ꝙ perueniat ad inferiores
hoĩes p superiores. ₰m ꝙ dr̃ Job i. Boues
arabãt ꝛ asine pascebant᷑ iuxta eos q: vide
licet minores q̃ significant᷑ p asinas debent
in credendis adherere maiorib᷒. q̃ p boues
significant᷑. vt Greg. exponit. ij. moral. hec
tho. Quarta ɔclusio. post xp̃i aduentũ ma
nifestata est fides trinitatis mũdo p aplos
deo efficiente. pꝫ q: vt dicit secũda scđe. q. ij.
arti. ij. Intellectus credentis aliq̃n ɔuincit᷑
ad hoc ꝙ iudicet esse credendũ his q̃ dicun
tur. licet nõ ɔuincat᷑ p euidentiaꝫ rei. sicut si
aliq̃s ꝓpheta prenũciaret in sermone dñi a
liquid futurũ. ꝛ adhiberet signũ: mortuum
suscitando: ex hoc signo cõuinceret᷑ intelle-
ctus videntis vt cognosceret manifeste hoc
dici a deo: q̃ non mentit᷑. licet illud futurum
qđ predicit᷑ in se euidens nõ esset. vñ rõ fi-
dei nõ tolleret᷑. ideo fides xp̃i in fidelib᷒ lau
dat᷑. q̃a vident multa manifesta indicia: ex
quibus percipiunt doctrinã ecclie esse a deo
q̄uis ipsi res ipsas quas ecclesia docet nõ
videant. puta deuꝫ esse trinũ ꝛ vnũ. ꝛ aliq̃d
hmõi. Unde dñs dicit Joh xvij. Pater ma
nifestaui nomen tuũ hominibus quos dedi
sti mihi. qđ exponens Aug᷒. dicit. Non il
lud nomen tuũ quo vocaris de᷒: sed illud q̊
vocaris pater meus. hoc nomen eis prius
occultuꝫ: nũc manifestaui eis. Ille eñi q̊ hoc
credit: habet sufficiens inductiuuꝫ ad creden
duꝫ. Inducit᷑ eñi auctoritate diuine scriptu
re miraculis confirmate. Et qđ plus est in
teriori instinctu dei inuantis. Ideo dicitur.
Si dixero vobis celestia credetis.

Appropriatorum credetis.
Angelorum: credetis.
Celorum: credetis.
Elementorum: credetis.
Patriarcharum: credetis.
Prophetarum: credetis.
Scientiarum: credetis.
Creaturarum: credetis.
Apostolorum: credetis.
Miraculorum: credetis.
Paganorum: credetis.
Virtuosorum: credetis.

Primo si dixero vobis ce

lestia scē trinitatis declarata signis appropriatorum credetis. Sciendū q ad manifestationē fidei cōueniens fuit essentialia attributa psonis diuinis appropriari. Licet em̄ trinitas psonarū demōstratiue pbari non possit: cōtingit tn̄ vt p aliqua magis manifesta declaref. Essentialia autē attributa sunt nobis manifesta magis q ppria psonarū. qꝛ ex creaturis a qbus cognitionē accipim⁹ possumus p certitudinē deuenire in cognitionē essentialiū attributorum: nō aūt in cognitionē psonaliū pprietatū. Intellectus autē noster q ex creaturis in dei cognitionē manuducif. oportet q deū ɔsideret sm modū quē a creaturis assumit. In cōsideratōe autem creature: quattuor nobis ɔsideranda p ordinē ɔcurrūt. Primo cōsideraf res ipsa absolute inquantū est ens quoddā ⁊ sic si ɔsideref deus absolute sm esse suū. sic sumitur appropriatio Hylarij. ij. de trini. dicētis Eternitas est in patre. species in imagine. vsus in munere. sm quā eternitas appropriatur patri. species filio. vsus spūiscō. Eternitas em̄ inquantū signat nō esse pncipiatū similitudinē hꝫ cū pprio patris. q est principiū: nō de pncipio Species aūt siue pulchritudo: similitudinē habet cū pprijs filij. naꝫ ad pulchritudinē tria reqrunf. Primo qdē integritas siue perfectio. que em̄ diminuta sunt ex hoc ipso turpia sunt. ⁊ sm hoc habꝫ similitudinē cū pprio filij inquantū est filius habens in se naturā patris vere ⁊ pfecte Secūdo debita pportio siue ɔsonantia mēbrorum ⁊ sic cōuenit cū pprio filij. inquantuꝫ est imago expressa pris Vn̄ videm⁹ q qn̄ imago pfecte repn̄tat rē: q̄uis turpē dr esse pulcra Tertio claritas. ⁊ sic ɔuenit cū pprio filij in q̄tū ē vbū. qd q dē est lux ⁊ splēdor intellect⁹. vt dic Damas. Vsus aūt hꝫ silitudinē cū pprijo s. s. Nā vsus q pr ⁊ filius se inuicē fruūtur ɔuenit cū pprio spūsscti in q̄tum est amor. Vsus vo q nos fruimur deo ɔuenit cū pprio. s. s. inquātū est donū. Secūdo cōsideraf res inquantū est vna: ⁊ sic si cōsideref de⁹ in q̄tum est vn⁹. sic sumif appropriatio. Aug. i. de doctrina xpiana dicētis. In pre est vnitas. in filio eqlitas. in spūscō vnitatꝭ eqlitatisqꝫ ɔcordia. Nam vnitas dr absolute. nō presupponēs aliqd aliud. ⁊ iō patri appropriaf. q nō presupponit aliquā personā cū sit pncipiū: nō de pncipio. Equalitas aūt importat vnitatē in respectu ad alterū. Nam equale est qd hꝫ vnā quātitateꝫ cū alio. ⁊ iō equalitas appropriaf filio: q est pncipipiū de pncipio. Cōnexio aūt iportat vnitatē aliquorum duorum. Vn̄ appropriaf spūiscō in q̄tum est a duob⁹. Tertio ɔsideraf res in q̄tū inest ei virt⁹ ad operandū ⁊ sic si ɔsideref deus inquātū est in eo vtus ad operandū. sic sumif appropriatio Aug. dicēt. In patre est potētia: in filio sapiā: in spūscō bonitas Potentia em̄ hꝫ rōnem pncipij. ⁊ sic hꝫ similitudinē cuꝫ patre celesti q est pncipiū totius deitatis. Sapientia habet similitudinē cū filio celesti inquantū est verbuꝫ qd nihil aliud est nisi ɔceptus sapiētie. Bonitas aūt cū sit rō ⁊ obiectum amoris hꝫ similitudinē cū spūscō vel dono q est amor.

Quarto cōsideratur res sm habitudinem quā habet ad pducta ⁊ sic si consideraf deus in habitudine ad suos effectus: sumitur appropriatio Aug. libro de trini dicentis. Non confuse accipiendum est qd dicit apostolus. Ex ipso ⁊ per ipsum. ⁊ in ipso. Ex ipso dicens propter patrem per ipsum pter filium. in ipso propter spiritumsanctuꝫ. Inquantū em̄ hec prepositio ex: importat habitudinem cause efficientis: que quidem competit deo ratione sue potentie actiue. sic appropriatur patri sicut ⁊ potentia. Inquantū em̄ hec pposítio p: designat habitudineꝫ forme per quā agens operaf. Sicut dicim⁹ q artifex operaf p artē: sic appropriaf filio q est ars ⁊ sapiā. put vero res cōtinentur a deo inquantū deus sua bonitate eas inesse conseruat ⁊ gubernat ad finem conuenientem adducendo Sic ly in ipso appropriaf spūisancto sicut ⁊ bonitas.

Secundo si dixero vobis

celestia Angelorum in qbus relucet imago trinitatis credetis. Nam quantū ad id inq cōs

fiderat rõ imaginis: qđ est natura intellectu
alis. imago dei pfecte est in angelis. ſm illđ
Ezech. xxviij. Tu signaculũ similitudis. ple
nus sapia. pfect⁹ decore. in delitijs padisi dei
fuisti. Imago aũt trinitatis ẽ in angelis q̃tũ
ad quattuor. Primo q̃tum ad distinctiõez
hierarchiarũ. In angelis em̃ tres hierarchie
distinguũtur. Nã superiores angeli hñt vniũ
saliorẽ cognitionẽ v̾itatis q̃ inferiores. Hec
aũt vl̾is acceptio cognitõis ſm triplicẽ gra
dum in angelis põt distingui. possunt em̃ rõ
nes rerũ de q̃bus angeli illuminant̃ ꝯsidera
ri triplicit̃. Primo ſm q̃ pcedũt a pncipio
vl̾i qđ est de⁹. ⁊ iste mod⁹ ꝯuenit pme hierar
chie: q̃ imediate ad deũ extẽdit̃: ⁊ in vestibul̾
dei collocat̃. vt Dyo. dic̃. iiij. c. cele. hierarchie.
Secũdo put hui⁹ rõnes dependẽt ab vl̾ib⁹
causis creatis. q̃ iam aliquo mõ multiplican
tur. ⁊ hic mod⁹ cõuenit scđe hierarchie. Ter
tio ſm q̃ hui⁹ rõnes applicant̃ singulis reb⁹
⁊ put dependẽt a pprijs causis. et hic mod⁹
cõuenit infime hierarchie. Secũdo quantũ
ad distinctionẽ ordinuz. Nam ipa rõ hierar
chie reqrit ordinũ diuersitatẽ. q̃ q̃dem diuer
sitas ordinũ ſm diuersa officia ⁊ act⁹ cõside
rantur. Sicut in vna ciuitate sunt diuersi or
dines ſm diuersos actus. In ciuitatib⁹ em̃
triplex ordo hoim inuenit̃. Quidã em̃ sũt su
premi: vt optimates. Quidã infimi: vt vilis
pplus. Quidã medij: vt pplus honorabilis.
Sic ⁊ in q̃libet hierarchia angelica ordies di
stingunt̃ ſm diuersos act⁹ ⁊ officia. Et ppt̃
hoc Dyo. vi. ca. cele. hierarchie ponit tres or
dines in q̃libet hierarchia. Tertio q̃tuz ad
distinctionẽ in eodẽ ordine. Licet em̃ omẽs
angeli vni⁹ ordinis sint aliq̃ mõ equales quã
tum ad cõmunem similitudinẽ: ſm quã ꝯsti
tuũtur in vno ordine: tñ simplicit̃ nõ sunt eq̃
les. Unde Dyo. dicit. iiij. ca. cele. hierarchie.
Q2 in vno ⁊ eodẽ ordine angeloꝝ est accipe
pmos: medios ⁊ infimos. Quarto ſm di
stinctionẽ actuũ. Nã vt Dyo. dicit. viij. ca. ce
le. hierarchie. Angeli scđe hierarchie purgan
tur. illuminantur et perficiũtur per angelos
prime hierarchie.

Tertio si dixero vobis ce

lestia celoꝝ in quibus relucet vestigiũ trinita
tis credetis. Naz celũ dicit̃ quattuor modis
in scripturis: in quibus sanctissima trinitas
relucet. Primo em̃ dicit̃ celũ pprie ⁊ natu
raliter: ⁊ sic dicit̃ celũ corpus aliqđ sublime ⁊
luminosum actu vel potentia; ⁊ incorruptibi
le p naturam. Et ſm hoc ponũtur tres celi.
Primũ totaliter lucidũ: qđ vocat̃ empireũ.
Secũdum totaliter dyaphanũ: qđ vocatur
celũ cristallinũ. Tertium partim dyaphanuz
⁊ partim lucidũ actu: qđ vocat̃ celũ sydereũ:
⁊ diuidit̃ in octo speras. s. sperã stellarũ fixa
rum. ⁊ vij. speras planetarũ. Secũdo dicit̃
celum p pticipationez alicui⁹ pprietatis cor
poris celestis. s. sublimitatis ⁊ luminositatis
actu vel potentia. ⁊ sic totũ istud spaciũ quod
est ab aq̃s vsq̃ ad orbez lune. Damas. ponit
vnũ celũ. noĩans ipsum celũ aereuz: ⁊ sic ſm
eũ sunt tres celi: aereũ sydereũ. ⁊ empireum.
de quo intelligit̃: qđ aplus legitur rapt⁹ vsq̃
ad tertiũ celũ. Tertio dicit̃ celũ aliqđ spũa
le bonũ: in quo est scõꝝ beatifica remunera
tio. Unde Luce. vi. dicit̃. Merces vr̃a mul
ta est in celis. vt Augu. exponit. ⁊ sic ſm euz
sunt tres celi. ppter tres dotes aĩe. Prima ẽ
visio q̃ succedit fidei. Secũda est cõprehẽsio
q̃ respondet spei. Tertia est fruitio que cõne
ctitur charitati. Nõ em̃ apud nos: oĩe qđ vi
det̃ iam tenet̃ vl̾ habet̃. quia vident̃ interdũ
distantia: vel q̃ nõ sunt in potestate nostra.
Neq̃ iterũ omibus q̃ habemus fruimur. q2
vel nõ delectamur in eis: vel q2 nõ sunt vlti
mus finis nostri desiderij. vt nr̃m desideriuz
impleant. ⁊ quietent. Sed hec tria hñt beati
in deo; quia ⁊ vidẽt ipm̃: ⁊ videndo tenẽt si
bi p̃sentem: in ptãte hñtes semp eũ videre ⁊
tenentes fruũtur: sicut vltimo fine desideriuz
implente. Quarto dicit̃ celũ aliqđ gen⁹ sup
naturalis visionis ſm ordinẽ potentiarũ co
gnoscitiuarũ: vt pmuz celũ dicat̃ visio super
mundana corporalis q̃ fit p sensum: sicut vi
sa est manus scribentis in pariete, Danie. v.
Scđm autẽ celum fit visio imaginaria. puta
quã vidit Esaias. ⁊ Johãnes in Apocalipsi.
Tertiũ vero celũ dicat̃ visio intellectualis: q̃
angeli ⁊ scẽ aĩe fruũtur dei cõtemplatiõe. de
q̃bus exponit Aug. xij. sup Geñ. ad litterã.
Q2 paul⁹ est raptus vsq̃ ad tertiũ celuz ⁊c̃.

Quarto si dixero vobis

celestia elementoꝝ. in q̃bus splendet signũ
sanctissime trinitatis credetis. Sũt em̃ quat
tuor elementa: velut pncipia rerũ corruptibi
lium: in q̃bus imp̃ssum est signũ scẽ trinita
tis. Primũ elementũ est ignis: in q̃ quidẽ ẽ
spẽs ignis splẽdor ⁊ calor. Splẽdor ab igne
nascit̃. Calor ab igne ⁊ splẽdore gñat̃. Unde
dic̃ Aug. splẽdor ẽ de igne. calor v̾o de vtroq̃
⁊ tñ coeua sunt. Da mihi ignẽ sine calore et

splendore: ⁊ credam patrē sine filio: ⁊ spūsā-
cto. Secūdum elementū est aer: in quo sā-
ctissima trinitas mirabilia opata est. Nā pa-
ter in voce ꝑtestāte manifestatꝰ sup xp̄m ba-
ptizatū. tanꝙ actor vocis: vel loquēs p voce
⁊ quia ꝓpriū est patri ꝓducere verbū. qđ est
dicere vel loqui. iō cōuenientissime pater per
vocē manifestatꝰ est. qđ signat vbū. Vñ ⁊ ip
sa vox a patre emissa filiationē vbi ꝑtestatꝰ
Math. iij. Ecce vox de celis dicēs. Hic est fi-
lius meꝰ dilectus. Filiꝰ etiā in sua passiōe no-
luit pati sub tecto: nec ī tēplo iudaico: ne pu-
taretꝰ p vna tm̄ plebe oblatꝰ: sed in aere cōi:
vt sacrificiū esset cōe: qđ cōis est purificatio.
Etiā ascendēs in celū p aera trāsiuit: vt per
sacrā ascensionē sui corpis mūdaretꝰ aeris in
fectio. Sp̄s aūt scūs datꝰ est apostolis ī spe-
cie flatus ⁊ aeris. Joh. xx. Insufflauit ⁊ dixit
Accipite spm̄ sanctū. Tertiuȝ elementū est
aqua: in qua trinitatē psonarū ondit. Dyo.
li. de diui. no. Pater em̄ est instar fontis. Fi-
lius instar riui a fonte ꝓcedentis. Spūssan-
ctus instar stagni a fonte ⁊ riuo emanantis.
Et sicut fōs generat riuū: sic pater gñat filiū.
Fons ⁊ riuus faciūt stagnū. q̄ pater ⁊ filiꝰ
spirāt spm̄ sanctū. Fons a nullo ꝓcedit: q̄ pr̄
a nullo existit. Et tñ in fonte: riuo: ⁊ stagno: ē
eadē aqua. quia in patre ⁊ filio ⁊ spūsancto:
est eadē substantia. Quartuȝ elementū est
terra: in qua demonstrata est psonarū trini-
tas. ex hoc qđ dȝ. ij. Joh. pmo. Tres sunt q̄
testimoniū dant in terra. Spūs: aqua: ⁊ san-
guis. Nā ex latere xp̄i fluit aq̄ ad nos abluē-
dum: p sacramentū baptismi. sanguis autē
ad redimendū. spūs aūt positus est a xp̄o ad
eos pr̄i recōciliādū q̄ testātꝰ trinitatē psoaꝝ.

Quito si dixero vobis celestia Patriarcharū

in q̄bus figurata est tri-
nitas psonarum. credetis. Adam credidit
mysteriū trinitatis: quia sic fuit creatꝰ ⁊ insti
tutus a deo vt haberet sciam oīm ad instru-
ctionem ⁊ gubernationē gñis humani. Ad
gubernationē aūt vite ꝓprie ⁊ alioꝝ: nō solū
req̄ritur cognitio eoꝝ q̄ naturaliter sciri pñt.
Sȝ etiā cognitio eoꝝ q̄ rōneȝ naturalē exce-
dūt. eo ꝙ vita hoīs ordinatꝰ ad quendā finē
supnaturalem: sicut nobis ad gubernationē
vite nr̄e necessariū est cognoscere q̄ fidei sūt
Vñ ⁊ de his supnaturalibꝰ pmus homo tā-
tam cognitioneȝ accepit: quāta erat necessa-
ria ad gubernationē vite humane ſm statuȝ
illū. Unde vidit deum in tribus psonis in ra
ptu quādo deus īmisit soporē in Adā. Gen.
ij. Noe credidit mysteriū trinitatis: qñ in ar-
cha saluatus est. i. in celesti glia. cū tribus fi-
lijs. i. cū fide sancte trinitatis. Abrahā credi-
dit mysteriū trinitatis: in tribꝰ viris descendē
tibus p viā. Nam tres vidit ⁊ vnū adorauit.
vt dȝ Gen. xviij. Isaac credidit mysteriū
trinitatis. qñ fodit tres puteos. vt dȝ Gen.
xxvj. Jacob credidit mysteriū trinitatis: qñ
vidit schalam triū graduū. Gen. xxviij. Jo-
seph credidit mysteriū trinitatis: qñ vidit tres
palmites in vna vite. Gen. xl. Moyses cre-
didit mysteriū trinitatis: qñ tres solēnitates
pcipuas instituit. ad q̄s cōueire debebāt oēs
iudei. Exo. xxiij. etiam Exo. v. dixit. Deus he
breoꝝ vocauit nos vt camꝰ viā triū dierū in
solitudine. i. vt p fidē trinitatis ei in hac vita
in qua peregrini sumꝰ fideliter seruiamus. q̄
sic ad salutem perueniumus.

Sexto si dixero vobis celestia Prophetarū

q̄ spū ꝓphetico mysteriuȝ
sancte trinitatis cognouerūt ⁊ vobis annun
ciauerunt credet. David in ps. dixit. Verbo
dñi celi firmati sunt. ⁊ spū oris eiꝰ oīs virtus
eoꝝ. Per dñm intelligens patrē. q̄ ipse iuo-
cabit me. pater meꝰ es tu. Per verbū intelli-
gens filiū. dñs dixit ad me: filius meꝰ es tu.
Per spm̄ intelligēs spm̄ sanctuȝ. q̄ spm̄ scm̄
tuū ne auferas a me. Salomon ꝓuerbi. xxx.
Tria sunt mihi difficilia: quia trinitatē ī vni
tate impfecte cognouit. Esaias. vi. dixit. Se-
raphin clamant ⁊ dicūt: Scūs. scūs. sanctꝰ:
dñs deꝰ exercituū. plena est oīs terra maiesta
te eiꝰ. Cū em̄ ter dicit scūs ondit trinitatē p
sonarū. Cū semel dicit. dñs deus: ondit vnita
tem essentie. Jeremias. i. e. dicit. A. a. a. dñe
deꝰ. Cum tertio dicit. a. designat trinitatē pso
narum. qđ aūt singulariter dicit: dñe deꝰ: ostē
dit vnitatē essentie. Dañ. iij. dicit. ꝙ appatue
runt tres digiti q̄si manꝰ hoīs scribētis. appē
dit. numerauit. diuisit. Manꝰ ista est deꝰ qui
oīa creat. in qua manu sunt tres digiti. i. tres
psone. de q̄bus dȝ Esa. xl. Quis appēdit tri-
bus digitis molē terre. Quāuis q̄ isti tres di
giti hēant appēdere. numerare ⁊ diuidere. ta
mē pater p suā potentiā oīa appēdit. i. omia
portat ⁊ custodit. Filius p suā sapiāȝ oīa nu-
merat. i. cognoscit ⁊ inuestigat. Spūssanctꝰ p
suā bōitatē oīa diuidit. i. dōa sua oībꝰ tribuit.

Septimo si dixero vobis

celestia sciaruȝ: expimentiū scissimā trinitatē

credetis. Grāmatica enī q̄ est sciā recte loquendi recteq̄ scribēdi exp̄mit hāc trinitatē. Cū inter oēs ptes orōnis declinabiles: non nisi tres psonas assumit. s. p̄mā de se loquentem. hec significat patrē: ⁊ scdam ad quā prima loqtur. ⁊ h̄ significat filiū: ⁊ tertiā de q̄ prima loqtur ad scdam. ⁊ h̄ significat spm̄scm̄. Etiā in noīe nō nisi tres articlos distinguit. etiā in nūero triplicē numerū statuit. s. singularē, dualē. ⁊ p̄lalem. Rhetorica q̄ est bn̄ dicendi sciā ad psuadendum iusta ⁊ bona hāc trinitatē exponit: cū tria gn̄a causaꝝ assumit scꝫ deliberatiuū. demōstratiuū. iudiciale. Eiꝰ enī suasio tribꝰ locis diuidit̄. s. honesto, vtili, possibili. eiꝰ etiā laudis ordo tribꝰ tpibꝰ cōprehendit̄. s. ante ip̄m i ip̄o, pꝰ ip̄m. Dyalectica q̄ est rōnalis sciā atq̄ argumētatiua hāc trinitatē exp̄mit. cū in syllogismo tres termios assumit. tres ꝑpōnes cōstituit. q̄s p tres figuras ordinat ⁊ distinguit. Philosophia q̄ est rerum humanarū cognitio bn̄ viuēdi rōni piuncta. hāc trinitatē exp̄mit. cū se in tres spēs diuidit. s. in naturalē siue phisicā q̄ rerū naturas disserit. i ethicā siue moralē. q̄ mores hoīm disq̄rit in rōnalem siue logicā: q̄ in naturalibꝰ ⁊ moralibꝰ veritatē inq̄rit. Rerū naturas deꝰ pater condidit. Mores hoīm deꝰ filius instituit. Veritatē oīum rerū atq̄ cognitionē deus spūssanctus edocuit. Arithmetica q̄ est disciplina numeroꝝ. hanc trinitatē exprimit. cū numero ternario vtit̄ q̄ est in diuinis psonis. nō aūt ꝑut vtit̄ noīe triplicitatis q̄ est spēs ꝑportiōis inequalis. Sicut pꝫ p Boetiū in arithmetica. vn̄ in diuinis psonis nō est triplicitas, s̄ trinitas. Cū enī dicimꝰ trinitatē in vnitate nō ponimus numerū in vnitate essentie. quasi sit ter vna. Sed psonas numeratas ponimꝰ in vnitate nature. Sicut supposita alicuiꝰ nature dicūt̄ esse vnū in illa natura. Ecōuerso aūt dicimꝰ vnitatē in trinitate: sicut natura dicit̄ esse vna in suis suppositis. Geometria q̄ mēsuras dimēsionesq̄ cōplectitur. hanc trinitatē exp̄mit. cum equalitatē inter diuinas psonas transsumit. Vn̄ hylarius li. de synodis dicit. Tolle corporum infirmitates tolle ꝯceptus mulierū. tolle dolores ⁊ oēm humanā necessitatē oīs filius s̄m naturalē natiuitatē eq̄litas p̄ris est. q̄ est initiū similitudo nature. Et Athanasius dicit Tres psone sibi sunt coeq̄les, nō et eq̄litas dicit dimensiuā quātitatem. sed diuine nature vnitatē. que vno numero est in psonis diuinis. Musica q̄ in carminibus canticisq̄ꝫ cōsistit. hanc trinitatē exprimit. cum in tres partes se distribuit. s. armonicā q̄ sonos acutos ⁊ g̃ues ac mediocres decernit. ⁊ rithmicam q̄ in cursu verboꝝ an benesonus an male cohereat requirit. ⁊ metricā que mensuras diuersorum metroꝝ ꝓbabili rōne cognoscit. Astronomica q̄ de mundo tractat. hāc trinitatē exprimit. cū de celo: mari: ac terra insolita plura dicit. Job aūt. xi. dicit̄. Excelsior celo est. ⁊ quid facies: ꝓfundior iferno. ⁊ vn̄ cognosces. longior terra mēsura eiꝰ. ⁊ latior mari. Per altitudinē designat̄ potētia virtutis eius sup oīa q̄ appropriat̄ patri. Per ꝓfunditatem virtus eius ad cognoscendū occulta p sapiam: q̄ appropriat̄ filio. Per latitudinem affectus dilectiōis ad omia p charitatem ⁊ amorē: q̄ appropriat̄ spirituisancto.

Medicina q̄ corporis vel tuet̄ vel restaurat salutē. hanc trinitatē exprimit. cū morboꝝ curationē tribus generibꝰ diuidit. s. farmatiuā: quā latini medicatiuā vocant. Cyrurgiā: quā latini manuū opationē appellāt. Dietā quā latini regulā nūcupant. Hec genera curatōis habuit xp̄s in humanis corporibus. de p̄mo dicit̄ Luce. iiij. Quotquot eū tangebāt salui fiebāt. Exemplum de hoīe hn̄te. xxx. annos i infirmitate. de scdo patꝫ in ceco nato qz lutū fecit ex sputo. Joh. ix. de tertio dicit̄ Math. ix. Euntes discite quid est misericordiā volo ⁊c. Sed hec opa xp̄us faciebat in noīe p̄ris sui. Vn̄ dicit Joh. v. Opa q̄ ego facio in nomine patris mei ipsa testimoniū ꝑhibent de me. etiā virtute spūssancti. Esa. xi. Spūs dn̄i sup me eo q̄ vnxerit me ⁊c. Vt mederer cōtritos corde. ⁊ Lu. xi. In spū dei eijcio demōia

Octauo si dixero vobis celestia creaturarū: in q̄bus relucet vestigiū trinitatis diuinarū psonarū crederis. Vn̄ Augu. vi de trini. dicit. Q vestigiuꝫ trinitatis in creaturis apparet. Nā in oībus creaturis inuenit̄ representatio trinitatis p modū vestigij inq̄ntum in qualibet creatura inueniūtur aliqua q̄ necesse est reducere in diuinas psonas sicut in cām. hoc oūt vestigiū inuenit̄ q̄druplicitet. Primo s̄m q̄ dicit Augu. li. v. de tri. Vestigiū trinitatꝭ inuenit̄ in vnaq̄q̄ꝫ re creata. s̄m q̄ vnū aliquid est: ⁊ s̄m q̄ aliqua specie format̄: ⁊ s̄m q̄ quendā ordinē tenet. Quelibet enī creatura subsistit in suo esse: et habet formā p quam determinat̄ ad speciē: ⁊ habet ordinem i aliquid aliud. Scdm ergo q̄ est quedam substantia creata representat

causam ꝛ ꝓ̃ncipium. ꝛ sic demõstrat personã patris. qui est principium. non de principio. Scd̃m aũt ꝙ h̃z quandã formaz ꝛ spẽm rep̃sentat verbum. scd̃m ꝙ forma artificiati ẽ ex conceptione artificis. Scd̃m aũt ꝙ habet ordinez representat spiritũsanctũ qui est amor qnia ordo effectus ad aliq̃d alterũ est ex voluntate creantis. Secũdo penes illud quod ponitur Sapien. xi. Omnia in numero pondere ꝛ mensura cõstituisti dñe. Nam mensura refertur ad substantiã rei limitatã suis ꝓ̃ncipijs numer⁹ ad speciem. pond⁹ ad ordinẽ. Tertio penes illud qd̃ ponit augu. modus species ꝛ ordo. Quarto penes illud qd̃ ponit Augu. li. lxxxiij questionũ. Qd̃ cõstat. qd̃ discernit̃. qd̃ congruit. Constat eñi aliquid per suã substantiã. discernit̃ ꝑ formã ꝯgruit per ordinem. Et li. de trinitate ostendit Augusti. imaginem trinitatis in hoĩe inducens auctoritatẽ. Gene. ꝑ̃mo. Faciam⁹ hoĩem ad imaginem ꝛ similitudinẽ nostrã. Non eñi potuit esse verbũ ad ãgelos quia ipsi creatores nõ sunt. Qd̃ ḡ dicit faciam⁹: ꝛ nr̃az ꝑl̃alitatẽ indicat ꝑsonarũ. qꝛ si nõ esset ibi ꝑl̃alitas ꝑsonis nõ diceret̃ faciam⁹ s̃ faciã nec nostrã. s̃ meã. qd̃ ṽo dicit. ad imaginẽ ꝛ siĺitudinẽ. ꝑtinet ad vnitatẽ substãtie. que si nõ esset ibi nõ diceret̃ ad imaginẽ sed ad imagines. nec ad similitudinẽ sed ad similitudines. In homine eñi mens: notitia eius: ꝛ amor ei⁹: tria quedaz sunt. ecce mens nouit se et amat nõ eñi posset se amare nisi nosceret se. Ipsa aũt mens est quasi parens noticia eius quasi ꝓles. tertius est amor. qui quidẽ ab ipsa mẽte: ꝛ noticia procedit.

Nono si dixero vobis celestia

apostolorũ expresse docentiũ mysteriũ trinitatis, credetis. Math. vlti. dicit̃. Eũtes docete omẽs gentes: baptizantes eos in nomine pa. ꝛ fi. ꝛ spi. san. Marci vlti. dicit̃. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: salu⁹ erit Luce ꝑ̃mo dicitur. Spũssanctus supueniet in te ꝛ virtus altissimi ob. tibi ꝛc. vsqꝫ fili⁹ dei ꝛc. Joh ꝑ̃mo dicit̃. In ꝓ̃ncipio erat ṽbũ. Et i. Joh. v. Tres sunt q̃ testimoniuz dãt in celo. pater. verbũ. ꝛ spũssanct⁹ ꝛ hi. t. v. sũt. Paulus. ij Cor. xiij: dicit. Gratia dñi nostri Jesu xp̃i ꝛ charitas dei. ꝛ cõmunicatio scti spiritus sit semper cum omnibus vobis.

Decio si dixero vobis celestia

miraculorũ. declarantiũ mysteriũ trinitatis credetis. Unde tribus miraculis declaratur. Primũ ponit magister hystoriarũ scholasticarum. ꝛ Eusebius. ꝙ in natiuitate xp̃i in oriente apparuerunt tres soles. q̃ paulatim sibi appropinquãtes: in vnũ solẽ redacti sunt. per qd̃ significabat̃ ꝙ cognitio vni⁹ dei ꝛ triũ personarũ toti mũdo imminebat. Secunduz miraculũ ponit Eutropius. Cũ eñi quidã sacerdos arrianus quendã baptizaret ꝛ formã trinitatis mutaret: dicẽs. Ego te baptizo in nomĩe patris per filiũ in spiritu sancto. volens ex hoc ostendere ꝙ fili⁹ ꝛ spiritussanctus non essent patri equales. subito aqua disparuit ꝛ baptizandus ad ecclesiam catholicam cõfugit. Tertiũ miraculũ ponit Sigilbertus. Nã circa annos dñi quingẽtos q̃nquagita. cũ intra gallias arriana heresis pullularet: q̃ filiũ ꝛ spm̃sanctuz minores pr̃e affirmat: in vrbe Uasacensi: dum ep̃us eiusdem vrbis missam celebraret. vidit tres guttas clarissimas equalis magnitudinis de celo super altare descendisse que sibi paulatim appropinquãtes. vnã gemmã pulcherrimã effecerunt. quam cum in medio cuiusdaz auree crucis posuissent gemme q̃ ibi erant tantam ei⁹ pulcritudinẽ nõ ferentes subito ceciderunt. Immũdis autẽ hominibus videbatur horribilis ꝛ obscura. Mũdis aũt ꝛ puris delectabilis ꝛ clara multis ĩfirmis ꝓ̃stitit sanitatẽ. ꝛ adorantib⁹ ipsam crucẽ auxit virtutẽ Uñ Richard⁹ lib. i de trini. dicit sic. Utinaz attenderent iudei. vtinã aduerterẽt pagani: cũ quãta cõsciẽtie securitate ꝓ hac fide trinitatis ad diuinũ iudiciũ poterimus accedere. Nonne cũ oĩ̃ni cõfidẽtia deo dicere poterim⁹ Dñe si error est: a teipso decepti sum⁹. Nam hec fides tantis signis ꝛ ꝓdigijs cõfirmata est. que nõ nisi ꝑ te fieri possũt. ꝛ certe a summe sanctitatis viris nobis est tradita. cũ sũma ꝛ autentica attestatione ꝓbata. te ip̃o cooperante ꝛ sermone cõfirmante sequentib⁹ signis. hec ille.

Undecio si dixero vobis

celestia paganorũ ꝓ̃signantium mysterium trinitatis: credetis. Non eñi cognouerũt philosophi mysteriũ diuinarũ ꝑsonarum per ꝓpria: Que sunt. paternitas. filiatio. ꝛ ꝓcessio Scd̃z illud apl̃i. i. Cor. ij Loq̃mur dei sapiaz quã nemo ꝓ̃ncipuz hui⁹ seculi nouit. i. philosophorũ. ſm glo. Cognouerũt tamen quedaz essentialia attributa que appropriantur personis, sicut potentia appropriatur pr̃i: sapiẽ

tia filio bonitas spiritu͂isancto. De quibus
pħis: quattuor sunt ꝑncipales q̄ per hec ap
propriata cognouerūt aliq̄d de misterio tri
nitatis. Aristoteles ꝑmo de celo ⁊ mūdo
dixit. Omne ⁊ totū ponim⁹ sup tria. Per hūc
em̄ numerū adhibuim⁹ nosipsos magnifi-
care deū vnū eminentē ꝓprietatib⁹ eorū q̄
sūt creata. Nō ꝙ intellexerit trinitatē ꝑsona
rū in diuinis. Sed vult dicere ꝙ antiq̄ ter-
nario numero vtebant̄ in sacrificijs ⁊ oro-
nibus ꝓpter quādā ternarij numeri ꝑfectio
nem. Plato etiā in libris suis posuit: ꝙ in
ꝑncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū:
⁊ deus erat verbū. ſm qḋ dicit Aug⁹. vij. li.
ꝯfeſ. se in eo legisse, non ſm ꝙ verbū signi
ficat ꝑsonā genitā in diuinis: ſꝫ ſm ꝙ ꝑ ver
bū intelligit̄ rō ydealis rerū. per quā deus
oīa cōdidit: q̄ filio appropriat̄. Magi pha
raonis dicunt̄ defecisse in tertio signo. i. in
noticia tertie ꝑsone. s. spūssancti. vt dicit gl.
Ro. i. ⁊ Exo. viij. qꝛ licet appropriata trib⁹
ꝑsonis cognoscerent, dicunt̄ tn̄ in tertio si-
gno defecisse. i. in cognitōe tertie ꝑsone. qm̄
a bonitate q̄ spūisctō appropriat̄. deuiaue-
runt. dū cognoscētes deū: nō sicut deū glīfi
cauerūt. vt dr̄ Ro. i. Trimegistus etiā di-
xit. Monas gignit monadē: ⁊ in se suū refle
xit ardorē. Nō tn̄ referēdo ad gn̄ationē filij
⁊ ꝓcessionē. s. s. ſꝫ ad ꝓductionē mūdi. Vnō
em̄ deus ꝓduxit vnū mundū ꝓpter suip̄ si⁹
amorē. ⁊ ꝓpter h̄ dicit Hylarius lib. de tri.
Non putet hō sua intelligētia sacramentū
gn̄atiōis ⁊ ꝓcessionis se posse ꝯseq̄. Amb.
etiā dic. Mihi est īpossibile scire gn̄ationis
diuine secretū. mens deficit. vox silet: non
mea tm̄, sed etiā oīm angelorꝫ.

Duodecimo si dixero vo
bis celestia ꝗttuor manifestātiū misteriū
trinitatꝭ: credetꝭ. Virtutes em̄ theologice de
q̄bus dr̄. i. Cor. xiij. Nūc aūt manent fides:
spes: caritas. tria hec satis manifestāt ꝑso-
narū trinitatē. vñ Bern̄. in ſmone de trini.
dicit. Est trinitas ꝑ quā hō resurgit. s. fides;
spes. caritas. Fides ꝑceptorꝫ. articulorꝫ. sa-
cramentorꝫ. Spes venie. grē. glīe. Caritas
de corde puro. cōscientia bona. ⁊ fide nō fi-
cta. hec Bern̄. Fides trinitatis diuinarum
personarū: est nobis necessaria tripliciter.
Primo ad recte sentiendū de creatione re
rum. Per hoc em̄ ꝙ dicimus deū oīa fecisse
verbo suo: excludit̄ error ponentiū deū ꝓdu
xisse res ex necessitate nature. Per hoc au
tem ꝙ ponimus in eo ꝓcessionē amoris:
ostendit̄ ꝙ de⁹ non ꝓpter aliquā indigen
tiā ꝓduxit creaturas. neqꝫ ꝓpter aliquā cau
sam extrinsecā: sed ꝓpter amorē sue bonita
tis. Vñ ⁊ moyses postq̄ dixerat. In ꝑnci-
pio creauit deus celū ⁊ terrā. subdidit. dixit
deus. Fiat lux ad manifestationē diuini v-
bi. ⁊ postea dixit. Vidit deus lucem ꝙ esset
bona: ad oñdendū approbationē diuini a-
moris. Et similiter in alijs operib⁹. Aliomō
⁊ ꝑncipalius ad recte sentiendū de salute
gn̄is humani. q̄ ꝑficit̄ ꝑ filiū incarnatū: ⁊ ꝑ
dona. s. s. Tertio ad cōsecrationē baptismi
cui⁹ principalis cā a qua virtutē hꝫ: est scā
trinitas, in cuius significationē fit trina im
mersio in baptismo aque. Vñ Aug. in quo
dā ſmone de symbolo; dixit ad baptizatos
Recte tertio mersi estis. qꝛ accepistis ba-
ptismū in noīe trinitatis. hec aūt fit ad ma
iorē expressionē; non autē ad necessitatē sa
lutis. Spes autem trinitatis est nobis ne
cessaria ꝓpter tres partes penitētie, q̄ sunt
contritio. cōfessio. ⁊ satisfactio. Nam ex par
te penitentis req̄ritur ꝑmo volūtas recom-
pensandi: qḋ q̄dem fit per cōtritionē. Secū
do ꝙ se subijciat arbitrio sacerdotꝭ loco dei.
qḋ fit in ꝯfessione. Tertio ꝙ recōpenset ſm
arbitriū ministerij dei. qḋ fit in satisfactione
Luce. iij. Facite fruct⁹ dignos penitentie.
Caritas autē trinitatis est nobis necessa-
ria ꝓpter tria. Primo propter demonum
expulsionem: qḋ significat̄ in quodam fide-
li notario apud Constātinopolim. quē cum
q̄dam magus duxisset ad ꝯspectū maxime
multitudinis demonū a sedente in trono in
terrogatus: an seruus eius fieri vellet. Si-
gnans se signo crucis ait. Ego sum seruus
sanctissime trinitatis. Et statim illa multi-
tudo demonū aufugit. Secundo ꝓpter
tribulationum propulsionem. Cum enim
grauis pestilentia Constantinopolim op-
primeret. Quidam puer de medio populi
raptus in celum. canticum sancte trinitatis
scilicet sancte deus. Sancte fortis. Sancte
⁊ immortalis saluator mundi: miserere no-
bis. ab angelis edoctus est quod cum redi-
ens coram populo decantasset. mox omnis
pestilentia est fugata. Tertio ad malorū
conuersionem. Nam cum archiepiscopus
obrucineñ. Symoniacus esset ⁊ omnes te-
stes pecunia corrupisset. Quidam legatus
vir sanctus ei precepit: vt versum Sancte
Trinitatis, scꝫ Gloria patri ⁊ filio et spi-

ritui sancto diceret rogans deū ꝙ si simoniacus esset spm̄ sanctū cui iniuriā fecerat: noīare nō posset. qđ ⁊ factū est: ⁊ sic ille deꝓhēsus pctm̄ suū humiliter est cōfessus ⁊ penitentiā egit. Hanc trinitatē David inuocās dixit in ps. Benedicat nos deus de⁹ noster. bn̄dicat nos deus. ⁊ metuāt eū oēs fines terre. In h̄ ꝙ ter dicit deus: oñdit ꝑsonarū trinitatē. In hoc ꝙ singulariter dicit eū: oñdit essentie vnitatem. Credam⁹ ergo firmiter hanc trinitatē ꝑsonarū: ⁊ essentie vnitatē: vt hic habeamus gratiam: ⁊ in futuro gloriam. Amen.

In festo corporis xp̄i. Sermo. xxxvi.

Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis me⁹ vere est pot⁹

Johā. vi. Paulus apl's. Heb. ij. ca. dicit. Quia ergo pueri cōicauerūt carni ⁊ sanguini: ⁊ ipse similit' ꝑticipauit eisdē vt ꝑ mortē destrueret eū q̄ mortis habebat imperiū. i. diabolū: vt liberaret eos q̄ timore mortis ꝑ totā vitā obnoxij erant seruituti. Sup quo talē moueo q̄stionem. Utrū oībus fidelibus sacro fonte ablutis: sacramēti eucharistie cōicatio sit de necessitate salutis. Ad istā q̄stionē rn̄dent tres doctores noui testamēti.

Primus est Alexander papa q̄ntus a Petro. vt habet' de cōse. di. ij. ca. nihil. dicens sic. Nihil in sacrificijs maius esse pōt: ꝙ corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i. nec vlla oblatio hac potior est. s; hec omēs excellit: q̄ pura cōsciētia dn̄o offerenda est: ⁊ pura mēte sumēda: atq; ab oīibus venerāda: ⁊ sicut potior est ceteris: ita potius excoli ⁊ venerari dz. hec ille. Secūdus est Eusebeius: vt habet' e adē dis. dicens sic. Quia corp⁹ assumptū ablaturus erat ab oculis fideliū ⁊ syderib⁹ illaturus necesse erat vt in die cene sacm̄ nobis corporis ⁊ sanguis sui cōsecraret: vt coleret' iugit' ꝑ mysteriū qđ semel offerebat' in p̄ciū: vt q2 q̄tidiana ⁊ indefessa currebat ꝑ oīm salute redēptio: ꝑpetua esset redēptiōis oblatio: ⁊ ꝑhēnis illa victia viueret in memoria: ⁊ semꝑ p̄ns esset in grā. hec ille. Tertius est sanctus Tho. iij. pte. q. lxxiij. articulo. iij. dicēs sic. In hoc sacramēto est duo ꝯsiderare. s. ipm̄ sacm̄ ⁊ rē sacramēti. Res sacramēti est vnitas corporis mistici sine qua nō pōt esse salus. Nulli eñ pz aditus salutis extra ecclīam. Sicut nec in diluuio absq; archa Noe. que significat ecclesiā. vt habet'. i. Pe. iij. Res aūt alicui⁹ sacramēti haberi quidē pōt ante ꝑceptionē sacramenti ex ipso voto sacramēti ꝑcipiendi. Unde ante ꝑceptionē huius sacramēti pōt homo habere salutē ex voto ꝑcipiēdi hoc sacramentū. sicut ⁊ ante baptismū ex voto baptismi. Tamen est differētia q̄tum ad duo. Primo q̄dem q2 baptism⁹ est p̄ncipiū spūalis vite ⁊ ianua sacramentoꝝ. Eucharistia vero est q̄si cōsūmatio spūalis vite: ⁊ oīm sacramentoꝝ finis. Per sanctificationes eñ oīm sacramētoꝝ fit p̄paratio ad suscipiendā ⁊ cōsecrandā eucharistiā. ⁊ ideo ꝑceptio baptismi est necessaria ad inchoandā spūalem vitā. Perceptio aūt eucharistie est necessaria ad cōsumandā ipam: nō ad hoc ꝙ simplicit' habeat' sed sufficit eā habere in voto: sicut ⁊ finis habetur in desiderio ⁊ intentione. Alia differētia est: q2 per baptismū ordinat' homo ad eucharistiā. ⁊ ideo ex hoc ipo ꝙ pueri baptizātur ordinant' ꝑ ecclīam ad eucharistiā. ⁊ sic sicut ex fide ecclīe credūt. sic ex intētōe ecclīe desiderant eucharistiā. ⁊ ꝑ cōsequēs recipiūt rem ipsius. Sed ad baptismū nō ordinat' ꝑ aliud p̄cedens sacramentū. ⁊ ideo ante susceptionem baptismi nō habent aliquo mō pueri baptismū in voto. sed soli adulti. Un̄ rem sacramēti ꝑcipere nō possunt sine ꝑceptione sacramēti. ⁊ ideo hoc sacramentū nō hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus. Potest eñ aliquis xp̄o incorporari voto mētis. etiā sine hui⁹ sacramenti pceptione. Unde Augu. in ep'la ad Bonifa. dicit. Nulli est aliquatenus ambigendū. tunc vnūquēq; fidelium corporis sanguinisq; dn̄ici participē fieri. q̄n in baptismate membrū corporis xp̄i efficit': nec alienari ab illi⁹ panis calicisq; cōsortio. etiā si anteq̄ panē illū comedat ⁊ calicem bibat. de hoc seculo in vnitate corpis xp̄i cōstitut⁹ abscedat. hec Thomas. Sciendū ꝙ hec v̄ba xp̄i nō ꝯtradicūt legi dei: put quidem existimāt licet in supficie videant' stupēda. Sūt eñ quattuor auctoritates legis dei. q̄ dissuadent esum carnis cū sanguine. Prima est Geñ. ix. Omē qđ mouet' ⁊ viuit: erit vobis in cibū. Quasi olera virētia tradidi vobis oīa. excepto ꝙ carnē cū sanguine nō comedetis. Sanguinē eñ aīarum vestrarū requiram de manu cunctarū bestiarū ⁊ de manu hoīs. Quicūq; effuderit sanguinē humanū: effundet' sāguis illi⁹. Secūda ē Leui. vij. Sanguinē quoq; oīs aīalis nō sumetis in cibū: tam de auibus q̄ de pecoribus. Omnis aīa que ederit sanguinē: peribit de populis suis. Tertia est Deutero. xij. Hoc solū caue: ne sanguinē comedas. Sāguis eñ corꝝ

pro aīa est: et idcirco nō debeas aīam comedere cū carnibus: sed sup terrā fundes quasi aquā: vt bene sit tibi. ꝛ filijs tuis post te cū feceris qd placet in cōspectu dn̄i. Quarto ē i. iReg. xiiij. Comedit populus carnes cū sāguine. Nunciauerūt sauli dicētes ꝙ populus peccasset dn̄o comedēs cū sanguine. qui ait. preuaricati estis ꝛc. Sunt aūt quattuor auctoritates in lege xp̄i: quibus mandat᷑ vt comedamus carnē cū sanguine. Prima ē Johan. vi. Ego sum panis viuus qui de celo descendi: si qs manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. panis quē ego dabo: caro mea est ꝓ mūdi vita. Secūda est eiusdē ibidē. Nisi manducaueritis carnē filij hoīs: ꝛ biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnē meā ꝛ bibit meū sanguinem: habet vitā eternā: Tertia est pauli apl̄i i. Cor. xi. Dn̄s Jesus ī qua nocte tradebatur accepit panē ꝛ grās agens fregit et dixit. accipite ꝛ mādūcate hoc est corp⁹ meū Similiter ꝛ calicē postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunqꝫ bibetis in meā cōmemorationem. Quarta est Apoc. xix. Vidi vnū angelū stantē in sole ꝛ clamauit voce magna. dicens oībus auibus q̄ volant p mediū celū. Venite ꝛ cōgregamini ad cenā dei magnā: vt manducetis carnes. Ad tollendam hāc cōtrarietatē vtriusqꝫ legis. Respōdendū est p̄mo: ad p̄mas quattuor auctoritates. Vñ scūs Tho. p̄ma scd̄e. q. cxiij. articulo. iij. dicit sic. Hoc aūt generaliter obseruabatur: ꝙ sanguis ꝛ adeps nō veniebāt neqꝫ in vsum sacerdotū: neqꝫ in vsum offerentiū: sed sanguis effundebat᷑ ad pedes altaris in honorē dei. Adeps autē cōburebat᷑ in igne. Cuius rō vna quidē fuit ad excludendū idolatriā: q: idolatrantiū cōsuetudo erat: vt sanguinē adunatū cōgregarent ad comedendū in honore idoloꝝ: qbus reputabāt sanguinē acceptissimū esse vñ libabāt de sanguie victimarū ꝛ comedebāt adipē. ꝓm illō Deutero. xxij. de quoꝝ victimis comedebant adipes. ꝛ bibebāt vinū libaminū. ideo dn̄s mādauit vt sanguis effunderet᷑ ꝛ ꝙ puluere operiretur.

Secūda rō est ad informationem humane vite. ꝓhibebat᷑ enī vsus sanguinis ad hoc ꝙ horrerēt humani sanguinis effusionē. Esus vero adipū ꝓhibebatur eis ad vitandū lasciuiam. Unde dr̄ Ezech. xxxiiij. Qd crassum erat occidebatis. Tertia ratio est ꝓpter reuerentiam diuine maiestatis. q: sanguis est maxime necessarius ad vitā rōne cui⁹ anima dicit᷑ esse in sanguine. adeps vero abundantiam nutrimenti demōstrat. ꝛ ideo vt ostenderetur ꝙ a deo nobis est ꝛ vita ꝛ oīs bonorum sufficiētia: ad honorē dei effundebat᷑ sāguis ꝛ adurebatur adeps. Quarta ratio ē, quia p hoc figurabatur effusio sanguinis xp̄i ꝛ pinguedo charitatis eius p quā se obtulit deo ꝓ nobis. hec Tho. Auctoritates legis xp̄i nō loquūtur de manducatiōne corporali: sed sp̄ūali. sicut dicit Augu. lib. de remedio penitētie. vt hr̄ de ꝯse. di. ij. ca. Ut q̇d paras dentem ꝛ ventrē: Crede ꝛ manducasti. Credere enī in eū. hoc est panē viuū māducare. Qui credit in eū manducat eū. hec ille. Xp̄s ergo nō manducat᷑ corporaliter ad refectionē vite corporalis. sed sp̄ūalis. Qd ꝑꝫ. Nā cū dn̄s dixisset. Nisi māducaueritis carnē filij hoīs ꝛc. Multi ex discipulis eius audientes dixerunt. Durus est hic sermo. q̇bus ip̄e dn̄s ait. Sp̄ūs est q̇ viuificat. caro aūt nō ꝓdest q̄q̄ quasi diceret ꝓm expōnem Aug. sup ps. iiij. Sp̄ūaliter intellige q̄ locutus sum. Nō h̄ corpus qd videris māducaturi estis. ꝛ bibituri illū sanguinē quē fusuri sunt q̇ me crucifigēt. Sacramentū aliqd vobis cōmēdaui. qd spiritualiter intellectū viuificabit vos. Non enī erat manducandū in ea sp̄ē qua ab eis videbatur. sed sp̄ūaliter. Nam sacramēta ecclesie ordināt᷑ ad subueniēdū homini in vita spirituali. Vita aūt sp̄ūalis vite corporali cōformatur. eo ꝙ corporalia sp̄ūaliū similitudinē gerūt. Manifestū est autē ꝙ sicut ad vitam corporalē requirit᷑ generatio p quā homo vitam accepit. ꝛ augmentū quo homo pficitur ad vitā. ita etiā req̇ritur alimentū quo hō cōseruatur in vita. Et ideo sicut ad vitam sp̄ūalem oportuit esse baptismū. qui est sp̄ūalis regeneratio. ꝛ cōfirmationē que est sp̄ūale augmentum. ita oportuit esse sacramentū eucharistie qd est sp̄ūale alimentū. Ordinatur enī ad sp̄ūalem refectionē q̄ corporali cōformatur. Ad corporalē aūt refectionē duo req̇rūtur. s. cib⁹ q̇ est alimētū siccū: ꝛ pot⁹ q̇ est alimentū humidū. Et iō etiā ad integritatē huius sacri duo ꝯcurrūt. s. sp̄ūalis cib⁹ ad salutē corporis. ꝛ sp̄ūalis pot⁹ ad salutē aīe. ꝓpterea dicit᷑. Caro mea vere est cibus ꝛc.

Caro mea vere est cibus.
- Angelorum.
- Electorum.
- Justorum.
- Viatorum.

Comprehensorum.
Catholicorum.
Philosophorum.

Primo caro Christi vere est cibus angelorum. Nam quantum ad effectum huius sacramenti manna fuit precipua eius figura quantum ad sex. Primo manna erat nature mirabilis quia in radio solis liquefiebat: et ad ignem indurabatur. sic corpus christi in cordibus vanis liquefit et evanescit. In cordibus vero ignitis per charitatem: perdurat et in celum deducit. et sicut mali sumunt hoc sacramentum ad sui damnationem. sic boni ad consolationem. Secundo quando descendebat manna de celo descendebat simul et ros celi. Sic quando corpus christi sumitur a dignis: confert eis simul gratia dei et virtutes immo eas auget cum invenit. Tertio manna erat album: et ad modum nivis candidum. Sic communicans debet habere cor mundum et purum. Quarto manna habebat in se omne delectamentum cibi terrestris. sic eucharistia habet in se omne delectamentum cibi celestis: quod non sentitur in masticatione cibi. sed in sanctis meditationibus: et in contemplatione celestium sursum elevando mentem per gratiam. Quinto gustus manne convertebatur in omnem saporem unusquisque desiderabat. Sic dulcedini huius sacramenti nullus sapor assimilatur. quia si quis perfecte gustaverit eius dulcedinem: reputabit delectationes mundi absinthium. Exemplum. Petrus in monte thabor: gustans de hac dulcedine dixit christo. Domine bonum est nos hic esse etc. Unde Greg. Gustato spiritu desipit omnis caro.
Sexto moyses precepit populo ut mane ante solis ortum exirent et singuli pro illo die unum gomor colligerent. sed miraculo dei voraces: qui plus colligerant quando redibant ad propria non inveniebant plusquam unum gomor. qui autem non plenum gomor colligerant quando redibant ad propria plenum gomor inveniebant. Sic communicans qui plures hostias sumit non habet plus quam ille qui unam tantum sumit. Similiter ille qui acceperit particulam hostie: non minus habet quam ille qui integram vel plures sumpserit. Recte ergo manna quod significabat corpus christi. dicitur cibus angelorum quadrupliciter. Primo quantum ad prefigurationem. Nam manna formabatur in celo ministerio angelorum. ps. Panem celi dedit eis: panem angelorum manducavit homo. Secundo quantum ad visionem. Nam corpus christi est in hoc sacramento per modum substantie. Substantia autem inquantum huiusmodi non est visibilis oculo corporali: neque subiacet alicui sensui neque imaginationi sed soli intellectui: cuius obiectum est quod quid est ut dicitur .iij. de anima. Et ideo proprie loquendo corpus christi secundum modum quem habet in hoc sacramento: neque sensu neque imaginatione perceptibile est: sed solo intellectu: qui dicitur oculus spiritualis. percipitur autem diversimode a diversis intellectibus. Quia enim modus essendi quo christus est in hoc sacramento: est penitus spiritualis a spirituali intellectu. scilicet divino secundum se visibilis est. et per consequens ab intellectu beato vel angeli vel hominis qui secundum participatam claritatem divini intellectus videt ea que spiritualia sunt per visionem divine essentie non tamen intellectus angelicus per sua naturalia sufficit ad hoc intuendum. Tertio quantum ad fruitionem. Si enim consideretur christus prout in sua specie consistit. sic angeli spiritualiter manducant ipsum christum inquantum ei uniuntur fruitione charitatis perfecta et visione manifesta. quem panem expectamus in patria nunc et per fidem. per quam nos hic ei unimur. Unde glo. super illud ps. Panem angelorum manducavit homo. dicit. id est corpus christi qui est vere cibus angelorum. Et Augu. super Joh. dicit Hunc cibum et potum vult intelligi corporis et membrorum suorum quod est ecclesia in predestinatis societatem. Sed ad hanc societatem non solum pertinent homines: sed etiam angeli ergo sancti angeli spiritualiter manducant. quia ipso fruuntur in patria in propria specie. Quarto quantum ad associationem. Unde Greg. in omel. paschali. ut habetur de conse. di. ij. ca. quid sit. dicit sic. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in illo Jesu christi mysterio choros angelorum adesse summa imis sociari. et uno eodemque tempore ac momento et in celo capitur misterio angelorum consociandum. hec ille. Et Apocalip. xix. dicitur. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum. Vere ergo caro christi est cibus angelorum.

Secundo caro christi est vere cibus electorum. Nam in hoc sacramento est tria considerare. scilicet id quod est sacramentum tantum. scilicet Panis et vinum. et id quod est res et sacramentum scilicet corpus christi verum et id quod est res tantum. scilicet effectus huius sacramenti. Agnus paschalis quantum ad hec tria prefigurabat hoc sacramentum. Quantum enim ad primum quia manducabatur cum azimis panibus secundum illud Exo. xij. Edent carnes et azimos panes. Quantum vero ad secundum quia immolabatur ab omni multitudine filiorum israel. xiiij. luna quod fuit figura passionis christi: qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum. quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filij israel a devastante angelo et educti de egy

ptiaca seruitute. ⁊ quātū ad hoc ponit͛ figura hui⁹ sacri precipua agnus pascalis. qui ƀꝫ oīa eā repn̄tat. Nam lr̄alis rō pascalis cōuiuij fuit in cōmemoratione beneficij quo de⁹ eduxit eos de egypto. Unde ꝑ huius cōuiuij celebrationē ꝓtestebat͛ se ad illū pplm ptinere quē de⁹ sibi assumpserat de egypto. Quādo em̄ fuerūt de egypto liberati. preceptū ē eis vt sanguine agni linirent superliminaria domoꝝ. quasi ꝓtestantes se recedere a ritibus egyptioꝝ q̄ arietē colebant. vn̄ ⁊ liberati sunt per sanguinis agni aspersionē vel per linitionē in postib⁹ domoꝝ a periculo exterminij qd̄ imminebat egyptijs. In illo aūt exitu eoꝝ de egypto duo fuerūt. s. Festinantia ad egrediendū. Impellebāt em̄ eos egyptij vt exirent velociter. vt hr̄ Exo. xij. Imminebatq̄ꝫ ei periculū q̄ nō festinaret exire cū multitudine. ne remanens occideret͛ ab egyptijs. Festinantia aūt designabat͛ dupliciter. Uno q̄dem modo ꝑ ea q̄ comedebāt. Preceptū ei erat eis vt comederēt panes azimos. In hui⁹ signū ꝙ nō poterāt fermentari cogentib⁹ eos exire egyptijs. ⁊ ꝙ comederent assum igni. sic em̄ velocius prepara bat͛. ⁊ ꝙ os nō cōminuerent. ex eo ꝙ in festinantia nō vacat ossa frangere. Alio mō quātū ad modū comedendi. Dicit͛ em̄ renes vestros accingetis calciamēta habebitis in pedibus vr̄is, tenentes baculos in manib⁹. ⁊ comedetis festinanter. Qd̄ manifeste designat hoīes existentes in ꝓcinctu itineris. Ad idē etiā ꝑtinet qd̄ eis precipit͛. In vna domo comedetis. nec feretis de carnib⁹ ei⁹ foras. q. d. s. ꝓpter festinātiā non vacabat inuicē mittere exenia. Amaritudo autē quā passi fuerāt in egipto figurabat͛ ꝑ lactucas agrestes. Figuralis rō hoꝝ pꝫ: qꝛ per immolationē agni pascalis significabat͛ immolatio xp̄i ƀm illud. i. Coꝛ. v. Pasca nr̄m immolat⁹ est xp̄s. Sanguis vero agni liberans ab exterminatore linitus superliminarib⁹ domoꝝ significat fidem passionis xp̄i in corde ⁊ ore fideliū. ꝑ quā liberamur a pctō ⁊ morte. ƀm illud. i. Pe. i. Redēpti estis p̄cioso sanguīe agni immaculati. Comedebant͛ aūt carnes ille ad significandū esum corpis xp̄i in sacro. Erāt aūt asse igni ad significandā passionē ⁊ caritatē xp̄i. Comedebant aūt cū azimis panib⁹ ad figurandū purā cōuersationem fideliū sumentiū corp⁹ xp̄i. ƀm illud. i. Coꝛ. v. Epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Lactuce autem agrestes addūtur in signum pnīe pctōꝝ que necessaria est sumentibus corpus xp̄i. Renes aūt sunt accingēdi cingulo castitatis. Calciamenta autē pedū sunt exempla mortuoꝝ patrū. s. ne sancta desideria vlla sorde maculētur. Baculi aūt habendi in manibus significāt pastoralem custodiā. s. firmitatē recte fidei ⁊ sancte vite quā inchoauerūt. Precipit͛ autē ꝙ in vna domo agnus pascalis comedat͛. i. in ecclesia catholicoꝝ non in cōuenticulis hereticoꝝ. Et qꝛ effectus sacri pōt ab aliquo percipi. si sacrm̄ habeat͛ in voto. Quāuis non habeatur in re. ita etiā aliqui manducāt spūaliter hoc sacramentū. antequā sacramētaliter sumāt. s. ꝓpter figuram. sicut aplus dicit. i. Coꝛ. x. Qd̄ antiqui patres baptizati sunt in nube ⁊ in mari: ⁊ ꝙ spiritalē escam manducauerūt ⁊ spiritalē potum biberūt. Nam caro xp̄i est de cib⁹ electoꝝ q̄druplicíter. Primo corpus xp̄i veritate. Un̄ Hylarius lib. viij. de trini. dicit. De veritate carnis ⁊ sanguinis xp̄i non est relictus ābigendi locus: nūc ⁊ ipsius dn̄i ꝓfessione. ⁊ fide nostra caro eius vere est cibus. ⁊ sanguis eius vere ē potus. Et Amb. dicit lib. viij. de sacramen. Sicut verus est dei filius dn̄s iesus xp̄us. ita vera xp̄i caro est quā accipimus. ⁊ vere sanguis eius est potus. Sed verū xp̄i corp⁹ ⁊ sanguinē eius esse in hoc sacramēto. neq̄ꝫ sensu deprehendi pōt. sed sola fide que auctoritati diuine innitit͛. Unde sup illud Luce xxij. Hoc est corpus meū ⁊c. Dicit Cyrillus. Non dubites: an hoc sit verū. sed potius suscipe verba Saluatoris in fide. Cum em̄ sit veritas non mentit͛. Hoc autem cōuenit ꝑfectioni noue legis. Sacrificia em̄ veteris legis istud verū sacrificium passionis christi cōtinebant solū in figura. ƀm illud Heb. x. Umbram habens lex futuroꝝ bonoꝝ nō ipsam imaginē. Et ideo oportuit vt aliquid plus haberet sacrificium noue legis a christo institutū. s. vt contineret christū passum non solū in significatione vel in figura. sed etiam in rei veritate. Et ideo ipsū sacramētum qd̄ xp̄m realiter ꝯtinet. vt Dyoñ. dicit iiij. Ecclesiastice hierarchie est ꝑfectissimū oīm alioꝝ sacramentoꝝ: in quibus virtus xp̄i ꝑticipat͛. Secūdo xp̄i dei ⁊ hoīs vniꝰ totalitate. Aliq̄d em̄ est in h° sacro dupliciter. Uno modo quasi ex vi sacramēti. Alio mō ex naturali cōcomitātia. Ex vi q̄dem sacramēti est sub specieb⁹ hui⁹ sacri id in qd̄ directe cōuertit͛ substantia panis ⁊ vini ꝑexistis

put significat per verba forme q̄ sunt in h̄ sacramēto effectiua. Sicut ⁊ in ceteris: puta cū d̄r. Hoc est corpus meū. hic ē sanguis meus. Ex naturali aūt cōcomitantia est in hoc sacramēto illud qd̄ realiter est ꝯiunctū ei in qd̄ p̄dicta cōuersio terminat̄. Si em̄ aliqua duo realiter sunt ꝯiuncta. vbicūq̄ est vnū realiter oꝫ ⁊ aliud esse. Sola em̄ operatione anime distinguūtur que realiter sunt ꝯiuncta. Unde cōuersio panis ⁊ vini non terminat̄ ad deitatem vel ad aīam xp̄i. Et ideo diuinitas vel aīa xp̄i nō sunt in hoc sacramento ex vi sacramenti. sed ex reali ꝯcomitantia. Quia em̄ diuinitas corp⁹ assumptū nunꝙ̄ deposuit. vbicūq̄ est corpus xp̄i necesse est ⁊ eius diuinitatē esse. ⁊ ideo in h̄ sacramēto necesse est esse diuinitatē xp̄i cōcomitantē ei⁹ corpus. Un̄ in symbolo ephesino legit̄. Participes efficimur corporis ⁊ sanguinis xp̄i nō vt cōem carnē p̄cipientes nec viri sanctificati ⁊ v̄bo ꝯiuncti b̄m dignitatis vnitatē. sed vere viuificatricē ⁊ ipsius verbi p̄priā factā. Quia ꝯo xp̄us resurgēs ex mortuis iam nō morit̄. vt d̄r Ro. vi. Jō aīa ei⁹ semp est realiter corpi vnita. p̄pterea in hoc sacramēto corpus q̄dem xp̄i est ex vi sacramēti: aīa autem ex reali cōcomitantia.

Tertio instituentis auctoritate. Nā post p̄ctm̄ p̄mi hoīs sine fide passionis xp̄i nunꝙ̄ potuit esse salus. b̄m illud Ro. iij. Quem ꝓposuit dn̄s p̄piciatorē p̄ fidem in sanguine ipsius. ⁊ ideo oportuit oī t̄pe apd̄ hoīes eē aliqd̄ representatiuū dn̄ice passiōis. cui⁹ in veteri quidē testō p̄cipuū sacramentū erat agnus pascalis. Unde ⁊ aplus dicit. i. Cor. xv. Pasca nostrū immolatus est xp̄s. Cui successit in nouo testamēto eucharistie sacramentū: qd̄ est rememoratiuū preterite passionis. sicut ⁊ illud fuit prefiguratiuū future. Et ideo īminēte passione celebrato p̄ori sacramēto. xp̄s nouū sacramentū instituit. Unde Leo papa dicit. Ut vmbre cederent corpori antiqua obseruātia nouo excluditur sacr̄o. hostia in hostiā transit ⁊ legalis festiuitas dū mutat̄ implet̄. Quarto suscipientis cōseruabilitate. Hec em̄ est differentia inter alimentū corporale ⁊ sp̄uale. qd̄ alimētum corporale cōuertit̄ in substantiam eius q̄ nutrit̄. ⁊ ideo nō pōt homini valere ad vite cōseruationē alimentum corporale, nisi realiter sumat̄. Sed alimētum sp̄uale ꝯuertit hoiem in seipsū. b̄m illud qd̄ Aug. dicit in lib. cōfes. Qd̄ quasi audiuit vocem christi dicentis. Nec tu me mutabis in te: sicut cibū carnis tue. s̄ tu mutaberis in me.

Tertio caro christi vere

est cibus iustoꝝ. Xp̄us em̄ d̄r sacerdos b̄m ordinē melchisedech. q̄ Melchisedech gessit figurā sacrificij xp̄i: offerens panem ⁊ vinum. Unde quantū ad id qd̄ est sacramentum tantū. potissima figura huius sacramēti fuit oblatio Melchisedech: qui obtulit panem ⁊ vinū. ⁊ hoc quidē rōnabiliter: q̄ hoc sacramētum p̄ oīa continet sanctitatē precipue quo ad quattuor. Primo q̄ celebrat̄ in materia triticea qua suauitas noue legis figurat̄. Naꝫ panis ordeaceus quo xp̄s pauit turbas in monte. vt d̄r Joh. vi. Significat duriciam veteris legis. tū p̄pter duriciā panis. tum q̄ etiā vt Aug⁹. dicit lib. lxxxiij. q̄onum. ordei medulla q̄ tenacissima palea tegit̄. vel ip̄aꝫ legē significat: q̄ ita data erat vt in ea vitale aīe alimentū corporalib⁹ sacramentis obtegeret̄: vel ipsum p̄p̄lm nondum expoliatū carnali desiderio qd̄ tanꝙ̄ palea cordi eius inherebat. Hoc aūt sacr̄m pertinet ad suaue iugū xp̄i. ⁊ ad veritatem iam manifestā. ⁊ ad populū sp̄ualem. vnde materia cōueniens hui⁹ sacr̄i est panis triticeus. q̄ in hoc sacramēto cōsecrat̄ xp̄s qui se grano frumēti cōparat. Joh. xij. Nisi granū frumenti cadens in terra ⁊c. Et xp̄s creditur in hui⁹ panis specie hoc sacramētū instituisse. psal. Panis cor hominis cōfirmet.

Secūdo in dispositione azima qua sinceritas populi denotat̄. Nam ꝯsuetudo de pane azimo cōficiendo rōnabilior est. Tum p̄pter institutionē xp̄i qui hoc sacramētū instituit prima die azimoꝝ. vt habet̄ Math. xxvi. ⁊ Mar. xiiij. ⁊ Luce. xxij. Tū q̄ panis est p̄prie sacr̄m corporis xp̄i qd̄ sine corruptione ꝯceptū est magis ꝙ̄ deitatis ipsius. Tum q̄ hoc cōpetit magis sinceritati fideliū q̄ requirit̄ ad vsum hui⁹ sacr̄i. b̄m illud. i. Cor. v. Pasca nostrū īmolatus est xp̄s ita q̄ epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritat̄.

Tertio in cōmixtione vini cū aqua p̄ quaꝫ ꝯiunctio capitis ⁊ membroꝝ cōsiderat̄. Nā sicut dn̄s cōparauit se grano frumēti: ita etiam se comparauit viti dicēs. Joh. xvi. Ego sum vitis vera. Et ideo de solo vino vitis potest confici hoc sacramētū. tum p̄pter institutionē xp̄i q̄ in vino vit̄ instituit hoc sacr̄m vt pꝫ ex eo qd̄ ipse dicit. Luce. xxij. circa institutionē hui⁹ sacr̄i. Dico em̄ vobis. q̄ amo

do nō bibam de hoc genimine vitis. Tū qꝛ vinū vitis cōpetit ad effectū hui⁹ sacri qui est spūalis leticia qꝛ scriptū est in psal. Vinū letificat cor hoīs. Vino aūt qd offertur in hoc sacro debet aqua cōmisceri. qꝛ Amb. dicit. vt habet̃ de ↄse. dist. ij. Sicut sacrificiū xpi significatū est per oblationē Melchisedech q̄ obtulit panē ⁊ vinū. ita etiam significatū est per aquā que in heremo fluxit de petra. ꝫm illud. i. Cor. x. Bibebāt aūt de spirituali ↄñte eos petra. Miscet̃ autē aqua vino. tum ꝑpter institutionē xpi q̄ hoc sacrm̄ instituit in vino aqua ꝑmixto. Prouerb. i. Bibite vinū qd miscui vobis. Tum qꝛ ↄuenit repn̄tationi dñice passionis. Unde dic̄ Alexander papa. vt habet̃ de cōsec. dist. ij. Non debet in calice dñi: aut vinū solū: aut aqua sola offerri. sed vtrūqꝫ permixtum. qꝛ vtrūqꝫ ex latere xpi in passione sua legit̃ ꝑfluxisse. Tū qꝛ hoc cōpetit ad significandū effectū hui⁹ sacri q̄ est vnio ppl̄i xpiani ad xpm. qꝛ vt Juli⁹ papa dicit vt sup. Videm⁹ in aqua populū intelligi in vino vero ostendi sanguinē xpi. ꝗ cū in calice vino aqua miscet̃: xpo populus adunat̃. Quarto in consecratiōe duplicis speciei per quā vera ⁊ generalis vnitas designat̃. Nam vt Amb. dic̄ sup epl̄am Cor. Hoc sacrm̄ valet ad tuitionem corporis ⁊ aīe ideo caro xpi sub specie panis ꝓ salute corporis sanguis vo sub specie vini ꝓ salute anime offert̃. sicut dr̄ Gen. x. Qꝛ aīalis aīa in sanguine est. Siliter ad repn̄tandū effectū respectu totius ecclie q̄ cōstituit̃ ex diuersis fidelib⁹ sicut panis cōficitur ex diuersis granis. ⁊ vinū fluit ex diuersis vuis. vt dicit glo. super illud. i. Cor. x. Multi vnū corpus sum⁹ in xpo. Aug⁹. etiā dicit sup illud. Caro mea vere est cibus ⁊c̄. Dñs noster corp⁹ ⁊ sanguinē suū in eis rebus cōmendauit q̄ ad vnū aliqd rediguntur ex multis. Nāqꝫ aliud. s. panis ex multis granis in vnū ↄstat. Aliud. s. vinū ex multis racemis ↄfluit ⁊ vt hr̄ de ↄse. dist. ij. Idē Aug⁹. dicit. O sacrm̄ pietatis. O signū vnitat. O vinculū caritat. Iste ē panis mā̄ducat̃ o iustis suauit̃ ⁊ cū deuotōe ꝑpt̃ x. effect⁹ mirabiles ipsi⁹. Prīo qꝛ ē grē augmētatiu⁹. vñ ipse dñs ait Joh. vi Panis quē ego dabo caro mea est ꝓ mūdi vita. Nā effect⁹ huius sacri ↄsiderat̃ ex modo q̄ tradit̃. s. ꝑ modū cibi ⁊ potus. ⁊ iō oēm effectū quē cib⁹ ⁊ potus material' fac't ꝗtū ad vitā corꝑalē. q̄a sustentat: auget: repat. ⁊ delectat. h̄ totū fac̄ istud sacrm̄: ꝗtū ad vitā spūalē. vñ Amb. dicit lib. de sacris. Iste panis est vite eterne q̄ oīe nr̄e substantiā fulsit. Et Crys. dic̄ sup Johem. Prestat se nobis desiderātib⁹ ⁊ palpare: ⁊ comedē: ⁊ amplecti. Vñ ⁊ ipse dñs dicit. Caro mea vere est cib⁹ ⁊c̄. Per hēm sacrm̄ auget̃ grā ⁊ ꝑficit̃ spūalis vita. ad h̄ ꝙ hō in seipso ꝑfectus existat ꝑ ↄiunctionē ad deū. Secūdo qꝛ est mētis transformatiu⁹. In hoc em̄ sacro sumūt̃ tria. s. caro: aīa ⁊ diuinitas. Caro vnit sibi corp⁹ digne cōicātis Aīa volūtatē. Diuinitas intellectum. Digne cōicās tot⁹ trāsformat̃ in xpm. Corpus em̄ xpi glificatū lꝫ nō ↄueniat cū mortali. tñ si qua in eo repiat ↄueniētia sibi. illa rapit ad se ⁊ ꝑficit. Aīa xpi iūcta aīe cōicantis eā ignit infundendo caritatis ardorem. Diuinitas vo irradiat ītellectualē splēdorē Nā sacrū corp⁹ xpi vires corpis digne cōicātis: auget: ↄfortat ⁊ ꝑficit. cui vitō ꝑstat: sanitatē roborat: puritatē: castitatē fortitudinē inducit. ⁊ dotat munerib⁹ sacris. leuitatē corporis firmat. Ut pꝫ de multis qui dixi xerūt ex solo cōione eucharistie: ⁊ de eis q̄ leuabant̃ a terra plurib⁹ cubitis nulli prius inuiti corpco sustētaculo. etiā vires aīe accēdunt̃ ad feruorē: crescit fides: spes renouat̃ ⁊ nouū lumē diuie vitatis intellectui cōdonat̃. Sic ꝗ hō in deū transformat̃. Et sicut xp̄s in mundū visibiliter veniēs ↄtulit mūdo vitā grē. ꝫm illud Joh. i. Grā ⁊ vitas ꝑ iesum xpm facta est: ita in hoīem sacramentalit̃ veniēs vitā grē opat̃. ꝫm illud Joh. vi. Qui mā̄ducat me viuit ꝑpt̃ me. Vñ ⁊ Cyrillus dicit. Viuificatiuū dei vbū veniēs seipsꝫ ꝓprie carni. facit ipsam viuificatiuā. Decebat em̄ eū nr̄is quodōmō vniri corꝑibus ꝑ sacra ei⁹ carnē ⁊ ꝑciosum sanguinē q̄ accepimus in bñdictiōe viuificatiua ⁊ in pane ⁊ vino. Tertio qꝛ est oīe viuificatiu⁹. vñ ps. dicit. Justi epulent̃ ⁊ exultēt in ↄspectu dei delectent̃ in leticia. Cū em̄ maxime ꝓpriū sit amicitie ↄuiuere amicis. vt phs dicit. ethi. Ideo xp̄s sui ꝑñtiā corꝑalē electis suis repromittit in pmiū Mat. xxiiij. vbi fuerit corpus illuc ↄgregobunt̃ ⁊ aq̄le. Interim tñ nec sui ꝑñtia corporali in hac peregrinatiōe destituit. Sed per veritatē corporis ⁊ sanguis sui spūaliter eos sibi coniungit in hoc sacro. Unde ipse dicit Joh. vi. Qui mā̄ducat meam carnē ⁊ bibit meū sanguinē in me manet ⁊ ego in eo. ꝓpter qd istud sacrm̄ ē maxime caritatis signū: ⁊ nr̄e spei sublenamē

tum ex tam familiari piunctiõe xp̄i ad nos psal. Introibo ad altare dei:ad deũ q̄ letifi- cat iuuẽ meã. Quarto q᷑ est habitualis ca ritatis actuatiu⁹. Nam h̄ sacr̄m ꝯfert grãm spũaliter cũ ṽtute caritatis. vñ Damas. cõpa rat h̄ sacr̄m carboni quẽ Esaias vidit. Esa. vi. Carbo enĩ simplex lignũ nõ est: ſ᷑ vnitus igni. Ita ⁊ panis cõicationis nõ simplex pa nis est. ſ᷑ vnitus diuitati. Sicut aũt Greg. dicit in omel. penthe. Amor dei nõ est ocio sus. operat᷑ enĩ magna: si ẽ. Et iõ ꝑ h̄ sacr̄m õtum est ex sui ṽtute: nõ solũ habit⁹ grẽ ⁊ ṽtutis ꝯfert᷑: ſ᷑ etiã excitat᷑ in actũ. ẜm illud ii. Cor. iiij. Caritas xp̄i vrget nos. ⁊ inde ẽ ꝙ ex ṽtute hui⁹ sacr̄i: aĩa spũaliter reficit᷑: ꝑ hoc ꝙ aĩa delectat᷑ ⁊ quodãmõ inebriat᷑ dul cedine bonitatis diuine. ẜm illud Cant. v. Comedite amici ⁊ inebriamini charissimi. Et psal. Impinguasti in oleo caput meum: ⁊ calix meus inebriãs q̄ꝑ p̄clarus est. Q᷑ enĩ sacr̄a operant᷑ ẜm similitudinẽ ꝑ quã signi ficãt. Ideo ꝑ quãdã similitudinẽ d᷑ ꝙ in h̄ sacr̄o corp⁹ xp̄i offert᷑ ꝓ salute corpis. ⁊ san guinis xp̄i ꝓ salute aĩe: q̄uis vtrũq̄ ad sa lutẽ vtriusq̄ operet᷑: cũ sub vtroq̄ sit totus xp̄s. ⁊ lꝫ corpus nõ sit ĩmediatũ subiectum grẽ: ex aĩa tñ redundat q̄dã effectus grẽ ad corp⁹. dũ in p̄nti membra nostra exhibem⁹ arma iusticie ad seruiẽdũ deo. vt d᷑ Ro. vi. ⁊ in futuro corp⁹ nostrũ sortiet᷑ incorruptio nẽ ⁊ gl'iam aĩe. Quinto q᷑ est eterne gl'ie collatiu⁹. In hoc enĩ sacr̄o ꝯsiderant᷑ duo. p̄ mo id ex quo hꝫ effectũ. s. ipse xp̄s ꝯtẽtus ⁊ passio ei⁹ rep̄ntata. Secũdo id ꝑ qd̄ hꝫ effe ctũ. s. vsus sacr̄i ⁊ species eius. Quãtum ad vtrũq̄ cõpetit huic sacr̄o qd̄ causet adoptio nẽ gl'ie ⁊ vite eterne. Nam ipse xp̄s ꝑ suam passionẽ aperuit nobis aditũ vite eterne. ẜm illud. Heb. ix. Noui testamẽti mediator ẽ vt morte intercedẽte q̄ vocati sunt repromissi onẽ accipiãt eterne hereditat᷑. Vñ ⁊ in for ma hui⁹ sacr̄i d᷑. Hic est calix sanguis mei noui ⁊ eterni testamẽti. ⁊ Joh. vi d᷑. Si q̄s mãducauerit ex hoc pane viuet in eternum Similiter etiã refectio spũalis cibi ⁊ vnitas significata ꝑ species panis ⁊ vini. habẽtur q̄dem in p̄nti: sed impfecte. perfecte autẽ in statu gl'ie. Unde Aug⁹. dicit sup illud Joh. vi. Caro mea vere est cibus. Cũ cibo ⁊ potu id appetãt hoĩes vt non esuriant neq̄ sitiãt Hoc vere non prestat nisi iste cibus ⁊ potus qui eos a quibus sumit᷑ ĩmortales ⁊ incor ruptibiles facit. i. in societate sanctorũ, vbi pax erit ⁊ vnitas plena atq̄ perfecta. ⁊ si cut passio xp̄i ex cuius ṽtute hoc sacr̄m ope rat᷑ est quidẽ cã sufficiens glorie non tñ ita ꝙ statim per ipsam introducamur in gl'iã Sed opꝫ vt simul ꝑus cõpatiamur: vt post ea simul glorificemur vt d᷑ Ro. viij. Ita h̄ sacr̄m nõ statim nos in gloriã introducit. ſ᷑ dat nobis ṽtutẽ perueniendi in gl'iam. ⁊ iõ viaticũ d᷑. In cuius figurã legit᷑. iij. Regũ. xix. Qd̄ helyas comedit ⁊ bibit: ⁊ ambula uit in fortitudine cibi illius. xl. diebus. ⁊. xl. noctibus vsq̄ ad montẽ dei oreb. ⁊ sicut pas sio xp̄i non habet effectũ in his q̄ se ad eam non habẽt vt debent. ita ⁊ ꝑ hoc sacr̄m non adipiscunt᷑ gloriã: q̄ indecenter ipsum susci piũt Unde Aug⁹. dicit sup Joh. exponens illa verba. Aliud est sacramentũ: aliud vir tus sacramenti. Multi de altari accipiunt: ⁊ accipiendo moriuntur. Panem ergo cele stem spiritualiter manducare est innocen tiam ad altare portare. Unde non est mi rum si illi qui innocentiam non seruant: ef fectum huius sacramenti nõ consequũtur. puta eternam gloriam. Sexto q᷑ est mor talis peccati remissiuus. Uirtus enĩ huius sacramenti põt cõsiderari dupliciter. Uno modo ẜm se. ⁊ sic hoc sacr̄m habet virtutem ad remittendũ q̄cunq̄ pctã ex passione xp̄i que est fons ⁊ cã remissiõis peccatoꝝ. Alio modo põt cõsiderari per cõparationẽ ad eũ qui recipit hoc sacramentũ. put in eo inue nitur: vel nõ inuenit᷑ impedimentũ p̄cipien di hoc sacr̄m. Quicũq̄ autem habet ꝯscien tiam peccati mortalis: hꝫ in se impedimen tũ p̄cipiendi effectũ hui⁹ sacr̄i. eo ꝙ non est cõueniens susceptor hui⁹ sacr̄i. Tum q᷑ nõ viuit spũaliter. ⁊ ideo nõ debet spũale nutri mentũ suscipere. qd̄ non est nisi viuẽtia tuꝫ q᷑ non põt vniri christo. qd̄ fit ꝑ hoc sacr̄m. dum est in affectu peccandi mortaliter. Et ideo dicitur in libro de ecclesiasticis dog. Si mens in affectu peccandi est: grauatur ma gis eucharistie perceptione q̄ꝑ purificet᷑. Un de hoc sacramentũ in eo qui ipsum percipit cũ cõscientia peccati mortalis: nõ operatur remissiõeꝫ pcti mortalis. ẜm illd̄. i. Cor. xi. Qui manducat ⁊ bibit indigne: iudicium si bi manducat ⁊ bibit. Super quo dicit glosa: Qd̄ ille mãducat ⁊ bibit indigne q̄ in crimĩe est. vel irreuerẽter tractat. ⁊ talis mãducat ⁊ bibit sibi iudicium. i. dãnationeꝫ. Potest ta men hoc sacramentũ opari remissionẽ pcti dupliciter. Uno mõ nõ p̄ceptũ actu. ſ᷑ voto.

Sicut cū quis primo iustificatur a peccato. Alio mō etiā perceptū ab eo qui est in peccō mortali. cuiꝰ cōscientiam ꝛ affectū nō habet. Forte em̄ p̄mo nō fuit cōtritus: sed deuote ꝛ reuerenter accedēs. ꝑ hoc sacramentū cōsequitur grām charitatis q̄ cōtritionē ꝑficiet et remissionem peccati. Septimo quia est peccī venialis deletiuꝰ. In hoc em̄ sacramēto duo possunt ꝯsiderari. s. ip̄m sacramentū. ꝛ res sacramenti. ꝛ ex vtroqꝫ habet virtutē ad remissionē venialiū peccatoꝝ. Nam hoc sacramētum sumitur sub specie cibi nutrientis. Nutrimentū aūt cibi necessarium est corpori ad restaurandū id qđ quotidie deperdit ꝑ caloris naturalis depascentiam. Spūaliter aūt quotidie in nobis aliqđ deperditur ex calore ꝯcupiscentie ꝑ peccata. venialia q̄ diminuūt fervorez charitatis. ꝛ ideo cōpetit huic sacrō qđ remittat peccā venialia. Vn̄ Ambro. dicit li. de sacramentis. Qr iste panis quotidianꝰ sumitur in remediū quotidiane infirmitatis. Res aūt huius sacramēti est charitas. non solū q̄tum ad habitū: sed etiā q̄tuz ad actū q̄ excitat in hoc sacrō ꝑ qđ peccā venialia solvūtur. Iđ dicit Inno. iij. Qr hoc sacr̄m veniale delet ꝛ cauet mortale ꝛc̄. Octauo qr est a peccis ꝯseruatiuus. Peccm̄ em̄ est quedam mors spūalis aīe. Vn̄ hoc mō ꝯseruat aliq̄s a peccō futuro. sicut ꝯseruat corpꝰ a morte futura. qđ quidē fit dupl'r. Uno mō inq̄tuz natura hoīs interiꝰ roborat cōtra interiora corruptiua. ꝛ sic ꝯseruat a morte ꝑ cibū ꝛ medicinā. Alio mō ꝑ hoc q̄ munit contra exteriores impugnatiōes. ꝛ sic ꝯseruat ꝑ arma quibus munit corpꝰ. vtroqꝫ autē mō hoc sacr̄m ꝯseruat a peccō. Primo q̄dez ꝑ hoc q̄ xp̄o cōiungit ꝑ grām: roborat spūalem virē hominis tanq̄ spūalis cibꝰ: ꝛ spūalis medicina. psal. Panis cor hoīs cōfirmet. Ioh. vi. Hic ē panis q̄ de celo descendit. siq̄s ex eo māducauerit nō morietur in eternū. Sup q̄d dicit Augu. Securus accede panis est nō venenū. Alio mō inq̄tum est signū passionis xp̄i. ꝑ quā victi sunt demones. Repellit em̄ oēm demonū impugnationē. Vn̄ Criso. dicit sup Ioh. Ut leones flāmā spirātes: sic ab illa mēsa discedimꝰ terribiles effecti diabolo. Nono qr ē̄st a penis peccōꝝ liberatiuꝰ. Hoc em̄ sacr̄m ē sacrificiū ꝛ sacr̄m. Inq̄tum offert hꝫ rōnez sacrificij. Inq̄tum sumit hꝫ rōnem sacramēti. Sed effectū sacramēti hꝫ in eo q̄ sumit. Effectum aūt sacrificij habet in eo qui offert. vel in illis ꝓ q̄bus offert. Inq̄tum est sacramētum habet effectū dupliciter. Uno mō directe ex vi sacramēti. Alio mō ex quadā concomitantia. Ex vi sacramēti habet illū effectuz ad quē est institutū. s. ad spūaliter nutriēduz ꝑ vnionem ad xp̄m ꝛ ad mēbra eius. sicut ꝛ nutrimentū vnit nutrito. Sed qr hec vnitas fit per charitatē ex cuius feruore aliq̄s cōsequitur remissionē nō solum culpe: sed etiā pene. Inde est q̄ ex ꝯsequēti per quandā cōcomitantiam ad p̄ncipalem effectum homo cōsequitur remissionē pene. nō quidē totiꝰ. s. bm̄ modū sue deuotiōis ꝛ feruoris. Inq̄tum vero est sacrificium habet vim satisfactiuā. Sꝫ in satisfactione magis attendit affectꝰ offerentis: q̄ quātitas oblationis. Unde ꝛ dn̄s dixit Luce. xxi. de vidua q̄ obtulit duo era: q̄ plus oībus misit. Quāuis ergo hec oblatio ex sui quātitate sufficiat ad satisfaciendū ꝓ om̄i pena. tn̄ fit satisfactoria illis ꝓ q̄bus offertur vel etiā offerentibꝰ bm̄ quātitatez sue deuotionis: ꝛ nō ꝓ tota pena. Decimo q̄a est viuis ꝛ defunctis sumētibus ꝛ nō sumentibus ꝯsentibus: ꝛ nō ꝯsentibꝰ ꝑfectiuꝰ. Inquantū em̄ in hoc sacramēto repꝯsentat passio xp̄i: qua xp̄us obtulit se hostiā deo. vt dicitur Eph. v. habꝫ rōnem sacrificij. Inquātum em̄ in hoc sacrō tradit inuisibiliter grā sub visibili specie: habꝫ rōnem sacramēti. Sic ergo hoc sacramentū sumētibꝰ quidē ꝓdest ꝑ modum sacramēti: ꝛ ꝑ modū sacrificij. qr ꝓ omnibus sumentibꝰ offertur. Dicit em̄ in canone misse. Quotquot ex hac altaris ꝑticipatione sacrosanctū filij tui corpꝰ ꝛ sanguinē sumpserimus: omni bn̄dictione celesti ꝛ grā repleamur. Sed alijs q̄ non sumūt ꝓdest per modum sacrificij: inq̄tum ꝓ salute ipsoꝝ offertur. Unde ꝛ ī canone misse dicit. Memento dn̄e famuloꝝ famularūq̄ tuaꝝ. pro q̄bus tibi offerimus vel q̄ tibi offerunt hoc sacrificium laudis: ꝓ se suisq̄ oībus: ꝓ redēptione aīarum suarū. ꝓ spe salutis: ꝛ incolumitatis sue. ꝛ vtrūqꝫ modum dn̄s exprimit dicens. Math. xxvi. Qui ꝓ vobis. s. sumentibus et ꝓ multis. s. alijs: effundetur in remissionem peccatorum. ꝛc̄.

Quarto caro christi ē vere cibꝰ viatoꝝ. Triplex. n. tp̄s ꝯsiderat hoīm indigentiū refectiōe. Primo tp̄s p̄teritū. ꝛ sic indiget xp̄o velut agno in sacrificiū. qm̄ b sacr̄m respectu p̄teriti: ē cōmemoratiuū dn̄ice passiōis. q̄ fuit verū sacrificiū. lꝫ aūt agnus paschalis fuerit p̄cipua figura huiꝰ sacri: q̄tū

ad passionē xp̄i q̄ repn̄taẗ p hoc sacrificiū. ⁊ ideo semel tm̄ in anno sumebaẗ. q₂ xp̄s semel tm̄ mortu⁹ est: ⁊ ppter h̄ etiā eccl'ia semel tm̄ in anno celebrat memoriā passiōis xp̄i. tn̄ in hoc sacro tradiẗ nobis memoriale xp̄i p modū cibi q̄ quotidie sumiẗ: ⁊ iō q̄tū ad hoc significaẗ per mānā qd̄ quotidie dabaẗ pplo in deserto. Secūdo tp̄s pn̄s. ⁊ sic indiget re hui⁹ sacri. s. cōione: qm̄ hoc sacrm̄ respectu pn̄tis est significatiuū ecclīastice vnionis cui hoīes aggregant. ⁊ sic noīatur cōio vel syllaxis. Dicit eni₃ Damas. lib. iiij. sniarum suarū. Qd̄ d̄r cōio. q₂ p ipsum cōicamus xp̄o. ⁊ q₂ participamus de ei⁹ carne ⁊ deitate. ⁊ q₂ cōicamus ⁊ vnim⁹ adinuicē p ipsum. Tertio tp̄s futurū: ⁊ sic indiget hō effectu hui⁹ sacri. s. grā. qm̄ hoc sacrm̄ ē prefiguratiuū fruitionis dei q̄ erit in patria. ⁊ sic d̄r viaticū: q₂ prebet nobis viā illuc pueniēdi. ⁊ ſm hoc d̄r eucharistia. i. bona grā. q₂ vt d̄r Ro. vi. Grā dei vita eterna. vel q₂ realiẗ cōtinet xp̄m q̄ est plenus gratia. Diciẗ etiā in greco methalipsis. i. assumptio. quia vt Damas. dicit. p hoc filij deitatē assumimus ⁊ sic d̄r hostia salutaris: q₂ ꝯtinet ipsū xp̄m Eph. v. Inter viatores aūt vocatos ad hāc refectionē est quadruplex dr̄ia: q̄ Luc. xiiij. notaẗ. vbi d̄r. Homo q̄dam. i. xp̄s. Fecit cenā magnā. i. instituit sacrm̄ illud ⁊ vocauit multos. Primo q̄dam per p̄ceptū cōpellūtur. Nam ſm diuersum statum eccl'ie: diuersa circa hoc statuta emanauerūt. In p̄mitiua em̄ ecclesia q̄n magis vigebat deuotio fidei xp̄iane statutū fuit vt fideles quotidie cōicarēt. Unde anacletus papa dicit. vt h̄r de ꝯse. di. ij. Post p actā cōsecrationē oīes cōicent. q̄ nolunt eccl'asticis carere liminib⁹ Sic em̄ ⁊ apl'i statuerūt ⁊ scā Romana tenet eccl'ia. Postmodū v̄o diminuto fidei feruore. Fabianus papa indulsit vt si nō frequentius. saltē ter in anno oēs cōicent. sc₃ in pasca ⁊ pētheccoste: in natiuitate dn̄i: So ther papa etiā in cena dn̄i dicit esse cōicandum. vt d̄r ibidem. Postmodū vero ppter iniquitatis abundantiā refrigescente caritate multoꝝ statuit Innocē terti⁹. vt saltem semel in anno. s. in pasca: fideles cōicent. vt d̄r ex̄ de pe. ⁊ re. ca. oīs. Consuliẗ tn̄ in lib. de eccl'ia. dog. oīb⁹ dieb⁹ dn̄icis cōicandum. Secūdo quidam repelluntẗ. s. pctōres. Duplex em̄ est res hui⁹ sacri. Una quidē signata ⁊ cōtenta. s. ipse xp̄s. Alia aūt est signata non cōtenta. s. corpus christi misticū. qd̄ est societas sanctoꝝ. Quicūq₃ ḡ hoc sacrm̄ sumit significat ex hoc ipso se eē xp̄o vnitū qd̄ quidē fit per fidē formatā quā nullus h₃ cū pctō mortali. ⁊ ideo quicūq₃ cū pctō mortali hoc sacramentū sumit. falsitatē in h̄ sacramento cōmittit. ⁊ ideo incurrit sacrilegiū tanq̄ sacri violator: ⁊ ppter hoc mortaliter peccat. Sed istud pctm̄ in q̄busdā est ḡui⁹. sc₃ q̄ ex actuali ꝯtēptu cu₃ ꝯsciā pctī ad hoc sacramentū accedūt. In q̄busdā vero min⁹ graue. s. q̄ ex quodā timore vt nō dep̄rehēdātur in pctō cū ꝯsciā pctī ad h̄ sacramentū accedūt. Tertio q̄dā expelluntẗ. s. nō intrātes cū veste nuptiali. Et p̄mo caninus infidelis. Cū em̄ caritas sit vestis nuptialis cu₃ q̄ debem⁹ accedere ad h̄ sacramentū. iō pctm̄ infidelitatis qd̄ funditus separat hoīe₃ ab eccl'ie vnitate maxime reddit ipsum ineptū ad susceptionē hui⁹ sacramēti qd̄ est sacrm̄ eccl'iastice vnitatꝭ qm̄ in forma hui⁹ sacramēti d̄r misteriū fidei. iō si infidelis sumat species sacramētales. nō māducat sacr̄aliẗ: q₂ nō vtiẗ eo qd̄ accipit vt sacro. sed vt simplici cibo: nisi forte infidelis intēderet recipere id qd̄ eccl'ia ꝯfert. lȝ nō haberet fidē verā circa alios articulos vl' circa h̄ sacramētū. Secūdo maculatus sacerdos. vn̄ Hieron̄. in q̄dam ep̄la dicit. Quid tibi cu₃ feminis q̄ ad altare cu₃ dn̄o fabularis. Dic sacerdos. dic clerice q̄liter cū eisdē labijs filiū dei obscularis q̄bus oscular⁹ es filiā meretricis. O iuda osculo filiū hoīs tradis. ⁊ sup illō. i. Coꝛ. xi. Qui māducat ⁊ bibit indigne iu. si. mā. ⁊ bibit. dici glo. Indigne māducat ⁊ bibit q̄ in crimine est vel irreuerēter tractat. Et Joh. xx. Dixit xp̄s Magdal'. Noli me tangē. nōdū em̄ ascendi ad patrē meū. s. in corde tuo p defectū fidei formate. Tertio scismatic⁹ ⁊ excōicat⁹. Nam nō recte ex̄ eccl'ia₃ offerūt sacrificiū. qm̄ ex̄ eccl'iam nō est sp̄ūale sacrificiū verū ꝟitate fructus. ⁊ cū sint ab eccl'ie vnitate separati oratōes coꝝ efficaciā non h̄nt. Dicit em̄ Aug⁹. li. ij. ꝯ Permenianum qd̄ extra eccl'iam catholicā nō est locus veri sacrificij. ⁊ Leo papa dicit. vt habetur. i. q. i. Alibi q̄ in eccl'ia q̄ corpus xp̄i est: nec vera sunt sacrificia. nec rata sacerdotia. Quarto degradatus. Nam sacerdos si p sniam ecclesie sit executione ordinis p̄uatus. redditus est impotens ad sacrificiū offerendū. Hoc aūt cedit sibi in detrimentū sp̄ūalis fruct⁹. qm̄ degradatis auferẗ executio quasi in p̄pe tuū ꝯdēnatis. Quinto pctōr manifestus:

Et public⁹ vsurari⁹: ꝛ raptor publicꝰ: qꝛ dñs pcepit. Mat. vij. Nolite sctm̄ dare canibus. maxime aūt daſ canib⁹ sctm̄. Cū hoc sacrm̄ daſ. his peccātoribus manifestis p euidentiā facti. Sexto hystrio ꝛ magus. Vñ Cyprianus scribit ad quēdā. p dilectiōe tua ꝯsulē dū me existima sti. qd videaſ de hystrionibus. ꝛ mago illo q apud vos ꝯstitutꝰ. adhuc in artio sue dedecore pseuerat an talib⁹ sacra cōio cū ceteris xp̄ianis debeat dari. puto nec maiestati diuine: nec euāgelice discipline ꝯgruere vt pudor ꝛ honor eccl̄ie tā turpi ꝛ infami ꝯtagione fedeſ. hec ille. Etiā incātatores diuini sortilegi. arioli expellūtur a sacra cōione: nisi resipuerint. tūc em̄ poterūt cōicare. Vñ in cōcilio cartaginensi legiſ Scenicis atq̄ hystrionib⁹ ceterisq̄ hmōi psonis vel apostatis ꝯuersis ad deū: recōciliatio nō negeſ. Septimo fornicator cōcubinarius ꝛ pollutus. Tales em̄ sumētes corpꝰ xp̄i cōparanſ iude xp̄m osculanti: q̄tū ad silitudinē criminis: quia vterq̄ ex signo caritatis deū offendūt. Vñ Hieroñ. dicit sup Mat. Si panes ppōnis ab hijs q vxores tetigerāt comedi nō poterant. Qn̄atomagis panis q de celo descendit nō pōt ab hijs qui cōiugalib⁹ paulo ante hesere amplexib⁹ cōtingi. ꝛ Leuit. xv. dr. Vir a quocūq̄ exierit semen coitus imundus erit vsq̄ ad vesperā Et Deut. xxiij. dr. Si fuerit inter vos hō q nocturno pollutꝰ sit somnio: egredieſ extra castra: ꝛ nō reuerteſ priusq̄ ad vesperā lauet aqua. Octauo homicidio inuolutꝰ. nā si somniū homicidij puenit ex cā q est pctm̄ mortale: impedit a sumptione huiꝰ sacramēti rōne sue cause. q maxime apparet in homicidio volūtario: nō sic aūt in casuali. Nono pus cibatus. Vñ Aug⁹. li. iij. Rñsionū ad Januariū dicit. Placuit spūisctō: vt in honorē tāti sacramēti pus in os xp̄iani dñi tum corpus intraret q̄ ceteri cibi. Et hoc ē ppter piculū vomitꝰ ꝛ ebrietatis. Que qn̄q̄ ꝯtingūt ex hoc q hoīes inordinate cibis vtunſ. Sicut ꝛ apl's dicit i. Cor. xi. Alius quidē esurit: alius aūt ebrius est. Itaq̄ cū cōuenitis ad manducandū. s. corpus dñi inuicē expectate. Si qs aūt esurit domi manducet. Super quo dicit gl. Si qs esurit ꝛ impatiens non vult expectare alios: domi manducet suos cibos. i. pane terreno pascaſ. nec post eucharistiam sumat. Secus est de infirmis. Decimo irreligiosus qui inhonestates cōmittit in ecclesia, sm illud. i. Cor. xi. Nunquid domos nō habetis ad manducandum ꝛ bibendū: Aut ecclesiā dei ꝯtēnitis: ꝛ confunditis eos q non habent. Undecimo Odiosus q aliū odio iniquo despicit Xp̄s em̄ q est res huiꝰ sacramēti: caritatem preexigit in sumēte. qm̄ ex caritate seipsū patri obtulit in sacrificiū. ꝛ nobis se prebuit in sacramentū. Ideo dr. i. Cor. xi. Cōuenientibus vobis in vnū. s. locū ecclesie. Sed aīo dissentientib⁹: iam nō est dñicam cenā manducare. Peccatū em̄ sic indigne mādu cantium xp̄m in hoc sacramento: cōparaſ pctō occidētiū xp̄m. Vñ sup illud. Quicūq̄ mā. pa. vel bi. ca. do. indi re. e. cor. ꝛ san. do. dicit glo. i. ac si xp̄m occiderit punieſ persequitur em̄ xp̄m in mēbris suis. Act. ix. Saule saule qd me psequeris. Duodecimo vsus rōnis puatus. Eadē em̄ rō est de pueris recenter uatis. ꝛ de amētibus q nunq̄ habuerūt vsū rōnis. vnde talib⁹ nō sunt sacra misteria danda. Requiriſ em̄ q aliqs ad hoc sacramentū cū deuotione ꝛ precedēti sui examinatione accedat. sm illud. i. Cor. xi. Probet aūt seipsum hō ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat. sed hoc non pōt esse in hijs q careut vsu rōnis. Nec tn̄ p hoc aliqd detrimentū salutis patiunſ. Dicit em̄ Aug⁹. scribens Bonifacio. Tūc vnusq̄sq̄ fideliū corporis ꝛ sanguinis dñi particeps fit. s. spūaliter: qn̄ in baptismate membrū corpis xp̄i efficitur. Decimotertio a demone vexatus Arreptitij em̄ q ergumini dicunſ ꝛ furiosi. in qbus nondū est vis demonis extincta. q viget in eis cū corporaliter ab imundis spiritibus vexanſ nō est hoc sacramentū exhibendū. qꝛ in eis nulla precedit mentis deuotio. Si aūt aliq̄ essent mētis cōpotes: ꝛ apparet in eis aliqua huiꝰ sacramēti deuotio. non esset eis hoc sacramētū negandū. vnde Cassianus dicit. Eis qui ab imundis vexātur spiritibus: cōionem sacrosanctā a senioribus nostris nunq̄ meminimꝰ interdictā.

Decimoquarto ad aliā speciē videndam eleuatus. Si em̄ miraculose corpus xp̄i in altari sub specie carnis appeat: aut sanguis sub specie sanguinis nō est sumendū. Dicit em̄ Hieroñ. super Leuiſ. de hac qdem hostia que in xp̄i cōmemoratione mirabiliter fit. De illa vero quā xp̄s in ara crucis obtulit. sm se nulli edere licet. Contingit em̄ qn̄q̄ tale miraculum ad veritatem fidei cōprobandam. Exemplum. Sacerdos quidā veniens Bolsenam oppidū non longe distās

ab vrbe veteri. in qua ciuitate Urbanus papa quartus cum curia residebat. dum celebraret missam inter verba consecrationis dubius in fide. visibiliter vidit hostiam in forma pietatis: et sanguinem superfluere in calice. Cum autem cooperiret cum corporali: apparuit forma pietatis in singulis partibus corporalis. Cumque nec sic occultare valeret coactus est populo assistenti miraculum patefacere. Quod vt populus cognouit. subito peruenerunt vrbem veterem nunciantes Romano pontifici mirabilia huius sacramenti. Stupente autem curia per summum pontificem deliberatum est quod festum corporis xpi per vniuersam ecclesiam celebraretur. Imposuitque sancto Thome de aquino ordinis nostri predicatorum: vt officium de corpore xpi conficeret secundum vsum omnium ecclesiarum. quod et fecit. In cuius rei testimonium. In facie ecclesie Bolsene depictum est miraculum sacerdotis celebrantis. post depictus est sanctus Tho. sedens in cathedra circumstante curia huius sacramenti officium dictans. vltimo depictus est crucifixus alloquens sanctum Thomam coram eo genuflexum. et dicens. bene scripsisti de me Thoma etc. ideo ecclesia hoc festum celebrat.

Quinto caro xpi vere est

cibus comprehensorum. Hoc autem erit quando xps se hominem glorificatum et verum dei filium Collecta omni multitudine sanctorum in corporibus et spiritibus glorificatis in fine mundi ostendet. vt ipsum videant omnes sicut est. scilicet in diuinitate et humanitate glorificatum. In hac cena sunt quattuor. Primo loci altitudo. Esa. lviij. Delectaberis super domino: et substollam te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate Jacob patris tui. Nam dominus loquens de comestoribus secum in celo altissimo. ait patri. Joh. xvij. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum: et illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. sed hanc videre est hoc sacramentum sumere. Secundo loci latitudo. Baruch iij. O israel magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius. magnus et non habet finem. excelsus et immensus. Tertio loci pulchritudo. Eccl. xliij. Species celi gloria stellarum id est angelorum et hominum beatorum. Da. xij. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Multo enim pulchriores erunt ille stelle rationales celo empyreo infixe: quam sint hee materiales in firmamento disposite. Quarto mansionum multitudine. Joh. xiiij In domo patris mei mansiones multe sunt. Et Esa. xxv. Et faciet dominus exercituum in monte hoc omnibus populis conuiuium pinguium: conuiuium vindemie: pinguium medullatorum: vindemie defecate. et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos. et telam quam orditus est super vniuersas nationes: precipitabit mortem in sempiternum et auferet dominus deus omnem lachrymam ab omni facie: et opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra. In hac cena celesti apponentur quattuor fercula. Primum ferculum erit caro xpi glorificata: et hoc sensu exteriori percipietur. Nam bonum et gloriosum erit videre oculo corporali glorificato xpi carnem glorificatam. Job. xix. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt. Secundum erit anima xpi ab omni penalitate in resurrectione liberata. et hoc percipietur oculo intellectuali.

Tertium erit gratia spiritussancti qua ipsius xpi anima secundum omnem plenitudinem fuit repleta. et hoc erit optimum videre in ea gratiam consummatam lumine altiori. Quartum erit ipsius xpi diuina natura humanitate vnita. et hoc erit super optimum: quia qui videbit eum videbit et patrem ipsum generantem. videbit et spiritumsanctum ab vtroque procedentem Joh. xiiij. Philippe qui videt me: videt et patrem. De hac cena dicitur Hester i. Assuerus rex tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus et pueris suis: vt ostenderet diuitias glorie sue. multo tempore scilicet centum octoginta diebus. Per hunc regem significatur xps qui tempore legis gratie: quod est tertium: faciet magnum conuiuium scilicet eterne dulcedinis. omnibus sanctis quod erit gloriosum: designatum per centum: et erit in octaua resurrectionis generalis omnium designata per numerum octogenarium.

Sexto caro christi vere est

cibus catholicorum. De quibus dicitur. Apocal. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Hec cena fuit figurata per nuptias factas in chana galilee. vt dicitur Joh. ij. chana interpretatur zelus. Galilea transmigratio. Et xpus propter zelum et infinitam caritatem: instituit sacramentum corporis et sanguinis sui. vbi panis et vinum transmigrant de vna substantia in aliam. ps. Zelus domus tue comedit me. id est comestibilem fecit me. et Joh. xiij. dicitur. Cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos: et cena facta. super quo Aug. li. omelie ad ianuarium dicit. Saluator noster quo vehementius

cōmendaret mysterij illius altitudinem. vlti
muz hoc voluit infigere cordib⁹ et memorie
discipulorꝝ a quibus ad passionē discessurus
erat. Propterea dixit discipulis suis Luce.
xxij. Desiderio desideraui hoc pascha mādu-
care vobiscū. quasi diceret. Ad māducandū
vobiscū nō me induxit famis aut sitis anxi⁹
appetitus. sed imense charitatis affectus, vt
ꝑ hanc finalē comestionē sitis memores di-
lectionis quā ad vos habui: ꝑ quā vobiscuȝ
comedi meipm in cibuȝ vobis dedi. memor
illius btē delectatiōis mee cū patre ꝛ spiritu
sancto: quā vobis in sacro cōicaui: vt eiusdē
beatitudinis etiā vos sitis ꝑticipes. vt sicut
nunc in specie ita in nouissimo etiā in re edatis
ꝛ bibatis sup mensam meā in regno meo.
In hac cena nouissima ꝓposuit xp̄s suis fi-
delibus exēpla grandis sanctitatis. vt patet

Primo fomentuȝ fraterne cōionis. s. cum
familiaribus sobrie cōuiuare ꝛ raro. Vn̄ nō
nisi semel xp̄s ante suā passionem legit ꝑcu
rasse cōmune cōuiuiū: ꝛ cū paucis quos ele-
gerat ab initio: qbus reuelauit mysteriuȝ re-
gni dei. Secūdo exemplū interne humilis-
tionis. Vn̄ Joh. xiij. dicit. Exēplum dedi vo-
bis: vt queadmodū ego feci vobis: ita ꝛ vos
faciatis. Exempluȝ humilitatis ostēdit in pe
dum ablutōne. Geñ. xiij. Afferā pauxilluȝ a
que ꝛ lauētur pedes vestri: reqescite sub arbo
re: ponāqȝ buccellā panis ꝛ confortet cor ve
strum. Ista verba que dixit Abrahā angelis
adimpleuit xp̄s in sp̄lis. Qm̄ surgit a cena:
ponit vestimenta sua: mittit aquā in peluim
lauat pedes discipulorꝝ. ꝛ hoc in signū humi
litatis. Aug. Didicimus fratres humilitateȝ
ab excelso: faciam⁹ inuicē humiles. qd humi-
liter fecit excelsus. nec dedignet qd fecit xp̄s
facere xp̄ianus Tertio argumentū superne
dilectiōis: qm̄ corpus suū ꝛ sanguinē sub spe-
cieb⁹ panis ꝛ vini dedit discipulis. In argu-
mentum dilectiōis corpus ꝛ sanguinē suum
dedit amicis. s. fidelibus in eū credentib⁹. de-
dit inimicis. s. iude ꝓditori nō figuraliter. sed
realiter. Vnde. iiij. Reg. vi. dicit. Et vna mu
lier alteri dixit. Salua me dn̄e mi rex. mulier
ista dixit mihi. Da filium tuū vt comedam⁹
eum hodie. Dedi ergo filiū meū ꝛ comedi-
mus. Dixiqȝ ei die altera. Da filiū tuū vt co-
medamus eū Que abscondit filiū suū Mu
lier ꝑma est beata virgo q̄ dedit filiū suuȝ in
cibum ꝛ potum nature humane ne periret: s
haberet vitam eternā. Quia sumptio xp̄i sub
hoc sacro ordinat sicut ad fineȝ ad fruitionē
patrie. Vbi angeli eo fruuntur. Et quia ea q̄
sunt ad finē deriuant a fine. Inde est q̄ ista
manducatio xp̄i qua eū sumimus sub hoc sa
cramento. deriuat ab illa manducatiōe qua
angeli fruūtur xp̄o in patria. Ideo dicit ho-
mo māducare panē angelorꝝ. q2 ꝑmo ꝛ ꝑnci
paliter est angelorꝝ qui eo fruuntur in ꝓpria
specie. Secūdaria aūt est hoīm qui xp̄m sub
hoc sacramēto accipiūt. Sed natura huma-
na est mulier que filiū suū cōtra pactū abscō
dit. q2 sensum suū mortificare contēnit. Rex
aūt ait mulieri. Nō te saluet dn̄s: vnde salua
re te possum: de area: an de torculari? Nō sic
rn̄dit xp̄us. qm̄ saluat de area granū tritici: se
chim sup Jeremiã dicit sic.Ecce dolorẽ peni-
tentie necesse est innouari vbiqꝫ ad vocez fi-
lij ⁊ ordinis orituri.vt nõ excuset᷑ mũdus de
grã.sed potius timeat de ruina ꝑualentibus
malis in ecclesia quasi de iudea ipsius ꝑdica
tio trãsibit ad gẽtes erroribus inuolutas:vt
ibi granũ frumenti xp̄i euangeliũ ⁊ mortifi-
cetur ⁊ corruat:vt plurimũ fructũ ferat.hec il
le. Ab ista luna ꝓcesserunt tres radij.i.tres
ordines religiosi Primus fuit sororꝫ inclu-
sarum.Quarũ caput fuit monasteriũ sororũ
de pruliano.Deinde secutum est monasteriũ
sororũ de mõtargis.cui prefuit beata anncia
de iouiniaco ⁊ monasteriuz sancte Agnetis
de Bononia.cui ꝑfuit beata cecilia.Et mul-
ta alia monasteria clausa in quib⁹ floruerunt
sanctissime dñe. Secũdus fuit fratrũ de mi
litia coadiutorꝫ sancti Dominici.quorum ha
bitum ⁊ religionez approbauit sedes aposto
lica.in quo floruerũt plures sancti viri. Ter
tius fuit sororũ de penitẽtia beati Dominici
quarum religionẽ cõfirmauit ecclesia roma
na ⁊ multis priuilegijs dotauit. In quo flo-
ruerunt beata margareta filia regis vngarie.
Beata Katherina de senis.beata Johanna
de castello.beata beniuenuta de ciuitate Au
stria:⁊ multe alie.Eccle.xliij. Uas castorum
in excelsis in firmamẽto celi resplendens glo
riose.Luna aũt dicit᷑ vas castorum. Iuxta il
lud Uirgilij.Casta faue lucina:tuus iam re-
gnat apollo.Rursus beatus dominicus assi
milatur stelle:ratione directionis.Eccl li.ca.
Quasi stella matutina in medio nebule ⁊vo
catur ista stella lucifer.quia precedit solez in
ortu suo.Uñ abbas Joachim sup Jeremiã
dicit sic.Sicut turbati sunt egyptij ĩ fluctib⁹
rubri maris.vel iudei in ꝑncipib⁹ romani im
perij.Sic ⁊ nunc turbato populo xp̄iano sub
Alemanorꝫ principibus cõstituto.sonent ne
cessario elationes persecutionũ ascendentiũ
vndiqꝫ ⁊ irruentiũ in ecclesiam generalẽ.da
tis alijs ad respirationem fidelium ⁊ conso-
lationem.quasi sole contemplantibus verita
tes.Alijs quoqꝫ luna in cõmuni vita degen-
tibus.alijs quasi stellis predicantibus verbũ
dei designatis in moyse ⁊ helya ⁊ duob⁹ in
monte ecclesie testib⁹ ⁊ ordinibus affuturis.
ad quorꝫ predicationẽ edificabitur ecclesia i
spiritu.sed in carnaliter viuentibus attenua-
ta manebit.hec ille. Religio eñi beati dñici
est stella saluationis.sicut stella maris. Naz
soror sancti Thome defuncta apparuit ei in
somnis:dicens se in purgatorio esse.sed post
quindenam abinde liberari ⁊ euadere.Cuqꝫ
ab ea quereret de fratre suo. Respõdit ꝙ iã
in paradiso erat.Interroganti autem an ip-
se in breui migraret:vel saluaretur. Respon
dit.Tu quidem si perseueraueris saluus eris
sed aliomodo venies ꝙ nos. Post quidenã
vero apparuit ei frater suus:nuncians ei sa-
lutem sororis sue.A quo cum quereret an ip
se saluaretur.Respondit.Non oportet te q̃-
rere frater de hac re.Tu eñi in bono statu es
Sed tene qđ habes:⁊ ꝑseuera sicut cepisti.
Et scias ꝓ certo ꝙ nulli aut pauci de ordine
tuo dãnantur ⁊c. Secũdo vita ⁊ religio be
ati dominici assimilatur terrestribus s.para-
diso.arbori ⁊ currui. Primo assimilatur pa
radiso terestri.de quo dicit᷑ Geñ ij. Planta-
uerat autẽ domin⁹ deus paradisum volupta
tis a principio in quo posuit hominẽ quẽ for
mauerat.quia religionẽ beati Dñici ab eter
no preuidit in ecclesia plantandam. In qua
beatus dominicus formatus a deo.i.in vte-
ro sanctificatus ⁊ a spiritusancto i gratia cõ-
firmatus.Quod pꝫ.quia in infantia depre-
hensus est sepe relicto lecto super nudam hu
muz accumbere.in ea religione primus posi
tus est.Porro fons egrediebatur a loco vo-
luptatis qui diuisus est in quattuor capita.
Iste fons est doctrina vere fidei.que egredi-
tur ab hac religione.Unde abbas Joachim
super Jere.dicit sic. Oportebit Jesum transi
re per mediam Samariã ad suadendam fi-
dem latine ecclesie illibatam in filijs obediẽ-
tib⁹ ⁊ dissemiuantibus verbuz dei.Hinc mu
lier Samarites loquitur cũ Jesu.Dum con-
stantinopolitana sedes redit ad ecclesie vni-
tatem.de qua necesse est vt hauriat aquas in
vitam salientes perpetuam.non sitim littera
lis scientie inferentes vt ecclesia eorꝫ que vi-
rum vsurpauerat alienuz.carnalem lr̄e intel-
lectum redarguatur per virum euangelicũ
⁊ fidelem.⁊ conuertatur in lumine romane
ecclesie ꝓfectura.hec ille. Quattuor flumia
sunt quattuor intellectus sacre scripture.qui-
bus irrigatur tota ecclesia. Secũdo assimi-

latur arbori.i.cruci. Nam beatus Dominic⁹
deferet crucem cũ crucifixo in manu sinistra.
Juxta illud i. Cor.p̃mo. Nos predicamus
xp̄m crucifixum.iudeis quidem scandalum.
gentibus autẽ stulticiam. Tanto enim feruo
re predicabat crucem christi:vt absorpt⁹ cha
ritate transformaretur facie totusq̃ rubicũ-
dus stillaret guttas sanguinis. Queãdmo-
dum xp̄us in orto. Et sicut xp̄us sepius fuit
disciplinatus propter peccatores. Esa.liij.
Disciplina pacis nostre super eũ. Sic beat⁹
dñicus omni die tres disciplinas cum cathe
na ferrea sibi dabat vsq̃ ad sanguinis effusi
onem in memoriam passionis xp̄i.qui ter di
sciplinatus fuit.s.in templo.in atrio pretorij
in platea. Et sicut xp̄us baiulabat sibi crucẽ
suam vt sanctificaret per suũ sanguinem po
pulum.Heb.xiij. Sic beatus Dominicus ba
iulauit crucem xp̄i per arduam penitentiam
qua se plurimũ macerabat vt hereticos ⁊ i
fideles deo consecraret. Juxta illud. Exeam⁹
ad eum extra castra improperium eius por
tantes. Et sicut christus in cruce cũ lachry
mis orabat pro peccatoribus.Heb.v. Cum
clamore valido ⁊ lachrymis orans exaudit⁹
est pro sua reuerentia. Sic beatus dominic⁹
vberrime flebat orans pro peccatorib⁹. Un-
de dicitur de eo. Crebros adiungens sedulis
fletus orationibus. Et sicut de latere xp̄i in
cruce pendentis ꝓfluit sanguis ⁊ aqua. Sic
ex latere beati Dominici profluebat sanguis
per disciplinam ⁊ aqua per lachrymarũ exu
berantiam. Unde abbas Joachim sup Jere
miam dicit sic. Expectabitis lucem.i.duos fu
turos ordines in moyse ⁊ helya in montem
ecclesie cum dño apparẽtes:q̃d si nõ acquie-
ueritis veritati plorabit in abscondito aĩma
mea. Quia dolebũt spũales viri de peccato
ribus obstinatis:⁊ flebunt ex passionis debi
to in abscondito tempestatis.plorans ꝑ mi
serijs.plorabit pro spiritualibus temptamẽ
tis.deducet lachrymas pro eternis miserijs
quia captus est grex dñi in peccatis. hec ille.
Et sicut xp̄us voluntarie seipsũ obtulit deo
patri. Phil.ij. Factus obediens vsq̃ ad mor
tem crucis. Sic beatus dñicus ꝑ obedien
tiam voluntatem suam deo dedicauit ⁊ cor-
pus ꝓprium passioni ⁊ martyrio liberter ob
tulit. Uñ abbas Joachim sup Jere.dicit sic.
Puto q̃ in ordine futuro infra metas secu
li stat⁹ ⁊ initium tertij.⁊ apertiõe sexti signa
culi tria ista inuenientur:vt alij laborent ma-
nibus.alij predicẽt populis.alij contemplẽ-
tur in ecclesijs. Omnes erũt quasi coloni in
exhortatione sermonis viri in ꝑfectione vir-
tutis.viatores in paupertate cordis. Uagi ĩ
sollicitudine boni operis. Fortes in toleran-
tia passionis.qui ꝯsecrati dño nazareno san-
ctam ⁊ immaculatam se dño victimã hosti-
amq̃ delibent. Qui sic eos manere precepit
⁊ desiderat.donec veniat. Hec ille. ⁊ sicut xp̄s
dilexit ecclesiam ⁊ tradidit semetip̄m pro ea
mundans eam lauacro aque in verbo vite.
Eph.v. Sic beatus dominicus purgauit ec-
clesiam. Unde abbas Joachim super Jere-
miam dicit sic. Uentilatores doctores euan
gelij suscitãdi in area ecclesie generalis quo-
rum ventilabrum.s.doctrina quã in manib⁹
operationum habebunt permundabit areã
ecclesie ⁊ mũdabit a paleis viciorũ terreneq̃
substantie. Et congregabit frumentũ electo-
rum in horreis sanctorũ.et peccatores velut
paleas cõsumet igne iudicij penitentialis vel
temporalis perpetueq̃ pressure. Hec ille. Et
sicut xp̄o in cruce moriente sol obscuratus ẽ
hora sexta.sic beato dominico predicante or-
do prelatorum obscurus in fide corruit. Un
de abbas Joachim super Jeremiaz dicit sic.
Occidit ei sol cũ adhuc esset dies. Sex hore
diei sunt sex apertiones signaculorũ quorũ vlti-
mum iam tenemus in quo sol cadet velut in
meridie ordo prelaticus.⁊ cũ eis ꝓplus xp̄ia
nus a culmine dignitatis ⁊ fide fecerunt so-
le tribulationis in mundo. Hec ille. Et sicut
christo in cruce moriente velũ templi scissum
est.⁊ spolia iudeorum ablata sunt. Sic beato
Dominico predicante crucem xp̄i.mundane
ecclesie hereticorũ euacuate sunt. Unde ab-
bas Joachim super Jeremiam dicit sic. Si-
cut enim olim domin⁹ spoliauit egyptum.et
ditauit ac locupletauit pp̄lm euocatum. Si-
militer faciet domin⁹ vt vacuat clericis ⁊ ec-
clesijs bonis suis. spolia transeant ad viros
spũ pauperes habituq̃ mẽdicos. De cunctis
ecclesie finibus viri sunt euangelici suscitãdi.
qui spolia velut hostes spũales ecclesiarum
auferant mundanarum. Hec ille. Jn cuius si
gnum data ecclesia beato Dominico Tholo
se. Dominus Fulco episcopus Tholosanus
sextam partem decimarum cum consensu ca
pituli tradidit eidem. Et sicut christo morien
te multa corpora sanctorum que dormierant
surrexerunt ⁊c. Sic beato dominico predicã
te multa corpora defunctorũ resuscitata sunt.
quia multos mortuos adhuc viuens suscita-
uit. Et sicut xp̄o moriente plures patientes

pectora sua revertebant hierlm. Sic beato
dñico predicante plures heretici ad fidem
xpi cõuersi sunt. pergens em̄ cuz epo oxom̄
tholosam. deprehendit spū pphetico hospi
tem suū heretica pravitate corruptū. quem
ad fidem xpi cõvertit. Et sicut xps in cruce
sustinuit opprobria: qm̄ pretereūtes blasphe-
mabāt eū ꝛc. Sic beatū dñicū contra here-
ticos disputantē irridebant adversarij veri
tatis: sputa, lutū, ꝛ hmōi vilia pijcientes in
eum, ꝛ a tergo p derisu sibi paleas alligan-
tes. Uñ abbas Joachim sup Jerem̄. dicit
sic. Qđ aūt sequit de orone Jeremie ad spi
rituales viros referendū est. p xpo dño ꝛ ec
clesia improprium sustinentes. hec ille. Hanc
arborē crucis btūs dñicus velut seraphicus
ardenti caritate succēsus ascēdit, in qua tot
signa pfectionis oñdit. vt vere possit dicere
illud Hylarij. xi. de trini. Cognouit me reper
tus sm cor tuū David, ꝛ dignus divine sa-
pientie munere Salomon, ꝛ viso dño Sa-
baoth Esaias, ꝛ ante formationez in vtero
sanctificatus Jeremias, ꝛ occulti mysterij
testis Ezechiel, ꝛ inclitus desideriorū Da
niel ipsorū conscius, ꝛ electus ex publicano
matheus in apostolū, ꝛ revelatione misteri
orum celestium dignus Johānes. ꝛ ex per-
secutore aplus vas electionis tue Paulus
in pfundo maris viuens. In tertio celo ra-
ptus in paradiso. hec ille. Hāc arborē cruc
xpi firmavit btūs Dñicus in sua religione
in cuius medio extensis brachijs ardēs ca-
ritas ipsum posuit. vt innovaret memoriaz
passionis dñice in cordibus multorū: que iā
tradita erat oblivioni. hinc dicit. Eccl. xxxvij.
Innova signa īmuta mirabilia. quia em̄ si-
gnuz dñice crucis inveteratum ꝛ abolitum
erat apud ignaros pter defectum vbi dei.
ideo obsecrat ecclia dicens. Innova signa.
multa vo mirabilia ꝛ stupēda mysteria cru
cis xpi iam defluxerant. que p beatū dñicū
sunt imutata. i. renovata. Uñ abbas Joa-
chim sup Jerem̄. dicit sic. Cum em̄ in mūdi
area boni ꝛ mali pariter sūt cōmixti. nescio
qs de tāte ꝯfusionis baratro possit vel dēat
excuti nisi saniori ꝯsilio plus mēte q̃ corpe
pedē mistică retrahat. ꝛ ad mōtana vite cele
stis cū festinatiōe ꝯscēdat, s qz necesse ē vt
iustus etiā q̃ nō rapuit exsolvat nō dz pin
de palmes si a pverso sterilisqz pcidat are-
scere: s florere vbi vindictā in sui gliam vide
rit de malicia fieri petōris. Annūciate ergo
ꝛ vos viri evangelici in gentib⁹ positis e lō
ginquo ꝛ auditum facite cōvicinis. levate si
gnum crucis. predicate evangeliū omībus.
ꝛ nolite celare exterminiuz mundi hui⁹. hec
ille. Habet aūt hec arbor trea ramos. i me
dio residet btūs dñic⁹. in ramo dextro btūs
Petr⁹ martyr. in sinistro btūs Thomas de
aquino. Sicut in synagoga fuerūt tres pa-
triarche. s. Abraaz, ꝛ iste significat btm̄ dñi
cum rōne religionis. Ysaac, ꝛ iste significat
btm̄ petrū martyrem rōne īmolationis. Ja
cob, ꝛ iste significat btm̄ Thomā de aquino
rōne contēplationis. Isti sunt tres apli qui
ascenderunt cū xpo in montē thabor. s. pe
trus, ꝛ hic Dñicus. Jacobus ꝛ hic Petrus
martir. Johānes ꝛ hic Thomas de aquino
qbus revelatum est sacrm̄ passionis xpi in
orto. ꝛ mysteriuz glorificationis in monte.
Ista mysteria precipue sunt revelata ꝛ fun
data in ordine predicatorū. In cui⁹ signum
ordo iste pre alijs habet in suo sigillo cruci-
fixum. qz fratres predicatores debent habe
re semp memoriā dñice passiōis. Ezech. ix.
Signa thau sup frontes virorū gementium
ꝛ dolentiū. Preterea in hostia cōsecrāda in
toto ordine predicatorū est crucifixus. aut h
nomē iesus in modū crucis. Cant. viij. Po
ne me vt signaculū sup cor tuū. qz vero ma-
nus sinistra vicinior est cordi: q̃ dextra. ideo
vt pdicatores iugiter corde meditent passi
onē xpi: ꝛ gliam ei⁹ cōicant cum manu sini-
stra. Lu. xv. Date anulū in manu ei⁹: ꝛ cal-
ciamenta in pedes: ꝛ occidite vitulum sagi
natuz. ꝛ. ij. Corū. i Dedit pignus spiritus in
cordibus nostris. Hic em̄ ordo est vas ele-
ctionis. de quo dicitur. Actuū. ix. Vas ele-
ctionis mihi est iste. vt portet nomen meuz
coram gentib⁹ ꝛ regibus ꝛ filijs israel. Hec
arbor est cathedra in qua sedit David, i. be
atus Dñicus. de quo dicit. ij. reg. xxij. Da-
uid sedens in cathedra sapientissimus prin
ceps inter tres. s. corū qui resident in arbo
re crucis. de quibus dictum est. In hac ca-
thedra sedit beatus Dominicus tanq̃ do-
ctor docens quattuor genera hominum.

Primum genus est activorū dicens eis il-
lud. Geñ. xviij Lavent pedes vestri ꝛ re
quiescite sub arbore. quos docet quattuor
lectiones. Prima est vt ab estu viciorū se
pregant. sicut fecit Jonas sub edera Jone.
iiij. capitulo. Secunda est vt contra fatiga
tionem viciorum fortitudinem resumant.
Sicut Helyas requievit sub arbore iunipe-
ro, ꝛ fortitudine resumpta ambulavit in

fortitudine illa. vsq3 ad montez dei oreb. iij. Reg. xix. Tertia est vt fructū arboris aspiciant ad cui9 fruct9 aspectū ab igniitis dyaboli temptationibus se expediant. sicut filij israel aspicientes serpentē eneū in palo. τ a morsib9 serpentiū liberati sunt. Nume. xij. Quarta ē vt amaritudinē aduersitatis patienter ferāt. sicut fecit latro dexter: dicens. Nos quidē digna factis recipimus: hic aūt nihil mali fecit Luce xxiij. Secundū gen9 est ↄtemplantiū. quos docet quattuor lectiones. Prima est vt se semoti a terrenis actib9 securi habitēt. Sicut dicit Daniel. iiij. Ω vidit arborē magnam in cuius ramis aues celi. i. contemplatiui morabantur τc̄. Secunda est vt deum videant. sicut fecit Zacheus qui vt deū videret ascendit in arborē sicomorū. Luce. ix. ps. Respice in faciē xp̄i tui. Tertia est vt fructū colligant et se illo satient. Cant. viij. Ascendam in palmā τ apprehendam fructus eius

Quarta est vt ad deuotionē cordis se exerceant. Sicut moyses q̄ pcussit virga petrā: τ fluxerūt aque in abundantiā. Exo. xvij. Sic pcusse erant mulieres q̄ sequebant dn̄m ad crucem flentes Tertium genus est iustorū q̄ ligant ad crucē. quos docet quattuor lectiones. Prima est vt peccatuz abhominādo destruant. Sicut achior fuit ligatus ad arborem. Judich vi. Secūda est vt exemplo xp̄i se cōformēt. Sicut beatus andreas ad exemplum xp̄i ad crucez ligari voluit. Tertia est vt deum homini recōcilient. Sicut xp̄s affigi cruci voluit. Job xij. Ego si exaltatus fuero a terra omīa trabam ad meipm̄. Quarta est vt ad morem xp̄i alios inuitent. Sicut fecit petrus. i. Petri. ij. Xp̄us passus est pro nobis. vobis relinquens exemplū: vt sequamini vestigia eius. Quartū genus est pctōrum. quos docet quattuor lectiōes. Prima est vt peccata diluant in sanguine xp̄i ne malam crucē p eis subeant. Nam p castrimargia suspendet gulosus in iferno. hec est crux pistoris. Gen. xl. Pro superbia ↄdēnetur superb9. hec est crux aman. Hester. iij. Pro negligentia flagellabit negligens. hec est crux filiorū Saul. ij. Reg. xxv. Pro ingratitudine punietur ingrat9. hec est crux filiorū israel. Nu. xxv. Pro blasphemia dānabitur blasphem9 hec est crux mali latronis. Johānis ix.

Secunda est vt suam intentionē aqua gratie irrigent. Sicut Moyses percussit virga mare τ diuise sunt aque. Exo. xiiij. Tertia ē vt viuacitatem fidei teneant. Sicut David processit cū baculo contra philisteum. quem tandem deuicit. pmo. Reg. xvij. Quarta ē vt firmiter in bono perseuerent. Sicut iacob qui in baculo suo transiuit iordanem istum. Gen. xxxij Et quia beatus dominicus illas lectiones docuit. Juxta illud Jere. xxxiij. Ascende in libanum τ in basan da vocem tuā τ ad transeuntes. i. p vite mundiciam τ candidationem: τ deuotam orationez p̄dicauit. Ideo beatus Johānes Apocal. vij dicit de eo. Vidi alterum angeluz ascendentē ab ortu solis habentem signū dei viui. τ clamauit voce magna. Nam iste angelus est beat9 dominicus. vt dictum est supra. qui habet signū dei viui i. crucem xp̄i. Gal. ij. Xp̄o confixus sum cruci. τ. vi ca. Mihi autez absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i. per quē mihi mūdus crucifixus ē: τ ego mundo. Sicut autem xp̄us per sui passionem eduxit sanctos patres de limbo. Sic beatus dominicus per sui flagellationez in cruce maximā animarū multitudinem liberauit a purgatorio. τ hoc fuit ei specialis p̄rogatiua. Tertio assimilatur vita τ religio beati dn̄ici currui. Unde dicitur. iiij. Reg. pmo. Ecce currus igneus τ equi ignei. τ ascendit helyas per turbinē in celum. τ heliseus leuauit palliū Helye qd̄ ceciderat ei. Iste currus est currus charitatis in cuius medio residebat btūs dn̄icus: qui aliquādo visus est dum oraret totus succensus igne. τ ideo dicitur de eo. Ardebat quasi facula p zelo pereuntiū. Quattuor equi ignei quibus vehebatur sunt. Custodia innocētie. Eph. pmo. Elegit nos ante mundi constitutionez vt essemus sancti τ immaculati in cōspectu eius in charitate. Custodia mādatorū. Deutero. xxxiij. In dextera ei9 ignea lex. Castificatio anime. i. Petri. vi. Castificantes animas vestras in obediētia charitatis. Predicatio veritatis. Eccle. xlviij. Verba ei9 quasi facula ardebant, pallium autem sui corporis. qd̄ maxima charitate totū sanguineuz τ cruentatum erat pp̄ter assiduas disciplinas quas sibi dabat p salute tam viuorū in mundo q̄ mortuorū i purgatorio. Heliseus. i. chorus ecclesie hodie accepit. per quod fiunt miracula plurima. vt pz. Tertio vita τ religio beati dominici assimilatur rationalib9. s. homini. seruo τ fratri. Primo assimilatur homini. Unde abbas Joachim super Jeremiā dicit sic. Sed quia suscitandus est itē noster Lazarus. τ populus xp̄ianus ad vitam spiritus excitandus insistenduz est precibus τ

bonis operibus innitendum p viros euãgelicos in duabus sororibus designatos, si forte populus periturus ꝛ pessimus, verbũ dñi audiat ꝛ amplius in vitijs nõ putrescat. hec ille. Et Sibilla erithrea dicit sic. Erũtqꝫ ĩ diebus vltimis due stelle lucidissime quib9 erũt quattuor aĩaliũ facies. Tubam prioris stelle resumẽt in paupertate ꝛ deiectione serentes diuitias, vociferabunt nomen agni ꝛc. Qd quidem p̄monstratum est cuidaꝫ doctori legenti theologiam Tholose, cui visum est dum preuideret lectionem. ꝙ. vij. stelle intrabant ad ipm. quarum vna maior ꝛ splendidior ceteris videbatur. q̃ ita in lumine crescebant ꝙ totum munduꝫ illuminabant. Cũqꝫ post intrasset scholas ad legendum, ecce beatus dñicus cum sex fratribus eiusdẽ habitus ad p̄dictum doctorẽ accessit. Post colloquiũ aurẽ ipsoꝝ intellerit p̄dictus doctor visioneꝫ ꝛc. Item assimilaꝛ seruo. Unde Luce. xiiij. dicitur. Misit seruũ suũ ho. ce. di. inuitatis vt venirẽt. Grego. in glosa dicit sic. Hora cene finis est seculi. Unde aplus. Nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerunt. In hoc fine mittitur seruus i. ordo predicatoruꝫ ad inuitatos per legem ꝛ pphetas vt repulso fastidio ad gustandam cenã se p̄pararent. hec ille. Rursus assimilatur fratri. Unde Math. iiij. dicitur. Uidit duos fratres. Glo. Unitatem fraterne dilectiõis approbauit. sine qua nullus in ordine p̄dicatoꝝ admittiꝛ. hec ibi. Quarto assimilatur artificibus. s. fabro ꝛ figulo. De fabro diciꝛ. Eccle. xxxviij. Faber ferrarius sedens iuxta incudeꝫ. Sup quo dicit glo. Ordo p̄dicatoꝝ iuxta durum p̄sentis vite laborem qui spũalia arma fabricat. hec ibi. De figulo diciꝛ ibideꝫ sic. Figulus sedẽs ad opus suũ. Glo. Ordo predicatoꝝ qui per diuersa officia ministeriũ suũ agunt, doctrinaꝫ ſm auditores temperant, qui fragiles infirmos verbis ꝛ exẽplis formãt. vt vasa in honorem faciant. hec ibi quia vero bonoꝝ laborum gloriosus est fructus. ppterea hodie scala celo pminens fratri reuelatur per quã pater transiens sursum ferebatur. Lingue manus studio scalam hanc erexit. quã virgo mater cũ filio sursum vexit. tandẽ fulget in choro virginum doctor veritatis. sertum honoris geminum gerens cum beatis. Amen.

In festo sctĩ Laurẽtij marty. ſmo. xlv.

D Estinauit in corde suo. ij. Cor. ix. ꝛ in epistola p̄sentis solẽnitatis. Beatus maximus in sermõe huius diei dicit sic. Sanctum est ac deo placitum vt natale sancti Laurentij precipua veneratione veneremur. cuius radiantib9 flammis victrix in hunc quoqꝫ diẽ toto orbe xpi coruscat ecclesia. Hec ille. Super quo talem moueo questionem. Utrum beatus Laurentius diuinorum omnipotentiam demonstrauit qui tormentorum incendia superauit.

Ad istam questionem respondent tres doctores noui testamẽti. Primus est beatus Ambrosius in sermone huius diei: dicẽs sic. Fortissimum martyrem seuissima persecutoris flamma superare non potuit. quia longe ardentius veritatis radijs mens eius accensa feruebat. hec ille. Secũdus est beat9 Augustinus in sermõe huius diei: dicẽs sic. Seuisti persecutor in martyrem consenuisti ꝛ auxisti palmam dum aggeras penam. Nunqd non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit. quando in honorem transiuerunt triũphi instrumenta supplicij. hec ille. Tertius ẽ Hugo. libro soliloquiorum: dicẽs sic. Hec sũt beneficia tua magna domine deus sanctificator sanctoꝝ tuoꝝ qui repleturus es inopiam merentium filiorum tuoꝝ: quoniam factus es spes desperatorum. Tu corona spei. Que est corona preparata vincentibus. Tu sacietas famelicorum, eterna danda esurientibus. Tu consolatio sempiterna que solum illis te tribuis qui pro consolatione tua cõsolationeꝫ huius mundi contẽnunt. Nam qui hic consolantur tua consolatione indigni habentur. ꝛ qui hic cruciantur a te consolantur. ꝛ qui participant passionibus a te coronanꝛ Tua enĩ dulcedo stephano lapides torrẽtes dulcorauit. Pro tua dulcedine ibant apostoli gaudentes a conspectu cõcilij ꝛc. Hanc vt gustauit petrus oĩm terrenoꝝ oblitus clamauit dicẽs. Dñe bonũ est nos hic esse ꝛc. Tua dulcedo craticulaꝫ laurentio dulcẽ fecit. Hec est illa beatitudo dñe deus noster quam expectamus daturũ te nobis p qua tibi domine ꝯtinue militamus. pro qua mortificamur tota die. vt in tua vita viuamus. Hec ille.

Sciendum ꝙ licet multa aduersa in mundo ꝯtingant nõ tñ dei oĩpotentiam negant. Que quidẽ manifestaꝛ quattuor modis.

Primo per viã creationis q̃ soli deo cõpetit vt pꝫ rõne auctoritate, exemplo. Rõne sic. Quãto enĩ aliqua cã est superior tãto ad plura se extendit. Nam in vno iudicio vnus officialis particularis potest solum illud qd̃ spe

erat ad illud iudicium. Sed iudex vniuersalis
se extendit ad instituendū et transmutandū
et colligendū omēs officiales. Ita est de deo
et alijs causis secūdis. Quodlz enī elementū
pōt tm̄ illud qđ est sibi ɓm sui naturā conces
sum. et quilibet planeta et quodlz celum. et q̄li
bet intelligentia. Deus aūt tanq̄ causa vni-
uersalis pōt omīa que possunt iste cause par
ticulares simul et seorsum. et cū hoc istas cau-
sas instituit. ergo deus est omp̄s. Auctorita
te sic. Geñ. p̄mo. dicit. In principio creauit
deus celū et terrā. Super quo dicit glo. Crea
re est ex nihilo aliq̄d facere. Exemplo sic pa-
gani babylonij ignorantes deū omnipoten-
tem adorabant idolum baal. Cumq̄ Daniel
nō adoraret illud. dixit ad regez. Non adoro
idola manufacta. sed deum viuentē. deum q̄
fecit celū et terrā et habet potestatē omīs car
nis. Cui rex. Nonne baal est deus viuens: q̄
tanta comedit et bibit per singulos dies etc.
Daniel. xiiij. Ex hoc arguit q̄ baal non erat
deus. quia indigebat auxilio hoīm Deus autē
noster nullo suffragio nostro indiget. ps. Di
xi dño: deus meus es tu. qm̄ bonoꝝ meoruz
nō eges. imo magis nostris necessitatibus sub
uenit p sui vniuersalem ꝓuidentiā. vt patet.
quādo populum suū pauit in deserto. xl. an-
nis. dando ei manna de celo. Exo. iiij. Et qñ
pluit eis carnes de celo. Exo. xvi. Et quādo
dedit eis aquā de petra in abundantia. Exo.
xvij. Et quādo cōseruauit vestimenta et calci
amenta coꝝ ne. xl. annis cōsumerentur vetu
state. Deutero. xix. Secūdo p viā ꝯseruatio
nis. que soli deo competit. vt ptz rōne. aucto
ritate. exemplo. Ratione sic. Nam opera ar-
tificialia et artificeo indigent operibus natu-
re. Ita natura indiget opere creationis nō so
lum vt sit et vt p̄stet materiam rebus artifici-
alibus. sed etiā vt cōseruet in esse. vt artificia
lia etiam cōseruentur inesse. Auctoritote sic.
Heb. i. dicit. Portans omnia verbo virtutis
sue. Et augu. iiij. sup Geñ. ad litterā: dicit sic.
Creatoris potentia et omnipotentis atq̄ oī
tenentis virtus. Causa est subsistendi omis
creature q̄ virtus ab eis que creata sunt gerē
dis aliquādo si cessaret: cessarent omnes spe-
cies omnisq̄ natura cōcideret Et Gregorius
dicit. Omnia in nihilum deciderent nisi ma-
nus omnipotentis ea inesse conseruaret. Si
cut autem presente sole aer illuminatur. quo
absente obtenebratur. Sic presente deo et p
uidente omnia inesse ꝯseruantur. Qui si sub-
trahat sui ꝓuidentiam cuncta adnihilantur.

Exemplo sic. Nam dij gentium quos colue-
runt filij israel. in templo in hierusalem. non
fuerunt dij omnipotentes. q2 non potuerunt
seipsos conseruare nec suos ministros. quia
dij fuerunt cōminuti per Josiā et ministri eo-
rum occisi iiij. Reg. xxiij. Nec fuerunt dij oī-
potentes. Dij troianorum qui fuerunt victi
a grecis nec potuerunt iuuare troiam. vt po-
nit Uirgilius p̄mo Eneidos. Similiter He-
liseus ꝯminuens Baal: et cetera idola. et qua
dringentos quinquoginta ꝓphetas eorum
occidens: quos adorabant Achab et Jeza-
bel. vt patet. iij. Regum. xviij. Tertio per vi
am cooperationis et defensionis. quia deus
omnipotens est in omnibus omnia coope-
rans et defendens. vt patet. rōne. auctoritate
exemplo. Ratione sic Sicut anima rationa-
lis est tota in toto: et tota in qualibet parte p
sui presentiam. dando eis esse et in omnibus
sensibus et potentijs per sui potentiam dan-
do eis operationez et suos et corporis actus
cognoscens. Ita deus est in omnibus rebus
per presentiam. dando eis esse et per poten-
tiam. quia omēs creature obediunt ei et nō
est qui possit resistere voluntati eius. Omīa
vero cognoscit. quia omīa nuda et aperta sūt
oculis eius. ergo etc. Auctoritate sic. Esa. xxvi.
dicit. Omnia opera nostra operatus es in
nobis domine. Jere xxij. dicitur. Celum et ter
ram impleo. Et Ambrosius li. de spūsancto
dicit. Quis audeat dicere creaturam spiritū
sanctū. q̄ in omnibus et vbiq̄ semper est. qđ
vtiq̄ deitatis est ꝓprium. Exemplo sic. Naz
deus omnipotens defendit suos cultores.
Dij autem gentium suos cultores defende-
re nequiuerūt. Unde Uirgilius. ij. Eneidos
dicit. Qz capta troia a grecis et igni data. E-
neos vidit Priamuz et Hecubam centum q3
nurus ipsoꝝ. qui cucurrit ad tēpluz vt implo
raret auxilium. Cumq̄ oraret occisus est vo-
lutatus in sanguine proprio. Et iiij. Reguz
xix. dicitur. Qz Senacherib rex syrie: dum ob
sideret populuz dei. angelus domini vna no
cte occidit centum octogintaquinq̄ milia vi
rorum. Ingressus autē ciuitatē vt oraret deū
suū. a filijs suis interemptus est. Sed deus
noster omp̄s defendēdo pp̄lm suū pluit lapi
des de celo sup inimicos opp̄mētes eū. Exo.
ix. Silr tpe helisei fecit strepitū ī celo curruū
et equitū. quo inimici populi sui cōcussi timo
re fugerūt oībus dimissis. iiij. Reg. vij. Et de
fendens heliseū ꝓphetā circūdatū ab inimi-
cis volentibus eū capere. ipos cecitate pcussit.

etiam defendens populū suū pperantez in desertuz. egyptios in mari submersit. Exo. xvi. Petrum quoqz per angelū suū a carcere liberauit. Act. xij. Quarto per viā puisionis. Eīn φ sui puidentia cuncta gubernabat. vt pz. rōne, auctoritate. exemplo. Rōne sic. Naz deus oīa cognoscit τ vniuersalia τ particularia. Cū autē cognitio eius comparet ad res: sicut cognitio artis ad artificiata. necesse est φ oīa supponant suo ordini. sicut oīa artificiata subdunt ordini artis. Auctoritate sic. Sapi. viij. dicit. Attingit eñi a fine vsqz ad finem fortiter. τ disponit oīa suauiter. Et Aug⁹. in enchiridion dicit. Deus oīpotens nō sineret aliqd malum nisi adeo esset bonus: vt bñfaceret etiam de malo. Exēplo sic. Nam ioseph fuit vēditus a fratrib⁹: τ in egypto peregrinabat: τ per maliciā vxoris phutifaris incarcerat⁹ fuit. tamē deus puidit ei de impetratiōe somniorū. vt preficeret toti egypto. Geñ. xxxix. Similiter populus dei dura seruitia peragebat in egypto τ deus puidit ei educens eū de egypto. Exo xiij. Beatus Laurentius attendēs oīpotentiā dei his quattuor modis inuictissimū pugilem xpi se ↄstituit. vñ Aug⁹. in sermone hui⁹ diei dicit sic. Ad erudiendum dei populū nullorū est vtilior forma φ martyruz. eloquētia facilis fit ad exorandum. rō efficax ad suadenduz validiora tamen sunt exempla φ verba. τ plus est opere docere φ voce. In quo excellentissimo genere doctrine beat⁹ martyr Laurentius φ gloriosa polleat dignitate. etiam persecutores ipsius sentire potuerūt: φ illa mirabilis animi fortitudo nō solū nō cedere: sed etiaz alios exēplo sue tolerātie roborare. hec ille. Et qr maximā grām in supatione tormētorum a deo obtinuit. vt plus posset ipe φ torquebat: φ tortores φ in eū seuiebāt. iō destinauit in corde suo sic ↄstāter psistere. imo deus ipse ab eterno destinauit ī corde suo mittere btm̄ Laurētiū in mūdū tanφ ecclie sue ministrū τ martyrē dignissimū. cui⁹ exēplo ceteri fideles in fide firmarent τc̄.

Destinauit in corde suo.

Eius generationem.
Eius nuncipationem.
Eius assumptionem.
Eius dispensationem.
Eius obedientiam.
Eius victoriam.
Eius preeminentiam.

Primo deus ab eterno destinauit in corde suo beati Laurentij generationē. Sciendū φ generatio electorum valde cōmendat. Sap. iiij. vbi dr. O φ pulcra est casta generatio cū claritate. īmortalis est eñi memoria illius: qm̄ apud deū nota est τ apud homīes. Est eñi generatio electorū cōmendabilis quo ad quattuor. Prima qr est pulcra quo ad naturā. de qua dicitur Job. viij. Interroga generationē pristinam: τ diligenter inuestiga patrū memoriā. Hec est eñi illa qua oīs creatura obedit creatori suo. de qua dicit. Esa. lxvj. Nūquid ego qui generationē cunctis tribuo sterilis ero?

Secūdo qr est casta quo ad rectificationē de qua dicit in psal. Generatio rectorū benedicetur. Hec est eñi illa qua creatura rōnalis sapienter τ recte viuit. Eccl. xxiiij. A generationibus meis adimplemini. Tertio quia est clara quo ad electionē. de qua dicit pme Petri. ij. Uos estis genus electum. regale sacerdotium. gens sancta τc̄. Hec eniz est generatio gratie: que pprie cōuenit humilibus. de qua dicit in psal. Generatio τ generatio laudabit opera tua τc̄. Quarto quia est immortalis quo ad glorificationē. de qua dicitur. Prouerb. xxvij. Corona tribuetur tibi in gñatione τ generatione. Hec est eñi generatio amoris que conuenit primū diligentib⁹. de qua dicitur in psal. Hec est generatio querentiū dominū. Qui non solum generant naturaliter: sed ex gratia: τ hij fuerunt quattuor. Primus fuit Ysaac qui natus est per repromissionē Geñ. xviij. Secūdus fuit Sanson. vt habet Judi. xiij. Tertius fuit Samuel. de quo dicit. i. Regum. ij. Quart⁹ fuit Johānes baptista. vt habet. Luce. i. Hos eñi elegit deus ad maxima facta peragenda. Btūs Laurentius per singulare priuilegium gratie natus est Cum eñi quidam nobilis dux in hyspania filiū non haberet: quē tamen maximo desiderio cupiebat τ a suis dijs impetrare nequiret: cōsuluit quēdā xpianū virū sanctissimum qui dixit ei. Scito te nunφ filium habiturum: nisi perfidie deorum abiuraueris: τ te christianum fieri promiseris. Qd cum spospondisset filium ex propria vxore suscepit. Diabolus autem hoc cognoscens fieri voluntate dei. τ puerum natum futuruz seruum christi. τ demoniorum acerrimum cōpugnatorem quattuor cautelis vsus est cō-

stra eius. Primo nocte quadā puerū de cuna accipiens longe asportauit ⁊ sub quadā lauro reposuit vt ibi fame periret. sed deꝰ ipsuȝ a demonis insidijs custodiuit. mittens angelos suos qui eū cibo celesti alerent ⁊ protegerent. Secundo per multa tempora ipse diabolus in persona pueri nati in cuna se posuit vbi se multipliciter deformē exhibuit. nūc gibbosum. nunc monstruosum: nunc oībus onerosum: ⁊ infestum se prebens. Tertio multas vexationes ⁊ molestias parētibus eius intulit: quas tamen patienter tolerabant putantes ipsum esse filiuȝ suū. Quarto pre verecundia istud celantes ad fidem xp̄i venire non audebant. ⁊ sic pȝ primum.

Secundo deus ab eterno

destinauit in corde suo beati Laurentij nuncupationē. Deus eñi ꝓuidit btō Laurentio quadruplíciter. Primo īmittendo sibi gratiam. Gen. xxij. Dn̄s prouidebit sibi de victima holocausti. i. dabit sibi gratiā que hoīem facit coram deo victimā holocausti. Secūdo īmittendo sibi fidei noticiā. Gal. iij. Prouidens aūt scriptura: q2 ex fide iustificat gentes deus. Tertio īmittendo sapiam. Sap. vi. Qui vigilauerit ad illaȝ non laborabit: sed in oīni ꝓuidentia occuret illi. Per hanc eniȝ ꝓuidet sibi in habitu ne sit notabilis in locutione ne sit coutēptibilis. in operatiōe ne sit reprehensibilis. Quarto īmittendo ꝟbi dei efficaciā. ij. Cor. viij. Prouidemꝰ eñi bona nō solum coram deo: sed etiā corā oībus hoībꝰ.

Propter istam quadruplicem ꝓuidentiam recte vocatus est Laurētius: quasi laureā tenens q̄ est corona de lauro facta. q2 olim de hmōi ramis victores coronabanť. Hec autē arbor hȝ quattuor prerogatiuas. Primo ē cōtinua viriditate amena. Et btūs Laurentius viriditatē habuit per cordis mundiciam ⁊ puritatē. Nam btūs Sixtus magnꝰ pbus ⁊ curie Romane legatus vir bonus ⁊ sanctus. ad predicandum fidem xp̄i in Hyspaniā pergens deo disponente puerum sub lauro inuenit quē accipiens baptizauit ⁊ a lauro Laurentiū nuncupauit: ac nutriri faciens ipsum in spūalem filiuȝ adoptauit. Et sic habuit diuinam gratiam. Secundo est odore grata. ⁊ beatus Laurentius odorem sue sanctitatis longe lateqȝ diffudit. Cum eniȝ iam venisset: btō Sixto ⁊ toti curie sue erat mirabiliter gratiosus. Audiuerat eniȝ quomodo Beatus Sixtus eum inuenerat: ⁊ in filium suū adoptauerat ⁊ hoc ꝑpter noticiam fidei qua plurimum pollebat. Tertio est victorie ostensiua: ⁊ btūs Laurentius prius omnes animi sui passiones deuicit. Cum enim quidam senescalus curie beati Sixti Laurētio inuidens propter eius gratiositatem. calce ipsum percussit. improperans ei q̄ nec patris sui noticiam haberet. Immutatus autē animo cepit cogitare ⁊ inquirere quis esset pater suus. ⁊ hoc cū multa sapiētia. Quarto est efficacia virtuosa: q2 calculum frangit. surditati subuenit. fulmen non metuit. Et beatus Laurentius fregit cor durum spūalem reddidit audituȝ. ꝑteriit parentes a fulmine sententie reproboꝝ. Nam a btō Sixto recedens ibat per deuia ⁊ nemora vagabundus sero autē superueniente ascendit quādaȝ arborem vt feraruȝ pericula euaderet. Media vero nocte ipso vigilante deo sic prouidente maxima demonum multitudo sub arbore se coniecit ad sua figmēta ⁊ tēptamenta declaranda inter quos vnus ait. Tot anni preterierunt q̄ dux Hyspanie filium habere non potuit. suasu autem cuiusdam xp̄iani a deo filium impetrauit post cuius ortum ⁊ natiuitateȝ ipsum e cuna accepi: ⁊ sub quadā lauro posui quē btūs Sixtus inde transiens accepit ⁊ baptizauit. Ego vero in cuna me reposui: ⁊ multā deformitatē simulans molestus fui q̄ plurimis. Unde dux ⁊ ducissa ad fidē xp̄i cōuerti distulerunt. Alij demones hoc audientes: ipsum laudibus extulerunt. Mane autem facto abeuntibꝰ demonibus Laurentius letus ⁊ gratias agens deo: descendit et ambulauit quousqȝ ad palatiuȝ predicti ducis peruenit. Cūqȝ demoneȝ in cuna repperisset: turpiter a domo effugauit Et narrans predicto duci singula que contigerant se esse verū filium suū declarauit: ⁊ tandē patrem ⁊ matrē ⁊ maximā paganoꝝ multitudineȝ ad fidem xp̄i cōuertit. ⁊ sic pȝ secundum.

Tertio deus ab eterno de

stinauit in corde suo beati Laurentij assumptionem. Qualis debeat esse vita ⁊ conuersatio coruȝ qui ad ordines sacros ecclesie eliguntur ⁊ assumuntur Declarat Isidorus de vita clericorum. vt habeť. xxiij dist. capi. his igitur: dicēs sic His igiť lege patruȝ caueť: vt a vulgari vita seclusi. a mundi volupratibus se abstineant: non spectaculis: nō pompis intersint: cōuiuia publica fugiant priuata non tm̄ pudica, sed sobria colant. Usuri

nequaq̄ incūbant: nec turpiuz occupationibus lucroꝝ neqꝫ fraudibꝰ cuiuſqꝫ ſtudium appetant. amorem pecunie quaſi materiaz cunctoꝝ criminum fugiant. ſecularia officia negociaqꝫ abnuant. honoris graduz per ambitionē nō ſuſcipiāt. ꝓ beneficijs medicine dei munera nō capiant. pudorem ac verecūdiam mentis ſimplici habitu inceſſuqꝫ oſtēdant. Obſcenitatem ⁊ membroꝝ ⁊ verboꝝ ſicut operū penitus execrent̄. Caſtimoniaz quoqꝫ inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant. ſenioribus debitaz prebeant obedientiā Tales em̄ eſſe debent qui diuinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudēt. hec ille. Hmōi fuit beatus Laurentius ſpū ſancto plenus qui deuotione ⁊ feruore diuini amoris fuit totaliter inflāmatus. Unde poterat dicere illud pſal. Inflāmatum eſt cor meum ⁊ renes mei cōmutati ſunt ⁊ ego ad nihiluz redactus ſum: ⁊ neſciui. vt iumentū factus ſum apud te ⁊ ego ſemper tecum.

Sciendū ꝙ iſte amor diuinus extinguit q̄druplicem amorem inordinatum. Primo extinguit amorē carnalem. Ideo dicit. Renes mei cōmutati ſunt. Greg. Guſtato ſpiritu deſipit om̄is caro. Iſtum amorem carnalem extinguit in beato Laurentio ignis diuinus: q2 virginitatem mentis ⁊ corporis integre ſeruauit. Secundo extinguit amorem terrenum. Ideo dicit. Et ego ad nihilū redactus ſum. Qui em̄ munduz deſpiciunt nihil a mundanis hoībus reputant̄. i. Coꝛ. iiij. Tanq̄ purgamenta huius mundi facti ſumus. Iſtum amorem terrenū extinxit in beato Laurentio ignis diuinus: q2 nihil terrenū cōcupiuit: imo cum eſſet filius nobiliſſimi ducis hereditatem ſuā ſpreuit. in hoc ſimilis Moyſi. maiores diuitias eſtimās theſauro egyptioꝝ improperium xp̄i. Heb. xi. Unde Cryſ. dicit. Uere nō habet ſuper terram qd̄ amet: qui donuz celeſte guſtauerit.

Tertio extinguit amorē domeſticū. i. parētū. Ideo dicit. Et neſciui. Deut. xxxiij. Qui dixerunt patri ſuo ⁊ matri ſue: neſcio vos. ⁊ fratribꝰ ſuis ignoro illos: ⁊ neſcierūt filios ſuos. Hij cuſtodierūt eloquiū tuū. Iſtum amorē domeſticū extinxit in btō Laurentio ignis diuinus: qua patriā ⁊ parētes ſuos q̄ erāt in hyſpania deſeruit. Et ob amorē ꝑncipum apłoꝝ Romā cū btō Sixto perrexit. in hoc ſimilis Abrahe qui egreſſus de terra ⁊ cognatione ⁊ domo patris ſui venit in terram quam monſtrauit ſibi deus. Gene. xij. Quarto extinguit amorem proprium ⁊ priuatū. Ideo dicit. vt iumentū factus ⁊c.

Qui em̄ ſeipſos deſpiciunt propter xp̄um ſunt iumentum xp̄i quoniaz amor diuinus animā deo cōiungit. i. Coꝛ. vi. Qui adheret deo vnus ſpūs eſt cum eo. Iſtum amorem priuatuz extinxit in beato Laurentio ignis diuinus: q2 deuz ſuper om̄ia dilexit. Trenorum p̄mo. c. De excelſo miſit ignē in oſſibus meis ⁊ erudiuit me. ꝓpter qd̄ btūs Sixtus in papam electus ⁊ coronatus ipſum fecit ſuum archidyaconū: ⁊ ordinauit: poſt quē in Romana ſede archidiaconus non ſurrexit. Et ſic patet.

Quarto deus ab eterno

deſtinauit in corde ſuo beati Laurētij diſpēſationē. Sciendū ꝙ btūs Laurentius habuit quadruplicem diſpenſationē. Prima fuit predicationis. nā predicator gratioſus extitit: q2 ſub perſecutiōe decij Ceſaris multa milia gētiliū ſua predicatione cōuertit: q̄ tamē martyrio coronati ſunt. i. Coꝛ. ix. Diſpenſatio mihi credita eſt vt euangeliū predicans lucrifacerem eos q̄ ſine lege erāt. Et quantū ad hoc aſſimilat̄ auro. Quādo eniz lamina aurea ſubducta debet malleādo cū argento incorporari. neceſſe eſt a tribus maxime precaueri. ſ. a puluere. vento. ⁊ humore. Conſimiliter ſi aurum caritatis debet adiungi cū argento ſonore predicationis. oportet precauere a puluere terrene cupiditatis Unde ꝓſper libro de vita contēplatiua. vt habetur. i. q. ij. ca. ſacerdos. dicit ſic. Apoſtolus tamen qui ſic euangeliū dei predicauit vt neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret. de ſe cōfidenter loquit̄. Ego autem nullo horum vſus ſum. Et quare dixerit. Secutus aperit dicens. Expedit mihi magis mori q̄ vt gl'iam meam quis euacuet. Euacuari dicit gl'iam ſuā ſi ab eis q̄bus predicabat voluiſſet accipere vite temporalis expenſam. Nolebat quippe in preſenti laboris ſui fructum: ſed in futuro recipere. hec ille. Oportet etiam precauere a vento humani fauoris ⁊ mūdane ambitionis. In hoc ſequens humilitatē xp̄i. q̄ poſtq̄ predicauit apoſtolis miſteriū regni dei lauit pedes eoꝝ. ⁊ beatus Laurentius poſtq̄ euāgelizauerat pauperibus regnum dei eorum pedes lauabat. Oportet etiam precauere humorem nociū proprij amoris ne in vacuum gratiam dei recipere videatur. Et hoc fecit btūs Laurentius

tius per omimodam sui dedicationem ad
deum sicut fecit Noe qui interpretaẽ dedi-
cans τ significat illos qui se totaliter deo de
dicant. τ inuenit gratiam coram dño Gen.
vi. τ per iugem dei memoriã. sicut fecit Tho
bias. qui quia memor fuit dei in toto corde
suo non in parte dabat ei dñs gratiaz. Tho
bie i. Et per sollicitaz sui custodiam. Secũ
da fuit gratie. Eph. iij. Audistis dispensatio
nem gratie q̃ mihi data est in vobis. nã gra
tiam quã btũs Laurentius a deo acceperat
fidelissime dispensauit. veniens eniz ad do-
mus cuiusdam vidue q̃ multos xpianos in
domo sua absconderat: quã lõgus dolor ca-
pitis detinebat liberauit eaz per suã manuũ
impositionẽ. Rursus eadez nocte in domũ
cuiusdam xpiani veniens quẽdam cecũ ibi
dem reperit. τ facto signo crucis eum illumi
nauit. Tertia fuit rei tẽporalis. vñ Prosp
vt habeẽ. xij. q. i. ca. expedit. di:ẽs sic. Expe-
dit facultates ecclesie possideri. τ pprias p-
fectionis amore contemni. Non em̃ pprie
sunt s cõmunes ecclesie facultates. hec ille.
Que debent pauperibus distribui. vt subue
niatur eoꝝ necessitatibus. Sicut habeẽ. xij.
q. ij. capi. aurum. τ cap. gloria episcopi. Hoc
sciit attendens btũs Laurẽtius thesauros
ecclesie quos tradidit ei btũs Sixtus eccle-
siis τ pauperibus fideliter dispensauit. iuxta
illud psal. Dispersit dedit pauperibus: iusti-
cia eius manet in seculũ seculi. Ipse em̃ dis-
persit: qr pluribus ꝯdiuisit τ nõ vni. Disper
sit τ nõ auare retinuit. Dedit τ nõ vendidit.
Dedit libere sine spe mercedis: lucri: aut cõ
modi aut obsequij. Dedit nõ dandum post
mortem dereliq̃t. Pauperibus. s. xpi. nõ pa
rentibus: nõ amicis: nõ diuitib⁹. Quarta
fuit sacramentoꝝ. Vñ. i. Cor. iiij. diciẽ. Sic
nos existimet hõ vt ministros xpi. τ dispen
satores ministerioꝝ dei. btũs Laurẽtius ve-
lut fidelis dispensator sacramenta ecclesie
magna caritate ministrauit. Nam cum lucil
lus cec⁹ ob nimiũ ploratũ pmisisset se fidez
xpianã suscipe. istãter postulabat baptizari.
quẽ diligẽter examinãs. B. Laur. de articul'
fidei. eidẽ ipm baptizauit. Statimq̃ꝫ q̃ cec⁹
fuerat lumẽ recepit. et m̃lti ceci veniebãt ad
eũ τ baptizabãẽ ab eo τ illumiabãẽ. Rur
sus baptizauit ypolitũ cũ familia sua nũero
xix. preterea baptizauit Romanũ militẽ af-
ferentem vrceũ cũ aqua. τ sic pꝫ quartũ.

Quinto deus ab eterno
destinauit in corde suo beati Laurentij obe
dientiam in passione. Nam grauissima sup
plicia pertulit: vtpote quia super cratem fer-
ream assatus fuit. Hoc genus martyrij fu-
turum in beato Laurentio premonstratum
est quattuor modis. Primo in ducibus.
Unde moyses. Leuiẽ. vi. dicitur. hec est lex
holocausti cremabitur in altari tota nocte
vsq̃ꝫ ad mane. ignis ex eodez altari erit. De
cius cesar dixit beato Laurentio: aut sacrifi
ca dijs: aut nox ista in te cum supplicijs ex-
pendetur. Et beatus Laurentius ait. Gau-
deo plane: quia hostia christi effici merui:
ego me obtuli sacrificiuz deo in odorem sua
uitatis. τ ibidem dicitur. Omne sacrificiuz
quod coquitur in clibano τ quicquid in cra
ticula vel sartagine preparatur eius erit sa-
cerdotis a quo offertur. τ de beato Lauren-
tio dicitur. Meruit esse hostia christi leuita
Laurentius qui dum in craticula positus
assaretur non negauit dominum. τ ideo in-
uentus est sacrificium laudis. Et. ij. Parali
po xxiiij. diciẽ sic. Surrexerunt autem cõtra
euz serui sui τ occiderunt eum in lectulo suo
τ mortuus est. τ ibidez. xxxiiij ca. dicitur sic.
Assauerunt vase super ignem David in ps̃
dicit. Probasti cor meum τ visitasti nocte:
igne me examinasti: τ nõ est inuenta in me
iniquitas. τ iterum. ossa mea sicut cremium
aruerunt. Salomon. Eccẽ. vlti. dicit. Libera
sti me a pressura flãme que circundedit me
τ in medio ignis nõ sum estuatus. Et Can
ti. vlti. Aque multe non potuerunt in me ex
tinguere caritatem. Et Eccle. xxxviij. Va-
por ignis exurit carnes eius. Job. xxiij. dicit
sic. Probabit me quasi aurũ qd̃ per ignem
transit. Et. xxx cap. dicitur. Cutis mea deni-
grata est super me: τ ossa mea aruerunt τc̃.
Secundo in pphetis. Unde Jerem̃. treno
rũ. ij. dicit. Succendit in Jacob ignem flam
me deuorantis in gyro. Ezech. xv. diciẽ. Ec-
ce igni datum est in escam. vtramq̃ꝫ partem
consumpsit ignis. Propterea Laurentius
dixit ad Decium hylari vultu. Ecce miser as
sasti vnam partem: gyra a'iam τ manduca
Et Naum. ij. dr̃. Clipeus fortiũ eius ignitus
Tertio in aplis. vñ Lu. xxiiij. dr̃ sic. Obtu
lerũt ei partem piscis assi. τ Joh. xij. dicitur
Nisi granum frumenti cadens in terra mor
tuũ fuerit ipsum solum manet. Si autẽ τc̃.
Quarto in doctoribus. Unde btũs Au-
gustinus dicit. Laceratos artus τ multa
verberũ sectione cõcisos. subiecto pcipit ig-

ne torreret: vt per craté ferream que iam de fervore cõtinuo vim in se haberet vrẽdi cõuersorum alterna mutatione mẽbroꝝ: fieret cruciatus vehementior: ⁊ pena ꝓductior. hec ille. Et Maximus in sermone dicit sic. Nõ enim frẽs. b. Laurẽti⁹ breui vel simplici passione perimitur. Nam ꝗ gladio percutitur semel moritur. Qui in flãmarum camino mergit̃ vno impetu liberat̃. Hic aũt longa et multiplici pena cruciatur vt mors ei nõ desit ad supplicium: ⁊ desit ad finem. Legimus beatos pueros in pena rũ suarũ deambulasse flammis: et igneos globos pedibus cõculcare. Vñ ⁊ beatus Lau. nõ minore gloria est preferẽdus. Siquidem illi in pena rũ suarum flãmis ambulabant. Hic in ipso supplicij sui igne discubuit. Illi vestigijs pedum conculcauerunt incendia: iste laterũ suoꝝ diffu siõe restinxit. Illi stantes in pena eleuatis manibus orabãt ad dñm: iste prostratus in pena toto corpore dñm deprecatur. Hec ille. Beatus ambrosius in sermone dicit sic. Beatum martyrem Lauren. grano sinapis possumus cõparare. qui diuersis attritus passionibus per totum orbem gratia sui meruit fragrare mysterij. ꝗ antea cõstitutus in corpore erat humilis ignotus ⁊ vilis. postea ꝙ vexatus lacerat⁹. exustus. vniuersis ꝑ totũ mũdum ecclesijs odorem sue nobilitatis infudit. Hec ille. Sed in sua passione xp̃s dedit ei quattuor cõsolationes. de quibus dicit̃ in p̃s. Nox illuminatio mea in delitijs meis ⁊c̃. Primo causabatur ex diuini amoris dulcedine cũ dicit̃ Nox illuminatio ⁊c̃. Tunc enĩ nox in delitijs vertitur quãdo tribulatio amoris dulcedine superat̃. Vñ dicebat. Tormẽta tua epule mihi sunt.

Secũda causabat̃ ex securitate gratie. Vñ subditur. Quia tenebre nõ obscurabuntur a te. Tunc tenebre nõ obscurant̃ qñ quis in tribulatione positus ꝑ pctĩ caliginẽ nõ obnubilatur. Vñ securus dicebat. Deũ meũ colo: et ipsi soli seruio: ⁊ ideo nõ timeo tormẽta tua.

Tertio causabat̃ ex serenitate conscientie. Cũ dicit̃. Nox sicut dies illuminabit̃. Qð ꝗdez fit qñ tribulatio luce cõscientie serenatur Vñ dicebat. mea nox obscurũ nõ hʒ. sed oĩa in luce clarescũt. Quarto causabat̃ ex certitudine glie. Ideo subditur. Sicut tenebre ei⁹ ita ⁊ lumẽ eius. Tunc lumẽ est sicut tenebre: qñ ꝗs recipit multitudinẽ gaudioꝝ ꝺm multitudinem passionũ. Istam certitudinem habebat beatus Laurenti⁹, qui dicebat. Grãs tibi ago dñe q: ianuas tuas igredi merui ⁊c̃.

Sexto deus ab eterno destinauit in corde suo beati Laurentij victoriam.

Unde beat⁹ Augu. in sermone dicit sic. Beatus Laurentius mansit in xp̃o vsqꝫ ad temptationẽ: vsqꝫ ad tyrãnicaꝫ interrogationem: vsqꝫ ad acerrimã cõminationem: vsqꝫ ad peremptionem: in qua longua morte ꝗa bene manducauerat ⁊ bene biberat tanꝙ illa esca saginatus ⁊ illo calice ebrius: tormenta nõ sensit. nõ cessit ⁊ in regnũ successit. hec ille. Fuit aũt adeo ꝯstans ⁊ fortis ꝙ nõ solũ tormentis nõ succubuit. imo ex ipsis factus est perfectior in timore feruẽtior in amore. ⁊ iocũdior in ardore De primo dicit Maxim⁹ in sermõe. Extẽditur suꝑ flãmarum ignitos globos ⁊ sepius versatur in latera. sed quãto plus penarũ patitur: tanto amplius xp̃m dñm ꝑtimescit. Hec ille De secũdo idẽ Maximus dicit sic. Nouo admirationis genere. alius illum torquet. ⁊ alij seuientes tormẽta perficiunt deuotiorem Laurentiuꝫ saluatori supplicia atrociora fecerunt. Hec ille. De tertio idem dicit sic. Cor eius tanta in fide christi magnanimitate cõcaluit: vt despectis proprij corporis cruciatibus insanissimo tortori suo triũphatis eius ignibus letus illuderet. hec ille. Sciendũ ꝙ beatus Laurenti⁹ quattuor ignes fortiter superauit ⁊ extinxit. Primus fuit carnalis ꝯcupiscentie. Nam sequs beatum sixtum ad martyriũ: clamabat post eum dicens. Quo ꝑgrederis sine filio pater. Quo sacerdos sancte sine ministro ꝑperas? Tu sine ministro nunꝙ sacrificiũ offerre cõsueueras. Quid in me displicuit paternitati tue: Nunꝗd degenerez me ꝓbasti? Experire certe vtrũ idoneũ ministrum elegeris cui cõmisisti dñici sanguinis dispensationem Cui beatus sixtus respõdit. Nõ ego te desero fili neqꝫ derelinquo. Sed maiora tibi debent̃ ꝑ fide xp̃i certamĩa. Nos quasi senes leuioris pugne cursum recipimus te autẽ quasi iuuenem manet gloriosior de tyrãno triumphus post triduum ne sequeris sacerdotem leuita De extinctione ignis carnalis cõcupiscentie Maximus in sermone dicit sic Ecce beatus Lau. transijt per ignẽ quo nõ adustus inhorruit: sed illuminatus effulsit. arsit ne arderet. ⁊ ne vreretur exustus est. hec ille. Secũdus fuit ignis ardentis auaricie. Nam cũ beatus Sixtus ad decollandum duceretur. Beatus Laurentius clamabat post eum dicens. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesau

ros tuos iaꝫ expendi quos tradidisti mihi Beatus Augꝰ. in sermone dicit sic. Armat gemina face homo pecunie cupidus: ⁊ veritatis inimicus: auaricia: vt rapiat aurū. im pietate: vt auferat xp̄m. Nihil opꝛinces nihil pficis humana crudelitas. Subtrahit inuē ꝑ s tuis materia moꝛtalis. Et Laurentio in celum abeunte tu deficis flammis tuis. hec ille. Tertius fuit ignis materialis flamme Nam milites audientes thesauros. Laurē tiū tenuerunt ⁊ parthenio tribuno tradiderunt. Ipse aūt cum Decio pn̄tauit. Cui Decius cesar ait, Ubi sunt thesauri eccl̄ie quos apud te nouimꝰ esse absconditos: Qui cuꝫ sibi nō rn̄deret tradidit eum Ualeriano p̄fecto: vt vel thesauros pdat. ⁊ sacrificet ydolis vel diuersis euꝫ faciat interire supplicijs ⁊ toꝛmētis. Cūqꝫ nollet Laurentius votis eius annuere, dixit Decius. Afferat lectus ferreus vt requiescat in eo cōtumax laurētius Ministri itaqꝫ eū exuūt: super cratem ferream extendunt ⁊ prunis suppositis eū cum furcis ferreis comprimūt. Dixitqꝫ Laurentius Ualeriano. Disce miser: qꝛ carbones tui mihi refrigeriū. tibi autem eternū supplicium prestant: qꝛ ipse dn̄s nouit q̄ꝛ accusatꝰ non negaui eū, interrogatus xp̄m cōfessus sum, assatus gratias ago. Et sic ꝑ astantibꝰ orans tandē emisit sp̄m. Unde Maximus ait. Corpoꝛali laboꝛabat incēdio: sed diuinꝰ ardoꝛ materialē restrinxit ardoꝛeꝫ. ⁊ Amb. dicit. Quāuis rex improbꝰ ligna subijceret: incendia maioꝛa supponeret. Tamen seruꝰ Laurentius has flāmas fidei caloꝛe nō sensit. Et Augꝰ. inquit. Superari caritas xp̄i flāma nō potuit. ⁊ segnioꝛ fuit ignis qui foris vssit: q̄ qui intus accendit. Quartus fuit ignis furentis insanie. s. persequentiū q̄ frustrata est. Unde Maximus ait. Superatis flāmarum ministris om̄e mūdane insanie restrinxit incendiū. ⁊ ad hoc vsqꝫ diabolica ꝑfecit intentio. vt ⁊ vir fidelis ad deum suū gl̄iosus ascenderit: ⁊ crudelitas ꝑsequētium cū suis ignibꝰ toꝛpescat cōfusa. Furoꝛ enī gentilis accensus craticulam parat ignitam. vt indignationis flāmas ignibus vindicaret. hec ille.

Septimo deus ab eterno destinauit in coꝛde suo beati Laurētij p̄eminentiā. q̄ in quattuoꝛ manifestat. Primo in miraculoꝝ operatione. s. in elongatiōe cuiusdam trabis que in fabricam ecclesie sue deputata erat. In refectōe calicis cristallini In suscitatione dn̄i stephani iudicis romani. In liberatione Herici imperatoris. Secundo in vigiliarū institutione. Solus eniꝫ inter martyres habet vigiliam. Sed vigilie sanctoꝝ ꝑpter multas inoꝛdinatōes. hodie in ieiunia ꝯmutata sūt. Mos enī fuit antiquitus: vt in festiuitatibus sctōꝝ. hoies cū vxoribus ⁊ filiabꝰ ad eccl̄iam cōuenirent. ⁊ ibidem cū luminaribus ꝑnoctarēt qꝛ ꝟo multa adulteria in hijs vigilijs fiebant. Statutū fuit vt vigilie i ieiunia ꝯuerterent. nomē tn̄ vetus retentū est. vt non ieiunia: ꝫ vigilie appellarent. Tertio in octauarū celebratione. Ipse nāqꝫ solus cū Stephano hꝫ octauas inter martyres sicut btūs Martinus inter cōfessores. Quarto in indulgentiarū distributiōe. Sūmus pontifex certificatꝰ de visione cuiusdā monachi: monasterij sancti Laurentij rome. ⁊ de cingulo sibi dato ꝑ beatum Laurentiū. ad cuiꝰ tactū surrexit qdā defunctus celebrata solēni missa dedit indulgentiā oibus vere penitentibꝰ ⁊ cōfessis ecclesiam p̄dictā ⁊ oēs eccl̄ias per totū oꝛbē dedicatas, in honoꝛē sancti Laurētij: quarta feria deuote visitantibꝰ indulgentiā quattuoꝛ ānoꝝ ⁊ quattuoꝛ quadragenarum ad laudem sancti sui. Amen.

In festo assumptionis glorióse virginis Marie. Sermo. xlvi.

Aria optimā partē elegit Lu. x. ⁊ in euāgelio p̄n̄tis solēnitatis. Damas. in s̄mone hodierno dicit sic. hodie ꝟgo celesti tēplo inuehit. sacra ⁊ aīata archa in tēplo nō manu facto reponit. Colūba innocēs auolās ex archa. i. coꝛpe quo deū suscepit pedibꝰ requieꝫ adinuenit. hec ille. Sup quo talē moueo qōnē. vtrū btā ꝟgo ꝑ sui gl̄iosaꝫ assumptionē obtinuerit btītudinis oim sctōꝝ fructuosaꝫ ꝑfectionē. Ad istā qōnem rn̄dēt tres doctores noui testi. Primꝰ est btūs Hierōn. in s̄mone hodierno dicēs sic. Legimus q̄ꝛ sepe ad funera sepulturasqꝫ sctōꝝ angelos aduenisse: ⁊ ad exeqas eoꝝ obseqa prestitisse. nec nō ⁊ aīas eoꝝ vsqꝫ ad celos cum hymnis ⁊ laudibꝰ extulisse ⁊ eosdē multo lumie splenduisse. Insup ⁊ adhuc viuētes in carne ibidē miri odoꝛis fragrantiā ꝑsensisse Si igit talia ⁊ tanta circa defunctos deꝰ dignatꝰ est exhibere q̄to magis eiꝰ genitrici in die obitus sui credendū est celoꝝ militiā obuiā ad

uenisse. eāq; ingenti lumīe circūfulsisse: ꝛ vsq; ad tronū glie ꝓduxisse. Nulli dubiū ē totam illā celestē curiā supne hierl'm ineffabili leticia exultasse. ꝛ tūc iocūdatā fuisse ineffabili claritate. tuncq; cū iubilatione cōgratulasse. hec ille. Secūdus est btūs Bernardus in sermone hodierno dicēs sic. Vere in plenitudine sctōꝝ detentio ei⁹ cui nunq̄ defuit fides ꝑriarcharū. nec spūs ꝓpharū nec zel⁹ aplōꝝ: nec ꝯstātia martyꝝ: nec sobrietas ꝯfessoꝝ nec castitas ꝟginū: nec fecūditas ꝯiugataꝝ: nec puritas āgeloꝝ. h ille. Intm̄ ei fuit ꝑ nimia grē plenitudine pōderosa q̄ si ipsa sola in vna statera pōderet: ꝛ ceteri angeli ꝛ oēs sancti tā veteris q̄ noui testamēti i statera alia ponerent. ipsa pre nimia grē abundantia amplius pōderaret: qr oēs grās quas alij habuerūt ꝑticulariter: ipsa habuit vniuersalr. iō ipsa est lucerna ciuitatis superne: qd̄ notat cū dr̄. Maria. i. illumīatrix. vn̄ illud qd̄ dr̄ de xp̄o pōt etiā de ea dici. Apoc. xxi. Lucerna. i. illius ciuitatis supne ē agn⁹ Silr̄ lucerna eiusdē ciuitatis est btā ꝟgo Maria. Vn̄ Bern̄. dicit. Marie p̄ntia tot⁹ illuminat orbis: adeo vt ꝛ ipsa supna ciuitas claritate rutilet. ꝟgineē lāpadis illustrata fulgorib⁹. hec ille. Tertius ē btūs Thomas tertia pte. q. xxvij. arti. v. dicens sic. In rebus naturalib⁹. Primo q̄dem est ꝑfectio dispōnis. puta cū materia est ꝑfecte disposita ad formā. Secūdo aūt est ꝑfectio forme q̄ est potior. Nam ꝛ ipse calor ꝑfectior est q̄ ꝓuenit ex forma ignia q̄ ille q̄ ad formam ignis disponebat. Tertio aūt est perfectio finis. sicut cū ignis hꝫ ꝑfectissime suas qualitates cū ad locū suū ꝑuenerit. ꝛ siliter in btā ꝟgīne fuit triplex ꝑfectio grē. Prima q̄dez quasi dispositiua ꝑ quam reddebat idonea ad h q̄ esset mater xp̄i. ꝛ h fuit ꝑfectio sanctificationis. Secūda aūt ꝑfectio fuit in btā ꝟgine ex p̄ntia filij dei in vtero eius incarnati. Tertia aūt ꝑfectio est finis quā hꝫ in glīa q̄ aūt scd̄a ꝑfectio sit pocioꝛ q̄ p̄ma: ꝛ tertia q̄ scd̄a. pꝫ per ordinē ad bonū. Nam primo in sua sctificatiōe adepta est grām inclinantē eā ad bonū. In ꝯceptione aūt filij dei ꝯfirmata est ei grā ꝯfirmās eā in bono. In sui vero glīficacione ꝯsummata est ei⁹ grā ꝑficiēs eā in fruitōe oīs boni. hec Thomas

Sciendū q̄ btā ꝟgo est impatrix ꝛ regia celi ꝓpter q̄ttuoꝛ. Primo rōne ꝓpinq̄tatis Nam inter xp̄m ꝛ btām ꝟginē est ꝓpinquitas filiationis desponsatiōis ꝛ maternitat. Est eñ filia dei. ps. Ipse fundauit eā altissimus. Ideo hꝫ ad ipsaz paternū affectū. ps. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurē tuā ꝛc. vsq; qm̄ ipse est dn̄s deus tu⁹. Est etiā spōsa dei Job. iij. Qui hꝫ sponsam sponsus est. xp̄us aūt est sponsus. ps. Ipse tanq̄ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. Ideo ad ipsam habet amorem sinceruz. Sapi. viij. Hanc amaui ꝛ exquisiui a iuuentute mea ꝛ quesiui eaz mihi sponsam assumere. ꝛ amatoꝛ fact⁹ suz forme illius. ꝛ etiam mater dei. psalmi. Homo natus est in ea. Iō sup ipsum habet materne auctoritatis imperium. Et potest sibi tanq̄ mater filio imperare. hoc signatur. iij. Regum. ij. Vbi Bersabee mater Salomonis imperauit ei dicens. Petitionem vnam peto a te ne confundas faciem meam. Tūc eñ faciem suam confunderet quando illud quod petit denegaret. Ideo rex sibi respondit. Pete mater mea. Neq; enim fas est vt auertam faciem meam a te. Secundo ratione dignitatis. Psalmi. Astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circundata varietate. vbi dignitas beate virginia declaratur quo ad tria. Primo quo ad locū cum dicitur. Astitit regina a dextris tuia. Hoc signatur. iij. Reguz. ij. vbi dicitur. Positus est tronus eius que sedit ad dexteram eius. Secundo quo ad habitum. cum dicitur. Inuestitu deaurato. Apocal. xix. Vxor agni preparauit se ꝛ datum est ei vt cooperiat se byssino splendido ꝛ candido. Prouerbioꝝ vlti. Byssus ꝛ purpura indumentum eius. Psalmi. Myrra ꝛ gutta ꝛ casia a vestimentis tuis. Super quo dicit glosa. Hic laudat propheta sponsam ab ornatu. his autem aromatibus odoꝛ virtutum assignatur. qui odores nuptiali gaudio adhibētur vt in nuptijs fieri solet. habent autē iste species aromatice has ꝓprietates. Myrra eñ est amara ꝛ cōseruat carnē a putredine ꝛ vermes expellit. ꝛ iō myrra significat carnis mortificationez que licet sit carni amaratū ꝯseruat a putredine luxurie: ꝛ expellit vermes male ꝯcupiscentie. ꝛ sic castitas custodit. Gutta expellit om̄es inflaturas ꝛ tumores. ꝛ iō signat humilitatē q̄ cordis duriciaz curat. Casia in aquosis loc̄ nascit ꝛ crescit ꝛ signat pietatē q̄ nascit in cordib⁹ illoꝝ q̄ sunt cōpassibiles ꝛ deuoti. Iste tres spēs aromatice. i. virtutes s. mirra castitatis. gutta humilitatis. ꝛ casia pietatis. excellētissime in btā virgine fuerūt. Eius eñ ꝟginitas fuit odorifera āgelo. hūilitas deo. pietas toti mūdo. h vestimētū est aureū quo ad pcio

stitatē ꝛ fulgorē. Tertio quo ad obsequiū famulorꝫ. cū dr. circūdata varietate. s. āgelorꝫ ꝛ scōꝝ vniuersitate q̄ oēs btē marie ꝟgini famulanť. vn̄ Gilbert⁹ epūs ꝛ martyrus suis omel. dic. Sol⁹ dn̄s iesus xp̄s pōt ip̄am magnificare quatenus ab ipsius maiestate laudem accipiat ꝛ honorem. angelicis stipata choris. archangelorꝫ vallata turmis thronorum hincinde possessa iubilationibus dominationum circūcincta tripudijs. principatuū circūsepta obsequijs. potestatum amplexata plausibus. virtutū gyrata honoribus. cherubin circūstātiata hymnificatōib⁹. Seraphin vndiqꝫ possessa ineffabilibus cantionibus. Apostolorum splendidissimus ordo: ineffabili laude ip̄am extollit. Martyrū exercitus oīmode supplicat dn̄e tante. Cōfessorꝫ multitudo innumerabilis cōtinuuꝫ sibi personat canticū Virginū candidissima contio ingeꝫ choream ad suā celebrat gloriam. Inuire etiam sibi infernus vlulat ꝛ ꝑcacissimi demones conclamant. hec ille. Tertio rōne potestatis. Ipsa eī̄ tanq̄ imperatrix angelos in ministeriū mittit: ꝛ secreta palatij celestis eis cōmittit. Vn̄ Bern̄. in quodā sermone dicit sic. Persuadet immo cōpellit nos celsitudo tua credere vt regno filij tui beatissima virgo Maria ita imperiose principeris ꝙ per angelorum ministeria tuis sepe deuotis subuenias. Si eī̄ angelus angelum mittit cōfidēter debet credere xp̄iana deuotio ꝙ imperatrix angelorꝫ tanto magis haber angelos ad obsequiū q̄to differentius pre illis nomē hereditauit. Si enim Josue dux israel iussit solem stare quomodo nō omnia sydera ad nutum imperatricis gloriose discurrunt. Si cherubin ꝛ seraphin de fonte bibentes inferioribus angelis quedam archana reuelant: quāto magis g̃liosa virgo de occultis filij sui amplexu eius degustato. mysteria angelis suis copiosius effundit. hec ille. Etiam demones tanq̄ proditores de palatio celesti expellit. Vn̄ Fulbertus Carnotensis epūs dicit sic. Maria mater mīe materna dignitate facta est ꝛ erga superos imperiosa charitate ꝛ super inferos ꝑ districtionē. vbiqꝫ p̄ma. vbiqꝫ magnifica. cui certe ꝓpriuꝫ est ꝛ angelos sā̄ctos in misterium mittere. ꝛ ad bn̄placitum suū inferorꝫ pacta cessare. Hec ille. Quarto rōne auctoritatis. Tantā eī̄ auctoritatē habet in celesti palatio ꝙ oībus alijs sanctis omissis ad ipsam licet ab omni grauamie appellare. Primo siquis grauať a diabolo ad ipsam appellare pōt sicut ad imperatricem. Exemplū de Theophilo deposito a vicedominatu ab ep̄o suo. Qui desperatus diaboli seruum se fecit. cyrographo propria manu scripto ꝛ dyabolo tradito. Tandem in se reuersus ꝛ penitens ad reginā celi appellauit. ꝛ ipsa omia irritauit. cyrographū Theophili reddi iussit ꝛ veniā ꝛ g̃ram eidem promeruit.

Secūdo si quis grauatur a tyranno ad ipsam appellare potest. sicut ad reginā mūdi. Exēplum de Basilio cui Julianus apostata vadens ad p̄lium cum minatus fuisset ꝙ in reditu suo ciuitatem eius destrueret. Sanct⁹ Basilius ad beatam virginem appellauit. Que militē quendā nomine Mercuriū suscitauit qui sup equū ascendēs ꝛ ad Julianū ꝑgens lancea in eū directa ip̄m occidit. Vn̄ Gilbertus dicit sic. Veniant ad btām Mariam iusti cū basilio effectū celerem ꝑcepturi veniāt ꝛ pctōres cū theophilo in auxiliū mariam adepturi. Hec ille. Tertio siq̄s grauať a corpe ꝓprio ad ipsam appellare pōt. sicut ad reginā. Exemplum de Maria egyptiaca q̄ multo tēpore carnali cōcupiscentie inseruiuit tandem ad btām virginē cōfugit ꝛ appellauit. ꝛ sic cōcupiscentiam vicit ꝛ castitatem seruauit. Quarto siquis grauatur a iusticia dei ad ipsam appellare potest. sicut ad imperatricem. Exemplum habetur Hester. ij. Cū enim rex Assuerus iudeis esset iratus regina Hester ad eum placandum accessit. Cui rex dixit. Etiam si dimidium regni mei petieris dabo tibi. Ista est beata virgo cum qua deus diuisit regnū suum. Nam cum deus habeat iusticiam ꝛ miam: iusticiaꝫ sibi retinuit. ꝛ beate virgini marie misericordiā ꝯtribuit. ideo siquis grauať a foro iusticie dei appellet ad foruꝫ mīe dei. Heb. iiij. Adeam⁹ cū fiducia ad thronū g̃re vt miaꝫ cōsequamur et g̃ram inueniam⁹ in tp̄e oportūo. Et cū btā ꝟgo sit thron⁹ mīe dei q̄ superexaltat iusticiā dei. Ideo maria optimā partem elegit.

Maria optimā partem elegit.
- Legis diuinalis.
- Legis naturalis.
- Legis ꝓphetalis.
- Legis sapientialis.
- Legis sp̄ualis.
- Legis finalis.

Primo Maria elegit optimā ptēꝫ legi diualis. Sciēdū ꝙ i lege diuali ꝯtineť. vij. mirabilia q̄ btā ꝟgo ꝑfectissie huit

Primo ignis etern⁹. Heb.xij. Deus noster ignis cōsumēs est. Sicut em̄ ignis nullā per mixtionē patit̄ ꝑpter sui puritatē, sed alia purificat. sic deus est tante puritatis ꝙ nullā imꝑfectionē in se recipit q̄n poti⁹ alia ꝑficit. Hic ignis in ventre virgīs. ix. mēsibus habitauit: quo tota fuit inflāmata, q̄m totā ipam diuinus amor impleuit. Hiero. Mariā totā impleuerat spūssanct⁹. totā incaluerat diuin⁹ amor. ita vt in ea nihil eēt ꝙ mūdan⁹ violaret affect⁹. Et sicut aurū ad p̄n̄tiam ignis liquescit. sic aīa btē virgīs ad p̄n̄tiā ignis diuini tota liq̄facta fuit. Cant̄. v. Aīa mea liq̄facta est. Vn̄ sctūs Odilio dicit sic. Credimus eā gaudijs interfuisse ascēsionis dn̄ice, ⁊ in die penthecostes cū aplis spm̄sanctū accepisse. quē cōstat a cōceptiōe xp̄i plenissime hat̄ uisse. Ipsa em̄ diuinū ignem ⁊ spm̄sctm̄ habuit ꝑ deuotā orationē. Act. i. Hij omēs erāt perseuerantes in orōne cū Maria matre Jesu. Bern̄. supmissus est dicit sic. Ingressus est angelus ad eā. quo ingressus? Puto ꝙ in secretariū pudici cubiculi vbi fortassis illa clauso sup se ostio patrē suū orabat in abscōdito solēt nimirū angeli astare orātib⁹ ⁊ in eis delectari quos vident in orōne ꝑuras man⁹ leuare. hec ille. Preterea ignē diuinū obtinuit ꝑ ꝓfundam humilitatōem. p̄s. Qui emittis fontes in cōuallib⁹. i. grām ꝑstas humilibus q̄ maxīe fuit hūilitatis. Luce. i. Respexit humilitatē ancille sue. Vn̄ Petr⁹ Rauēnas. sup missus est. dicit sic. Ecce quam vocauit angelus dn̄am. ipsa se cognoscit et fatet̄ ancillā. quia deuotus anim⁹ infusis beneficijs crescit ad obsequiū ⁊ augetur ad grām. nō ad superbiam pertumescit. nō ad arrogantiam ꝓsilit. Hec ille. Rursus ignē diuinū ꝓmeruit ꝑ purificationem. p̄s. Cor mūdū crea in me de⁹: ⁊ spiritū rectū innoua in viscerib⁹ meis. quā purificationē ipa hūit cū de⁹ p̄r ipaȝ sctificauit p̄s: Sctificauit tabernaclm̄ suū altissim⁹ s. i ꝯceptōe sua: ⁊ i ꝯceptōe xp̄i Luc. i. Spūsscūs supueniet in te. Ansel. Decebat vt illi⁹ hois ꝯceptio, i. Jesu xp̄i ⁊ ea m̄re fieret: q̄ ea puritate niteret: q̄ maior sub deo neq̄t intelligi. Itē ignē diuinū hūit ꝑ trāq̄llā mēt̄ deuotōez. sic xp̄s dixit aplis. Luc. vl. Sedete ī ciuitate donec induamī ꝟtute ex alto. sedete. i. a superfluis curis quiescite. hanc vacationē habuit q̄ ī suo thalamo clausa mēsit. Bern̄. super missus est. dicit sic. Non est suspicādū ꝙ angelus apertū inuenerit ostiū marie: cui nimirū in ꝓposito erat, frequētias hoīm fugere. colloquia vitare, ne vel orātis silentiū turbaret̄, vel cōtinentis castitas turbaret̄. hec ille. Secūdo ī lege diuinali ꝯtinet̄ splēdor diuin⁹. Heb. i. Qui cū sit splendor glie. Hic em̄ splēdor. ix. mēsibus in ea habitauit q̄ eā totam splendidam fecit ⁊ illuminauit. Apoc. xij. Signū magnū apparuit in celo mulier amicta sole. i. splēdore. Nam ipsa dicit illud. Eccl̄. xxiiij. Penetrabo inferiores ꝑtes terre, ⁊ inspiciā oēs dormiētes: ⁊ illuminabo oēs sperātes in dn̄o. Ipsa em̄ illuminat obscuros ad expellēdū tenebras peccati. ipsa etiā illumīat negligētes ⁊ tepidos Juxta illud. Eph. v. Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄s. Ipsa etiā illuminat in deo sperātes ⁊ sibi deuotos cōseruādo in lumīe grē dei. Tertio in lege diuinali ꝯtinet̄ thesaur⁹ sapīe. Col. i. In quo sunt oēs thesauri sapīe ⁊ scīe dei absconditi Hic thesaurus sapīe fuit in ventre virginis ix. mēsib⁹ q̄ eā sapiētissimā fec̄. Bern̄. Quid de deo nō sapiebat in qua dei sapīa latebat. Nam angel⁹ nesciuit explicare modū incarnatiōis xp̄i. s₃ solū illō nūciauit. Bern̄. Spiritussctūs supueniet. i. sup angelos ⁊ omēm creaturā in te veniet. ⁊ iō me nō interroges q̄ sup̄ me est ⁊ ad illud nō potero. Ascēde ergo tu ⁊ ne steteris inter angelos: q̄ paululū cū ptransieris eos inuenies quē diligit aīa tua. modū q̄ de spū scō ꝯcipies dei ꝟtus [illegible] dei sapīa Xp̄s in suo secretissimo cōsilio sic obūbrādo ꝯteget ⁊ occultabit: vt tm̄ sibi notus habeat̄ ⁊ tibi. Scies vtiq₃: sed illo doctore quo auctore. Non em̄ doceri pōt nisi a donāte. nec potest addisci nisi a suscipiente. Quis em̄ excepta fortassis illa que hoc sola experiri meruit intellectu capere possit. qualiter ille splēdor inaccessibilis, ꝟginēis se visceribus infuderit. Et forte dictum est, obūbrabit tibi: q̄ qō sola per se trinitas in sola ⁊ cum sola virgine voluit operari. soli datuȝ est nosse. cui soli datū est experiri. ac si dicat angelus. Quid a me requiris: qō in te mox experieris: hec ille. Quarto in lege diuinali ꝯtinet̄ fons misericordie. Gen̄. ij. Fōs egrediebat̄ de loco voluptatis. Hic fons peruenit ad nos ꝑ beatā virginē sicut per aqueductum. Eccl̄. xxiiij. Ego quasi aqueduct⁹ exiui de paradiso: ⁊ de delitijs misericordiarū dei. Per istū aqueductū fluūt aque grāruȝ de celo in mūdū. Unde sequit̄. Dixi rigabo ortū plātationū mearū. Bern̄. Aqueduct⁹ est Maria. cui⁹ nimirū summitas instar sca

le Jacob celos tāngit: imo etiā transcendit vt illū aquarū fontē que sup celos sūt attingere possit. Natus est fons vsq3 ad nos. q2 descendit illa celestis vena per aqductū. nō tū fontis copiā nobis exuberās: s3 stillicidiis gfe cordibus mentis attentis alij qdem pl9 alij minus accipiūt. Plus eq̄dem aqueductus: vt ceteri de plenitudine nō plenitudinē ipsam accipiāt. Aqueductus est Maria q̄ plenitudinē fontis de corde patris accepit: τ nobis illum nō ꝓut est: s3 ꝓut capere poteramus edidit. Quomodo hic noster aqueductus fontē illū attingit tā sublimē: Quō putas nisi vehemētia desiderij: feruore deuotionis: puritate orōnis. Quō maiestatē attingit inaccessam nisi pulsando: petēdo: querendo. hec ille. ¶ Quinto in lege diuinali cōtinet niueus candor. Sapi. vij. Candor est enī lucis eterne τ speculū sine macula. Hic cādor puritatis refulsit in btā virgine. Canti. iiij. Tota pulcra es amica mea: τ macula nō est in te. Cui9 puritas nō est passa vllam impuritatem sibi pmisceri. Sap. vi. Nihil inquinatū in illā introiuit. Non enī sibi se immiscuit pctm̄ originale q2 fuit ī vtero a spūsctō scīficata: nec aliqd̄ mortale q2 fuit pr̄is potentia roborata. nec aliqd̄ veniale: q2 fuit a splēdore filij illustrata. nec aliqd̄ actuale: qa fuit ab igne spūssancti inflāmata. Vn̄ q̄uis esset pulcerrima a nullo tn̄ vnq̄ potuit ꝯcupisci. q2 ei9 puritas alioꝝ corda medullit9 penetrabat. τ in eis oēs mot9 illicitos extinguebat. Hieron̄ in s̄mone de asumptiōe dicit sic Jure sole ph: bet amicta q̄ luci illi inaccessibili τ imarcessibili videt īmersa. Neq3 ei ab illa luce dicta est tāgi. s3 opiri magis τ circūfundi: τ tāq̄ ipso igne ꝯcludi. h3 ille. ¶ Sexto in lege diuinali cōtinet diuin9 odor. de q̄ dr. Eccl. xxiiij. Ego q̄si vit9 fructificaui suauitatē odoris. hic odor fuit in btā v̄gine. Ecc. xxiiij Sic cynamomū τ balsamū aroātizās odorē dedi. Naz cynamomū qn̄ est bonuz τ laudabile multiplicē h3 v̄tutē. τ maxime valet ꝯtra vulnera labioꝝ. Que aūt sunt vulnera labioꝝ nisi pctā locutionū. ista locutionū vulnera sanat v̄go btā ex sua locutōe moderata. Oīa enī v̄ba sua fuerūt vulnerū nostrorum medicina τ nostrarum locutionuz exempla. Jpsa enim fuit discreta in querendo quando dixit. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Fuit humilis in obediendo quādo dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi τc. Fuit curialis in salutando. quando salutauit Elizabeth. Fuit grata in regratiando quando beneficia dei recognoscens dixit. Magnificat anima mea dominum τc. Fuit modesta in reprehēdēdo quā do dixit. Fili quid fecisti nobis sic τc. Non enī eū maledixit: vel turbata increpauit: sed cum modestia corripuit. Fuit pia in compatiendo: quando compassa est sponso cui vinum defuerat. Jdeo dixit. vinum non habent. Fuit sapiens in consulendo quando dixit ministris. Quodcūq3 dixerit vobis facite. Canti. i. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Et Eccle. xxiiij. dicit de se. Quasi balsamum non mixtum odor meus Est autem balsamum frutex duoruz cubitorum in quantitate. similis viti in stipite. Jn folijs autem similis rute. Unde potest dicere illud. Genes. xl. Uidebam coram me vitē in qua erant tres ꝓpagines crescere pau latim in gēmas τ flores τ vuas maturescere Per vitem intelligitur christus. Johis. xv. Ego sum vitis vera. per tres ꝓpagines intelliguntur tres diuine persone. Nam in vtero virginis fuit christus velut vitis: ad cuius incarnationez conuenerunt: pater qui hanc incarnationem fecit. filius qui incarnatus ē spiritussanctus cuius virtute christus incarnatus est. Jn christo fuerunt tria. sc3 natura diuina. anima. τ caro. velut gemme. flores. τ vua. ¶ Septimo in lege diuinali cōtinetur suauis dulcor. Eccle. xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis: τ hereditas mea super mel τ fauum. Hic dulcor fuit in beata virgine. Canti. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sicut enī Petrus xp̄i in transfiguratiōe tā ta istius fructus fuit plenus dulcedine q̄ inde nolebat discedere. psal. Gustate τ videte quoniam suauis est dominus. Et David q̄ magna multitudo dulcedinis tue domine. Sic beata virgo in christi conceptione mira suauitate fuit repleta. vt omnibus memoriam suauitatis τ dulcedinis sue eructauerit. Bernardus. Copiosissima caritate virgo Maria sapientibus τ insipientibus debitricem se fecit. omnibus misericordie sinum aperuit vt de plenitudine eius accipiant vniuersi. captiuus redemptionē. eger curationem. tristis consolationem. peccator veniam. iustus gratiam. angelus leticiam. deniq3 tota trinitas gloriam. filij dei persona carnis humane substantiam. vt non sit qui se abscondat a calore eius. hec ille.

¶ Quia vero beata virgo meruit esse mater

dei ⁊ thesauraria secretorum celestium. Ideo deus pater filius ⁊ spiritussanctus hodie volentes eam honorare super omnes creaturas conuocatis ad consiliuȝ quattuor dominabus quarum diffinitione cuncta agunt: ꝓposuerūt. An beata virgo Maria hodie debeat assumi in celum cum corpore ⁊ anima.

Primo accessit domina iusticia dicens Iustus es domine: ⁊ rectum iudicium tuum. Cum ergo valde honores corpora sanctorū in terris. multo magis honorare debes corpus tue matris. In magno eniȝ honore vis haberi crucem que christum ad horam portauit. Corpora sanctorum que fuerunt organa spiritussancti. imagines pictas que sanctos representant Ergo magis debes honorare corpus beate virginis in quo christus nouē mēsibus habitauit. ⁊ quod fuit spūssancti organū ⁊ christi speciale domicilium. ⁊ totius trinitatis nobile triclinium. ⁊ in quo ymago dei illibata permansit. in quo filius dei qui ē imago patris habitauit. per quaȝ imago hominis que corrupta erat reparata fuit. Simul totum sanctoꝝ corpora integra ⁊ illibata cōseruas. Quorūdam vero corpora miraculorum gloria illustras. Quorūdam autem crebra visitatione fidelium magnificas. Quorūdam porro sepulcra auro ⁊ gemmis exornas. Quorūdam angelicis manibus sepulcris preparatis exaltas. Cuȝ ergo corpus virginis Marie non sit minoris dignitatis: immo maioris. ideo magis debet honorari. s. per assumptionem in celum. Secundo accessit domina potentia: dicens illud. Augu. Si in potestate saluatoris est de sanctorum capite capillum non perire. Est etiam ⁊ matrem suam in anima ⁊ corpore posse integram seruare: qđ si nullus dubitet: hoc est eum posse credat. credere dubitandū non est etiā eū velle. Similiter Ionā in ventre ceti preter naturalē vsum seruauit incorruptuȝ sola misericordia. Mariā incorruptam preter naturā non seruabit gratia: Seruatus est Daniel in intemperatissima fame leonū. ⁊ nō est seruanda maria dotata meritis dignitatum: quam in vita pre ceteris gratia sui conceptus honorauit. hec Augu. Qui ex ea nascens potuisti virginem relinquere. ergo in morte singulari saluatione ⁊ speciali gratia potes eam a putredine ⁊ puluere alienam facere. Tertio accessit domina bonitas dicēs. Boni filij est magis parcere matri ꝙ̄ sibi. Tam bonus filius fuit christus ꝙ in hac vita mortali. ⁊ maxime in partu magis pepercit matri ꝙ̄ sibi. qr tunc voluit matreȝ gaudere. Iuxta illud. Dū paris ⁊ gaudes: cantant celi agmina laudes Ipse aūt voluit flere. Iuxta illud Sapiē. vij. Primā voceȝ similem oībus emisi plorans. Cū ergo post hanc vitā sibiipsi pepercerit ab illa sententia qua dictū est, puluis es ⁊ in puluereȝ reuerteris. ergo ad bonitatē filij ptinet ꝙ matrē excipiat ab eadeȝ sniā. Iuxta illud ps. Non dabis sanctū tuū videre corruptōeȝ

Quarto accessit dn̄a sapiē: dicēs illud prouer. ix. Sapiētia edificauit sibi domū. Sapiens aūt architectus domū pulcrā facit intus ⁊ extra. Domus vero beate virginis etiaȝ in vita mortali fuit tota pulcra. ⁊ interi⁹ in aīa per puritatē. ⁊ exterius in corpore p virginitatem. Si ergo in hac vita sapiā dei edificauit sibi domū pulcrā ad eandem sapiam ptinet. etiam post hanc vitā nō diminuere: sed augere vt sit pulcra intus in anīa p felicitatē. ⁊ extra in corpore p immortalitatem. Iuxta illud Cant. iiij. ca. Tota pulcra es amica mea ⁊c. His auditis deus pater clamauit ad beataȝ virginem: dicens illud. Cant. ij. Surge ppera amica mea columba mea formosa mea. ⁊ veni. iam enī yems transijt. imber abijt ⁊ recessit. veni de libano spōsa mea. veni coronaberis. Ubi dicit Hug. de scō victore. Yems ⁊ imber est vita mortalis q̄ tanꝙ̄ yems ad aggrediendum bonū est pigra. ad pseuerandum est nubila. ⁊ tanꝙ̄ imber est ad malum lasciua. Beata virgo rūdit illud ps. Tenuisti manū dexterā meā ⁊ ī volūtate tua deduxisti me. ⁊ cū glā suscepisti me. vn̄ Hiero. in smo. hodierno dicit sic. Regina celi hodie de pn̄ti seculo nequaꝙ̄ eripit. securaqȝ de sua inmarcessibili glīa. celi palatiū ingredit vbi vna ciuitas ciuiū supnoꝝ. vbi dulcis societas angeloꝝ. vbi post labores ⁊ erūnas felix ⁊ suauis refectio oīarū. hec ille. Qua assumpta in sede trinitatis sanctissime collocata est. Unde Bern̄ dicit sic. Sublimius ista dies ⁊ splēdore sole refulgēs in qua virgo regalis ad thronū dei pr̄is vehit. ⁊ in ipsius trinitatis sede reposita naturā angelicā sollicitat ad videnduȝ. h̄ ille. Tunc de⁹ pater posuit coronā aureā sup caput ei⁹ expssam signo sanctitatis. Eccl. xlv. De qua corona dr̄ Apoc. xij. In capite ei⁹ coronam stellarū duodecim. Que sunt. xij. bn̄ficia q̄ nobis exhibet. Un̄ regina mūdi vocat Iuxta illud. Aue mūdi princeps ⁊ regina.

Prima stella est lapsoꝝ sublevatio Dan̄. xi. Cūqȝ corruerint subleuabūtur auxilio par

mulo .i. auxilio btē virginis q̄ puula dr̄ ꝓpter ipsius humilitatē ꝛc. Secūda stella est sordidorꝝ lauatio .i. Reg. xxv. Ecce famula tua sit in ancillā vt lauet pedes seruorꝝ tuorꝝ hec dixit Abigail ad dauid .i. Maria ad xp̄um. q̄ vult lauare cōscientias nostras intellectū et affectū a sordibus viciorꝝ ꝛc. Tertia stella ē tecorꝝ illumīatio. Eccle. xxiiij. Illumiabo oēs sperātes in dn̄o. Quarta stella est desolatorꝝ letificatio. Cant. i. Meliora verba tua vino .s. letificando. Quinta stella est tēptatorum adiuuatio. Ecclesi. xxiiij. Quasi platanus q̄ habet folia ad modū scuti exaltata sum iuxta aquas .i. iuxta ppl'os baptizatos. Et p̄s. eā alloquit̄ dicens. Apprehende arma ꝛ scutum ꝛ exurge in adiutoriū mihi. effunde fra. ꝛc. Sexta stella est obduratorꝝ mollificatō Nume. ij. Cūqꝫ pcussisset Moyses virga bis silicē. egresse sunt aque largissime. Virga est beata virgo. Juxta illud. Virgo dei genitrix virga est. silex est cor durū. bina pcussio fit qn̄ facit hoiem peccatorez declinare a malo et facere bonū. a quo egredīūt̄ aque lachrymarum largissime. Septima stella est mortuorum viuificatio. Eccle. xxiiij. In me ois spes vite ꝛ virtutis. Octaua stella est i aduersis roboratio. Esa. xxviij. Urbs fortitudinis nostre syon .i. beata virgo. Nona stella est vie salutis demonstratio. hec est colūna q̄ filios israel introduxit in terrā ꝓmissionis. ps. Dedit nubē in ꝓtec. corꝝ. ꝛ ignē vt luc. eis p noc. Decima stella est in morte ꝓtectio. Eccle. xv. Obuiabit illi quasi mater honorificata.

Undecima stella est cōtra ignē purgatorij refrigeratio. Jere. xviij. Nunqd de petra agri deficiet nix libani .i. refrigeriū de maria post mortē nostram. q d. non. Duodecima stella est in vita celesti sue p̄sentie delectatio. Judith. xv. Tu gl'ia hierusalē. tu leticia israel. tu honorificētia populi nostri. ꝛ iō eris benedicta in eternū. Et sic patet quomodo Maria optimā ptem elegit. legis diuinalis.

Secundo maria optimā

ptem elegit legis naturalis. Sciendū ꝙ inter cetera creata rōnalis creatura excellētiori quodā mō diue ꝓuidētie subiacet inq̄tuz ꝛ ipa fit dīna ꝓuidētie pticeps. sibijpsi ꝛ alijs ꝓuidens. Vn̄ ꝛ in ipa pticipat̄ rō eterna per quā hꝫ naturalem inclinationē ad debitum actū ꝛ finē. ꝛ talis pticipatio legis eterne in rōnali creatura lex naturalis dr̄. Vn̄ cuz p̄s. dixisset. Sacrificate sacrificiū iusticie. quasi q̄busdā q̄rentibus q̄ sunt opa iusticie. subiūgit multi dicūt quis ōndit nobis bona? Cui questioni rn̄dens ait. Signatū est sup nos lumē vultus tui dn̄e: quasi lumē naturalis rōnis q̄ discernimus quid sit bonū ꝛ quid sit malum qd̄ ptinet ad naturalez legē nihil aliud sit ꝙ impressio diuini lumis in nobis. Cōtinet em̄ lex naturalis duo p̄cepta. Primū est negatiuum .s. Qd̄ tibi nō vis fieri: alteri ne feceris. Secūduz est affirmatiuū .s. Oia q̄cunqꝫ vultis vt faciant vobis hoies: ꝛ vos eadē facite illis. Btā virgo elegit optimā ptem hui'legis naturalis. q2 ordinauit vitā suā q̄tuz ad alios: s̄m ista duo p̄cepta iusticie. Nam primuz p̄ceptum seruauit. q2 nullum vnq̄ lesit. Vn̄ Ambro. in li. de v̄ginitate dicit sic. Nullum fuit solita ledere oibus bene velle. maioribus natu assurgere. equalib' nō inuidere. iactantiā fugere. rōnem sequi. amare virtutem. Qn̄ ista vel vultu lesit pentes qn̄ discessit a ꝓpinquis. qn̄ fastidiuit humilē. qn̄ irrisit debilem. qn̄ vitauit inopem. hec ille. Et Hiero. in ep'la ad Cromatiū ꝛ helyodorꝝ dicit sic. Hāc irascentē null'vidit. hanc maledicentē nullus audiuit. Ois sermo eius ita erat gr̄a plenus vt cognosceret̄ in lingua eius deus. hec ille.

Secūdum p̄ceptum seruauit q2 oibus profuit quadruplicirer. Primo verbo. q2 socias suas semp ad bonū informabat. Hiero. vbi supra. Sollicita erat circa socias suas. ne aliqua ex eis in aliq̄ sermōe peccasset. ne aliūde in iniurijs aut in supbia circa parē suā existeret. sine intermissiōe bn̄dicebat deū. ꝛ ne forte q̄s in salutatione sua a laudib' dn̄i tolleret̄ siq̄s eam salutabat illa p salute deo gr̄as rn̄debat. Hec ille. Ab ipsa em̄ primo ꝓcessit vt dum salutant̄ hoies sancti deo gr̄as dicant.

Secūdo ꝓfuit obsequio. q2 trib' mensib' in obsequio helysabeth man sit. Ambro vbi supra. ꝙ religiosa in ꝓpinquis fuerit. scriptura diuina cōmemorat. Nam ꝛ humilior facta ē: vt a deo se cognouit electā ꝛ statim ad cognatam suā in mōtana ꝓcessit. nō vtiqꝫ vt exemplo crederet q̄ iam crediderat oraculo btā inquit q̄ credidisti. ꝛ trib' cuz ea mensib' mā sit. Tanti aūt interuallo tpis nō fides q̄rit̄. sed pietas exhibet̄. Hec ille. Tertio ꝓfuit tpali subsidio. Vn̄ in persona sui dicit̄ de muliere forti. Prouer. vlt. Manū suā aperuit inopi: ꝛ palmas suas extendit ad pauperes Nam totum aurū qd̄ magi obtulerūt paupib' tribuit ita ꝙ postmodū in purificatione nō habuit vn̄ posset emere agnū. Hiero. vbi supra. De

esca quã de manu angeli virgo accipiebat. ipsa reficiebatur. q̄ vero a pōtificib⁹ accipiebat: pauperibus erogabat. Quotidie videbant angeli loqui ei. τ quasi charissimi obtēpabant ei. hec ille. Quarto profuit exemplo. quia eius vita fuit omnibus sanctitatis speculum, τ religionis exemplum. Ambrosius vbi supra. Sit nobis tanq̄ in imagine descripta vita Marie. de qua velut ex speculo refulget spēs castitatis τ forma v̄tutis. Hic sumatis exempla viuēdi: vbi tanq̄ in exemplari magisteria sunt ꝓbitatis expressa. que q̄d corrigere, quid effugere quid tenere debeatis ōn̄dunt. Prodire de domo nescia nisi cū ad ecclesiam cōueniret. τ hoc ip̄m cū parētibus et ꝓpinquis domesticis oꝑosa securo forēsi stipata comitatu. nullo eñ meliore custode q̄ se ipsa q̄ incessu aspectuq̄ꝫ venerabilis. nō tam vestigium pedis tolleretur q̄ gradum virtutis attolleret. hec ille. Et Hero. vbi sup̄. In vigilijs īueniebatur prior. In sapiā legis eruditior. In humilitate hūilior. In carminibus Dauid p̄stātior. In charitate gratiosior. In puritate purior. τ in oī virtute perfectior. hec ille. Quia ḡ btā virgo mūdū suis illuminabat exēplis. iō de ip̄a dr̄ Eccle. xxvi. Sicut sol oriēs mūdo in altissimis deo, sic mulieris bone spēs in ornamentū dom⁹ ei⁹. Nam sol est xp̄us. mūdus est beata virgo. q̄ illuminata a deo illuminat totā ecclesiam militantē. Quō autē btā virgo dicat̄ mūdus ōn̄dit Cyprian⁹ dicens. Lego τ intelligo q: virgo maria est q̄dam mūdus intelligibilis τ admirabilis. cuius terra soliditas humilitatis. cui⁹ mare latitudo charitatis. cui⁹ celum altitudo conuersationis τ cōtemplatiōis. cuius sol splendor intelligentie. cuius luna decor mūdicie. cui⁹ lucifer fulgor sanctitat̄. cuius arturus gratia septiformis. cui⁹ sydera aliarū virtutū ornamēta pulcherrima. Hec ille. Nam ꝑfectiōes virtutum quas patriarche habuerūt in lege nature. Beata virgo plenius habuit. vt patet.

Adam velut primo parēti toti⁹ humani generis collata est a deo iusticia originalis per quam iustos homines generaret. sed ꝑ peccm̄ hac ꝑdita: suā posteritatē corrupit. τ ad mortem cōdēnauit. Beata virgo seruata innocētia integrali vitam oīm viuentiū. s. xp̄m solē iusticie: ꝑ sui obedientiā de celo traxit ad terram ꝑ quē nocētes τ peccōres ad statū sempiternalis iusticie. τ vitam īmortalem perducuntur. Vxori Noe simul cū viro suo Noe collata est a deo sapiā fabricandi archam per quā gen⁹ humanū p̄seruatū est a vastitate diluuij. Beata virgo mira sapiā fabricans corpus humanū Jesu xp̄o qui est archa sapientie dei. oēs electos in vna fide saluauit. Qui extra hanc archam inuentus fuerit peribit regnāte diluuio falsarū doctrinarū: vt pharisei, heretici. scismatici. apostate. obstinati velut corui ex archa eiecti. Eue tanq̄ prime matri collata est a deo fecūditas integralis. per quam sine corruptiōe gen⁹ humanū ꝓpagaret. sed hac ꝑdita facta est ministra seductionis mediatrix p̄uaricatiōis ex se nascituros transmittens ad inferos. Beata virgo virginali fecūditate mīstrauit benedictū fructum humano generi velut ministra ꝓpiciationis τ mediatrix redēptiōis. ex sua ꝓle natos dirigens ad superos. Enoch collata est a deo gr̄a p̄seruationis. q̄ cū deo ambulans a peccatoribus segregatus. translatus est in paradisum. Btā virgo copiosiori sctificatione bn̄dicta est a deo q̄ nō solū ip̄si⁹ ortū sanctificauit. sed etiā vitā deinceps ab oī pctō īmunē cōseruauit q̄ vere fuit paradisus terrestris. in quo deus ipse translatus est. Cant. iiij. Ort⁹ cōclusus soror mea sponsa. ortus conclusus, fons signatus τc. Melchisedech collata est a deo gr̄a bn̄dictionis. Hic eñ sacerdos dei summi obuiauit Abrahe regresso a cede regum. τ benedixit ei offerens panem τ vinū. Beata virgo eternā benedictionē nobis attulit. generans xp̄m regē τ sacerdotem qui nobis ministrauit carnem suā τ sanguinem suum in sacramentū visibile. sub speciebus panis τ vini q̄b⁹ salubriter cōicam⁹. Abrahe collata est a deo gratia ꝓmissionis q̄ ꝓlis fecunditate doratus miraculose. pater multarum gentium dictus est. Beata virgo super oēs creaturas ad ineffabile mysteriū incarnationis dn̄ice vocata pariter τ electa. redēptoris oīm mater dicta est: q̄ tam excelsā ꝓlem genuit. ꝑ quā oīs hoīm generatio spūalis ꝓcedit. Rebecce collata est a deo gratia electionis: q̄ deo disponente virū suū decepit vt abiecto Esau Jacob benediceret. Beata virgo singulari bn̄ficio τ p̄uilegio vitā absq̄ omni peccato ducens. peccati mortis ꝑemptorem peperit. vite iusticieq̄ꝫ munus oībus ōn̄dit: qui diuinitate occulta. dyabolo eiecto hoīem benedixit. Racheli collata est a deo gratia dilectiōis. ob cui⁹ formositatē τ pulcritudinem seruiuit Jacob Laban. xiiij. annis.

Beata virgo mira p̄fulsit pulcritudine. que plena fuit gratie. De qua dicit xp̄us Sapiē.

vij Quesiui mihi hanc sponsam assumere.et amator factus sum forme illiꝰ. Cui seruiuit ⁊ obediens fuit triginta annis.vt patz. Jsaac collata est a deo gr̃a p̄destinationis. qui sua oratione sterilitatē ab vxore sua abstulit.que geminos cōcepit.hic eternā p̄destinationem impleuit.qñ volens benedicere filiū maiorē benedixit minorē. Beata virgo fecundationem sterilis Helisabeth edocta.meruit sua oratione salutē populoꝝ concipere.s. Jesum xp̄m gemine substantie ⁊ vnius persone qui gentilem populum tanq̄ minorez preelegit in benedictione populo iudaico tanq̄ maiori.

Jacob collata est gratia venerationis qui scalam in via positus attingentē celū p quā angeli descendebāt ad eū cōfortandū ⁊ venerandum.⁊ ascendebant dñmq; innixū scale vidit.Beata virgo p plenitudinē gr̃e facta ē scala p quā deus descendit ad hoiem vt homo ascenderet ad deū.quā angeli admirātes descendūt ad eā venerandū ⁊ eidē cōgratulandū ⁊ ascendūt p eius assumptionē ad ipsum honorandū cū xp̄o qui facit eam cōsidere secum in celestibꝰ.vt pz. Joseph collata ē gratia puisionis.qui factꝰ est dñs egypti p indirp septē annos vniuerse terre de frumēto.Jnuitauit etiā fratres suos vt comederēt secū panē.Beata virgo electa regina mūdi a deo puidit humano generi ne morte eterna periret de frumēto cōcipiens xp̄m qui est granū frumēti.Jnuitauit etiā omēs in xp̄m credentes vt in sacro panis xp̄o cōicent. Juxta illud. Ego sum panis viuus q̄ de celo descendit ⁊c. Abel collata est gr̃a martyrij et passionis q̄ p̄mus hostiā obtulit deo p qua sanguinē suū fudit. pp̄ter quā iustꝰ a deo vocatus est.Btā virgo suauissimā hostiā obtulit deo patri ⁊ toti mūdo.s.xp̄m.de quo dicitur. O vere digna hostia ⁊c. martyriū passa fuit.Juxta illud.Tuā ipsius aīam ptransibit gladius.Sup quo Bern̄.dicit.Vere tuam o btā mater aīam gladiꝰ ptrāsiuit qñ crudelis lancea filio iam mortuo latus apetuit.Jpsiꝰ nimirū iaz ibi aīa nō erat.sed tua plane auelli nequibat vt plusq̄ martyrē te nō īmerito p̄dicemus.in qua pfecto sensuz corpee passionis causaret affectus cōpassionis.Hec ille Ecce quō isti.xij.patriarche salutabāt btām virginē dicētes. Aue maria. vt cōstat ex primis litteris suoꝝ noīm cōficiētes coronā.xij lapidū p̄ciosoꝝ quā xp̄s hodie eidē imposuit.ps. Qm̄ pueniſti eā in bñdictionibꝰ dulcedinis.posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide p̄cioso. Et hoc assumēdo eā in celū in corpe et aīa. Quā assumptōez p̄uiderāt in figura duplici. Prima est de fonte paradisi. Geñ.ij. Fons ascēdebat de terra ad irrigandū sup̄ficiem terre q̄ inde diuidit̄ in quattuor capita Jste fons est btā virgo.vt pz Hester.vi. Fōs puus.s.p hūilitatē creuit in flumē maximuz. scz p pietatē.⁊ in lucē.s.p puritatē. solēq;.s.p gñationē filij.cōuersus est. Jste fons ascēdebat de terra.s.militātis ecclesie.in assumptione ad irrigandū.i.illustrandū padisum triūphantis ecclie.qz s̄m Dyo.li.de angelica hierarchia semp īferiores illuminantur a superioribus q̄ diuidit̄ ī quattuor capita.s.quattuor hierarchiarū.triū celestiū ⁊ vniꝰ ecclesiastice.

Secūda est de archa Noe. Geñ.ix. Jsta archa quā fabricauit Noe q̄ interp̄tat̄ quiescēs ad habitandū in ea.est btā virgo quā fabricauit deꝰ q̄ requieuit ab omī ope qd patrarat. Geñ.ij. Jn hāc habitauit deus carnē nostrā assumēdo. Hec archa fuit eleuata in sublime a terra qñ fuit in celū assumpta p quā saluatum est genꝰ humanū. Bern̄. Filioli hec peccatoꝝ scala hec mīa hec maxima fiducia est. hec tota ratio spei nostre potest ne filius aut repelli aut sustinere repulsam? Quid ad mariā trepidet humana fragilitas? Nihil austerum nihil terribile.tota suauis est. Age grās ei q̄ talem mediatricē benignissima miseratione puidit.hec ille. Ecce quō Maria optimam partem elegit legis naturalis.

Tertio Maria optimaz

partem elegit Legis pphetalis. Sciendū q̄ btā virgo vt spm̄ pphetie mereret̄ accipe ordinauit vitā suā quadrupliciter etiā an̄ cōceptionē filij dei. Primo quo ad deum quia in sua adolescentia dū adhuc in tēplo cū suis coetaneis moraret̄.vitā suā valde ordinauit De cuius ordinatiōe dicit Hiero.ad Cromatium ⁊ helyodoꝝ. Hanc regulā virgo beata seruabat vt a mane vsq; ad tertiā orationi insisteret.a tertia vsq; ad nonā textrino operi se occuparet. Jterum a nona ab oratiōe nō recedebat quousq; illi angelus appareret.de cuiꝰ manu escam accipere solebat.⁊ semper in dei amore pficiebat. Hec ille. Secūdo quo ad eius interiora quia habuit sinceras affectiones.cogitationes sanctas.⁊ intētiōes rectas.de eius sinceris affectionibꝰ dicit Ambro.li.de virginitate. Quid nobilius mr̄e dei? Quid splēdidiꝰs ea quā splendior elegit eternus? Quid castius ea que corpus sine corpo

ris contagione generauit? Nā de ceteris vir-
tutibus eiꝰ quid loquar? Uirgo erat nō solū
corpore sed etiam mente q̄ nullo doli ambi
tu sincerū adulteraret affectuʒ. hec ille. De
ipsiꝰ sctīs cogitatōibꝰ. Idē dic̄ sic. Uirgo be
ata ab ipo ingressu angeli inuēta est domi in
penetralibus sine comite: ne quis intentio-
nem eius abrumperet ne q̄s obstreperet. Ne
q̄ʒ eēm comites feminas desiderabat. que bo
nas cogitationes comites habebat. q̄n etiā
tunc sibi minus sola videbatur cuʒ sola esset.
Nam queadmodū sola cui tot adesset archā-
geli tot pphete. hec ille. De rectis eiꝰ cogita
tionibus Ideʒ dicit sic. Corde erat humilis.
verbo grauis. anio prudēs. loquēdi parcior.
legēdi studio sior. nō in incerto diuitiarū: sed
in prece pauperis spem reponēs. intenta ope
ri. verecunda sermone. arbitriū mētis solita
nō hoīem: sed deuʒ querere. hec ille. Tertio
quo ad sua exteriora. Ambro. vbi supra. Ni-
hil in ea toruū in oculis. nihil in verbis pro-
cax. nihil in actu verecūdū. nō gestꝰ fractior.
nō incessus solutior. nō vox petulātior. vt ip-
sa corporis species simulacrū fuerit mentis.
ꝛ figura pbitatis. hec ille. Quarto quo ad
conuersatione honestā qua ordinauit vitam
per prudentiā. fortitudinem. iusticiā. ꝛ tempe-
rantiam. Ber. Uirgo btā fuit fortis in ppo-
sito. tēperata in silentio. prudēs in interroga
tione. iusta in confessione ꝙ turbata est. fuit
verecūdie virginalis. ꝙ nō est pturbata. fuit
fortitudinis ꝙ tacuit ꝛ cogitauit fuit prudē-
tie. hec ille. Et Ambro. lib. de virginitate dicit
sic Quid exequar ciboꝝ parsymoniā officio
rum redūdantiā. alterū vltra naturā supfuis-
se. alterū ipsi pene nature defuisse. Illic nulla
intermissa tēpora. hic ꝯtinuata ieiunio dies.
Et si q̄n successisset reficiendi volūtas. cibus
plerūq̄ʒ obuius q̄ mortē arceret. nō q̄ delitias
ministraret. dormire non p̄us cupiditas ꝙ ne
cessitas fuit Et tn̄ cū quiesceret corpus vigi
labat animꝰ q̄ frequēter in somnis aut lecta
repetit. aut somno interrupto ꝯtinuat. aut di
sposita gerit. aut gerenda pnunciat. hec ille.
Propter ista eēm beata virgo ꝓmeruit spm̄
pphetie q̄ in cantico suo pphetauit de p̄teri-
to dicens Suscepit israel puerum suū ꝛc. Et
de futuro dicēs. Ecce eēm ex h̄ beām me dicēt
oēs ꝛc. Et de p̄nti occulto. q̄n Iohānē in vte
ro matris esse cognouit. Super choros pro
phetarū ipsam exaltari p̄niderūt in aīa ꝛ cor
pore. Moyses in virge operatōe. Exo. xiiij.
Leua virgā tuā ꝛ extēde manū tuā sup ma-
re. ꝛ diuide illud. vt ingrediātur filij israel per
mediū eiꝰ. Ista virga eleuata: est btā virgo:
q̄ fuit in celū assumpta. In cuiꝰ eleuatione
aptum est mare diuine mīe pctōribus. Per
istā virgā fuit pharao flagellatꝰ. i. infideles.
Amalech debellatus. i. mūdani. Aaron con
firmatus. i. actī. Moyses sublimatus. i. cōtē-
platiui. Aaron in nubis eleuatiōe. Nume.
ri. x. Eleuata est nubes de tabernaculo fede-
ris. pfectiq̄ʒ sunt filij israel per turmas suas
de deserto sin. ꝛ recubuit nubes de taberna-
culo Pharan. Ista nubes eleuata: est beata
virgo assumpta de ecclesia p̄sentis temporis
cū qua xp̄us in morte pepigit fedus. ꝛ profi
ciscunt̄ filij israel. i. videntes deum per fideʒ
de deserto sin qd̄ interpretatur temptatio. q̄
de miseria huius vite proficiscuntur ad solitu
dinem Pharan. i. ad locum fructiferum: quo
niā quiescit in fructibus paradisi. quiescit au
tem in solitudine. quia sola in trono glorie ie
su xp̄i Ista nubes continebat diuinā presen
tiam. angelicā custodiam. dirigebat in itine-
ribus protegebat ab hostibus. Sic beata vir-
go continebat diuinam presentiam in incar-
natione. exhibuit angelicā custodiam in par
turitione dirigit in itineribus in sua conuer-
satione. Protegit ab hostibus inuisibilibus
quos fugauit in sua sancta consummatione.
Balaam in virge pcussione. Nume. xxiiij.
Cōsurget vga de isrl̄ ꝛ pcutiet duces Moab
Ista vga cōsurrexit. q̄ btā virgo in celum
ascēdit: ꝛ demones pcussit. Josue in arche
deportatiōe. Si q̄s eēm desiderat vincere ho
stes malignos ad Mariā accedat: q̄ ipsa ē
archa q̄ precessit filios israel diuidēs aquas
iordanis vt transirent sicco pede. ꝛ deducen
tes eā p circuitū Jericho muri eiꝰ illico cor-
ruerunt Josue. iij. Bern̄. Precessit nos regi
na ꝛ ita gl'iose sublimata est atq̄ʒ suscepta.
vt fiducialiter sequant̄ serui dn̄am. i. clamā
tes trahe nos post te in odorē vnguētoꝝ tu
oꝝ currenus. hec ille. Uasti regina in sui
introductione. Hester. i. Precepit rex eunu
chis vt introducerēt reginā Uasti corā rege
posito sup caput eiꝰ dyademate vt ondēret
cūctis pplīs ꝛ p̄ncipibꝰ illius pulcritudinē.
q̄ vniuersa agmīa sctōꝝ designata in. vij. eunu
chis mādato iesu xp̄i regis eterni btāʒ vginē
ꝯsummatā ꝛ pfectam omī vtute ꝛ grā in ce
lum hodie deduxerunt ad cōniuiū eternuʒ.
Hester in felici coronatōe. Hester. ij. Erat
eēm formosa valde ꝛ incredibilis pulchritu-
dine oīm oclīs gratiosa ꝛ amabilis. Ducta

est itaq; ad cubiculū regis τ adamauit eaȝ
rex plusq̄ omēs mulieres, habuitq; grām τ
miam corā eo sup omēs mulieres. τ posuit
dyadema regni in capite suo: τ posuit soliū
eius sup pncipes quos habebat. hec ibi. Et
de btā vgine Bern̄. ait. Intuendū nobis ē
q̄to deuotionis affectu a nobis eā deus vo
luit honorari q̄ totius bonitatis pulcritudi
nē posuit in Maria. vt si q̄d spei si q̄d salutꝭ
si q̄d grē in nobis est. ab ea nouerim⁹ redū-
dasse hec ille. Noemi in salubri reuersione
Ruth. i. Venit Noemi de terra pegrinatio
nis sue ac reuersa est in Bethleem. Reddat
tibi deus p opere tuo τ plenā mercedē reci
pias a dn̄o deo israel ad quē venisti τ sub cu
ius cōfugisti alis. hec ibi. Btā virgo hodie
reuersa est in bethleem celestē per corporalē
psītiam vbi antea fuerat p ɔtēplationum τ
meditationū frequentiā: discedens a mun-
do. Judith in ppl'i ɔtectione. Judith. xiij.
Viuit dn̄s q̄m custodiuit me angelus eius
τ hinc euntē τ ibi cōmorantē τ inde huc re-
uertentē τ nō pmisit dn̄s me ancillā suā co
inquinare: s; sine pollutōe pcti reuocauit me
vobis gaudentē in victoria sua: τ in euasiōe
mea: τ in liberatiōe vrā. Et Judith magna
facta est in Bethulia τ preclarior erat vni-
uersis terre israel τ erat ɔcedēs cū glia ma
gna. hec ibi. Et de btā vgine Bern̄. ait. Be
atam te dicent oēs generatiōes q̄ oibus ge
nerationibus grām τ gliam inuenisti. In te
enī angeli leticiā: iusti gliam. pctōres grām
inuenit̄ hec ille. Bersabee in sui exaltatio
ne. iij. Reg. ij. Venit Bersabee ad regē Sa
lomonē. τ surrexit rex in occursum eius oscu
latusq; est eam τ sedit super tronum suum.
positusq; est tronus matris regis q̄ sedit ad
dexteram eius. hec ibi. Et de beata virgine
Bern̄. ait. Q̄tuȝ gratie in terris est adepta p
ceteris tm̄ in celis obtinet glie singularis. Ec
lesia prius oscula labijs impssa lactētis. sed
nūq̄d nō feliciora cōfitebimur q̄ ab ore sedē-
tis in dextera dei pr̄is hodie in btā salutatōe
suscepit cū ascēderit ī thronū hodie epythala-
miū canēs osculeť me osculo oris sui. hec
ille. Abigail in regis recōciliatōe. i. Regum
xxv. Festinauit abigail τ ascēdit ad radicem
montis. Dauid aūt τ viri eius descendebant
in occursum eius: q̄bus τ illa occurrit. hec ibi
Et de beata virgine Bern̄. ait. Ad patrē ter
rebaris accedere o homo. territus solo audi-
tu ad filiū fuge Jesum hunc tibi fratrē Ma-
ria dedit. sed forsitan etiam in ipo maiestatē
vereris diuinam aduocatam vis habere ad
ipsum. ad Mariam recurre. Paratur siqui-
dem humilitas in maria. nec dubiū dixerim:
exaudietur τ ipsa p sui reuerentia. hec ille.

Dauid in gaudio τ exultatione. ij. Reg. vi.
Dauid τ omnis israel deducebant archā dn̄i
cum gaudio. et erant cum eo septem chori. h
ibi. Per dauid signatur xp̄us. per. vij. choros
vniuersitas sanctoꝝ. qui omēs beatam virgi
nem honorabiliter in celū deduxerunt tāq;
archam que continuit manna celestis dulce
dinis quo nutriūtur filij israel fideles in de-
serto huius mundi. Hanc xp̄us per seipsum
venit reducere in ciuitatem τ domū eternaȝ
cum benedictione τ collocauit in throno se-
cum. Augustin⁹. Ubi posuit idem rex q̄d ex
te sumpsit. ibi posuit τ te reginā ex qua sum-
psit. hec ibi τ in ps. Surge domie in requieȝ
tuam tu τ archa sanctificationis tue τc̄.

Salomon in gratiarū ministratiōe. Cant.
i. Introduxit me rex in cubiculum suū. τ hoc
vt ei ministret. Ecclesi. xxiiij. In habitatione
sancta coram ipso ministraui. Augustin⁹ de
beata virgine ait. Per te hereditauimus mise-
ricordiam miseri. ingrati grām. veniā pecca-
tores. sublimia infimi. celestia terreni. morta
les vitam. patriam peregrini. Quicq̄d per te
habemus, q̄r nō sufficit admirari est enarra-
re difficile. Helyas in nubis eleuatione iij.
Reg. xviij. Ecce nubecula quasi vestigiū ho-
minis ascendebat de mari Beata virgo fuit
nubes que aridos rigat τ fecundat steriles.
Secūdo beata virgo pōstensa fuit in stelle matutine nōiatione. de qua dicit Eccl. li. ca. Quasi stella matutina ī medio nebule. Ista em stella plura habet noīa. Dicit nanq ve nus: qr disponit ad amandū. dicit matutina: qr mane sequēs denūciat ad diem inchoan dum. Dr lucifer. qr maiorē habet vim ad illu minandū. Dicit hesperus. qr noctē sequentē respicit ad illustrandum. Btā virgo dr stella matutina pter istos quattuor effectus. Iu xta illud Eccle. xxiiij. Ego mater pulcre dile ctionis et timoris et agnitionis et sancte spei. Ipsa quidē est venus. qr inflāmat hoīes ad dei amorē. ideo dicit. Ego mater pulcre dile ctionis. Ipsa est pncipiū noue vite. s. legis xpi ideo dicit. et timoris. qr timor est pncipiū grē et noue vite ps. Initiuz sapientie timor dni. Ipsa est lucifer inquantū dat lucem agnitio nis. Ipsa est hesperus inquātum respicit et il luminat petōres q sunt in tenebris culpe et q ad hoc dicit mater sancte spei. etiā vocat stel la maris que vulgariter dr Tramōtana seu vrsa maior. Vn Bern. dicit. Tolle corpus so lare qd illuminat mundum: et vbi dies: Tolle Mariā maris stellam: et qd nisi caligo inuol uens et vmbra mortis: et tenebre relinquūtur: In angustijs in periculis in dubijs: Mariā cogita: mariā inuoca. Nō recedat a corde: nō recedat ab ore: ipam sequēs nō deuias: ipaz rogās nō desperas: ipam cogitās nō erras: ipsa tenente nō corruis. ipa pregente nō me tuis ipa duce nō fatigaris: ipa ppitia peruē nis. hec ille. Tertio btā virgo pōstensa fuit in lune diminutōe. Luna siquidē hz hoc pro priū: q crescit vsq ad xiiij diē. quonsq in ip sa appareat imago hominis integra. et vltra crescre nō pōt. sed postea decrescit. Eodem modo. btā virgo creuit vsq ad. xiiij. annū qr in hac etate creditur xpm cōcepisse. et tunc ip se qui est imago dei inuisibilis in ei9 vtero vir pfectus extitit. nō qntum ad etatē: sed quan tum ad sapientiam et oim gratiarū plenitudi nem. Jere. xxxi. Nouū faciet dns super ter ram. mulier circundabit virū. Postq autē intm creuit: statim in sui reputatiōe decresce re cepit: quia non matrem dei: non reginam celi: non dominaz mundi sed ancillam dei se appellauit dicēs. Luce. i. Respexit humilita tē ancille sue. Quarto beata virgo pōstēsa fuit in celoz distinctiōe. Sicut em in pma re rum creatione pmo formatuz est celū. Gen.

pmo. In principio creauit deus celum. Q̄ȯ
distinxit in celū sydereū: cristallinū: ⁊ empy
reum. Sic in mūdi recreatione ⁊ redēptione
creauit btām virginē velut᷒ celuȝ sydereum.
Eccl. xliij. Species celi. i. btē ꝟginis celestis
gloria stellarū. i. gloriosa varietas virtutum
Apocal᷒. xij. In capite eius corona stellaruȝ
duodecim. s. Seraphin. q2 fuit igne diuini a-
moris totaliter inflāmata. Cherubin. q2 fuit
splendore diuine cognitionis totaliter illu-
strata. Tronoꝝ. q2 fuit tota ꝓmente tranq̄lla
⁊ quieta. Dn̄ationū. q2 corpori suo ⁊ om̄ib᷒
vitijs dn̄ata fuit. Virtutū. q2 gloria miracu-
loꝝ illustrata extitit. Potestatū: q2 demonū
potētiam refrenauit. Principatuū. q2 de om̄i
bus regnis ⁊ prouincijs prouidentiam ma-
gnam habet. Archangelorum. q2 de om̄ibus
ciuitatibus ⁊ locis, diligentiam grandem ge-
rit. angeloꝝ: q2 om̄ibus hominibus ⁊ singula
rib᷒ personis curā ⁊ custodiā habet. Patruȝ
in lymbo de infernali carcere eos liberando
Purgandoꝝ de purgatorio eos eripiendo.
Fidelium in mūdo eos in viā salutis dirigē
do. Unde Bern̄. ait. Ecce inquit Maria: ex
hoc beatam me dicent om̄es generationes.
Ecce intuentis ⁊ demonstrantis est aduer-
biū: ac si dicat. Ecce iam video q̄d futurū sit
de me. Quis fructus ꝓcedet ex me. Que ⁊
quanta bona: nō mihi soli. sed om̄ibus gene
rationib᷒ ꝓuenient ex me. Nam ⁊ angelica-
rum generationū numerus ꝑ meū genitū re
integrabit᷒: ⁊ hoīm generatio in adam male
dicta: ꝑ bn̄dictioneȝ fructus ventris mei ad
eternā bn̄dictionē regenerabit᷒. Letare pat᷒
adam: sed tu magis eua exulta. q2 sicut oīm
fuistis parentes. Sic oīm fuistis perempto
res. ⁊ q̄ȯ infelicius est prius peremptores q̄ꝫ
parētes ꝓpterea curre eua ad Mariā: curre
mater ad filiam. Filia ꝓ matre r̄ndeat. Filia
matris obprobriū auferat. Filia patri ꝓ ma
tre satisfaciat. q2m̄ vir cecidit per feminā. Cur
rite nūc matres ⁊ filie. currite om̄es que par
turimini: ⁊ parturitis cū tristicia adite virgi
nalē thalamū. adite si potestis sororis vestre
pudicū cubiculū. hec ille. Ipsa em̄ velut. celū
sydereū cōtinue monet᷒. Nunc ad filiū ipsuȝ
ꝑ nobis exorando. Nunc ad angelos ipsos
ad nostrū ministeriū dirigēdo. Nūc ad btōs
ipsos vt ꝑ nobis orent exhortādo. Nunc ad
nos oculos miscdie sue cōuertendo. iux᷒ illud
Illos tuos misericordes oculos ad nos cō-
uerte. Sapi. vij. Om̄ibus mobilib᷒ mobilior
est sapientia. Fuit etiam tanq̄ꝫ celum cristal
linū. cuius forma est sperica magne capaci-
tatꝭ. q2 dei habitatio effecta. Iuxta illȯ. Quē
celi capere nō poterant tuo gremio cōtulisti.
fuit etiam tanq̄ꝫ celum empyreū. cui᷒ gloria
inter ceteras creaturas fuit altior ⁊ sublimi-
or: q2 exaltata super choros angeloꝝ.

Secundo in btā virgine

est gratia om̄is vite spiritalis. Sciendū ꝙ
dignitas ⁊ gloria btē virginis preostensa fuit
in angelis quo ad quattuor. Primo in per-
fectione: ꝺm quā transcēdit angelos. Ezech.
xxxi. Cedri nō fuerunt altiores illa in paradi
so dei. abietis nō adequauerūt summitatē ei᷒
Et platani nō fuerunt eque frondibus illius
om̄e lignū paradisi dei nō est assimilatuȝ illi
⁊ pulcritudini eius. Licet em̄ in angelis fuit
claritas: sapientia: ⁊ caritas. que perfectissi-
me fulserunt in lucifero. Iuxta illud. Om̄is
lapis preciosus operimentū tuū. In maiori
tamē dignitate. Btā virgo istas perfectiones
habuit. Unde Bern̄. super missus est: dicit.
Maria deū angeloꝝ ⁊ hominū audacter su
um vocat filium dicens. Fili. quid fecisti no-
bis sic? Ecce Marie priuilegium. Quis enī
audeat angeloꝝ. deniq̄ꝫ descendit cum illis ⁊
venit in Nazareth: ⁊ erat subdit᷒ illis. Quis?
Quibus? deus hoībus. Mirare ergo vtrūq̄ꝫ
vel elige q̄d amplius mireris. Siue filij beni
gnissimā dignationē: siue matris excellentis
simā dignitatē: vtrūq̄ꝫ mirū Q̄ȯ femine de᷒
obtēperat humilitas absq̄ꝫ exēplo. Q̄ȯ femi
na deo ꝑncipet᷒ sublimitas sine socio. hec ille
Secūdo in bn̄dictione. Nam Gen̄. xxxij. dr
Q̄ȯ luctāte Jacob cū angelo: dixit ei angel᷒.
dimitte me. iā em̄ ascēdit aurora. ⁊ r̄ndit Ja-
cob. nō dimittā te nisi bn̄dixeris mihi. ⁊ bn̄-
dixit ei in eodē loco. Ante natiuitatē ꝟginis
lucta erat ⁊ bellū inter āgelos ⁊ hoies. offen
derat q̄ppe homo deū ⁊ regē angeloꝝ. In na
tiuitate aūt virginis facta est pax ⁊ cessauit
lucta. ⁊ ideo dixit dimitte me. iam em̄ auro-
ra ascendit. i. iam orta est Maria: q̄ est ꝟe au
rora noctē pctī finiēs: ⁊ diē grē inchoās Si-
cut em̄ in aurora descendit ros: sic in natiuita
te btē Marie descēdit ros grē. Et queadmo-
duȝ angelus bn̄dixit Jacob. sic in natiuitate
virginis data fuit bn̄dictio humano generi.
Unde Johēs Damas. in sermone hodierno
dicit. Ois lingua: oīs etas: om̄isq̄ꝫ dignitas
cū leticia natiuitatē btē Marie celebremus.
Si em̄ gentiles mendaci fabula demonū: hu
manū intellectum surripientiū: ⁊ veritatem

obumbrantiū: festiuitates regūq natalicia omī diuulgabant honore. nō minimum sepe patiētes detrimentū rerū vñ ducebant vitaz quāto magis oportet natalitiū genitricis dei deuotissime celebrare per quā genus humanū erigit: per quā prime parentis eue in gaudiū tristicia ꝛ in bñdictionē maledictio vertitur. Tertio in sanatione. Vñ Damas in sermone hodierno dic̄ sic. Gaude ꝓphetica piscina: que cōdā semel in anno recipiebas angelum dñi mouentē aquā. aut vnū sanantē ꝛ ab infirmitate qua detinebat liberantem. Nunc autē multitudinē celestium spūum habentē nobiscū te collaudantiū. te miraculoꝝ pelagus. fontem sanitatis totius orbis: non ministrum angelum suscipiēs sed ipsum magni consilij angelum: qui nō descendit cū aliquo strepitu. sed tanq̄ benignitatꝫ pluuia in vellus oēm naturā languidā ꝛ ad corruptionem ꝓcliuē: ad salutē ꝛ ꝛ ad vitā erigit. hec ille. Quarto in prenūciatione qꝛ ꝓ minoribꝰ negocijs sepe deus angelū mittere consueuit. Sicut misit angeluz Raphaelē tēpore Thobie ad curationē infirmitatū. misit Gabrielē ad liberationē captiuoꝝ. vt dicit. Daniel. ix. Misit Michaelem ad expugnationē inimicoꝝ. vt habet. Apocal. xij. Sic etiam ꝯgruū fuit vt angelus mitteret ad prenūciandam natiuitatē btē virginis q̄ conceptura erat illū qui veniebat ad curationē infirmitatum. ad captiuoꝝ liberationē ad hostiū expugnationem. Esa. lxi. Spūs dñi super me: ꝛ misit me vt mederer cōtritos corde. ꝛ predicarem captiuis indulgentiā: ꝛ diē vltionis deo nostro. Sic etiam angelus prenūciauit conceptuz ꝛ natiuitatem virginis. Joachim viro btē anne. vt habet in legendis. ibi. Joachim nāqꝫ ex galilea ꝛc̄. vsqꝫ. diuinū ꝓmissum hylariter expectantes. ꝛ sic pꝫ secundū.

Tertio in btā virgine est gratia omīs vite patriarchalis. Sciendum ꝙ natiuitas btē virginis fuit multis figuris ꝛ enigmatibus preostensa. Primo in paradiso voluptatis in quo positꝰ fuit Adam in statu innocentie. Sic btā virgo fuit ortus deliciarū in quo positus fuit scd̄s adam. s. xp̄s. Vñ ipsa dicit Cant. vi. Dilectus meꝰ descendit in ortū suū ad areolā aromatum. Et Damas. in sermone hodierno dicit. Tu appellaris intellectualis eden sacratior ac diuinior antiqua. In illa em̄ terrenꝰ adā habitauit. in te aūt dñs celi. hec ille. Secūdo in archa diluuij. de qua hꝫ. Gen̄. vij. Dixit dñs ad Noe. Fac tibi archā de lignis leuigatꝭ māsiunculas in ea facies. ꝛ bitumine linies eā intrinsecꝰ ꝛ extrinsecꝰ. Ista archa ē btā ꝟgo. vñ Damas. vbi supra dicit. Te archa ꝓfigurauit secundi mūdi ferens semina. Tu em̄ xp̄m salutē mūdi genuisti: q̄ pcm̄ q̄dē subruit. eiusqꝫ inūdationes mitigauit hec ille: Deus pr̄ ꝓcepit filio suo: vt faceret sibi hāc archā. qꝛ em̄ erant rupti fontes abyssi. iō inundauerat diluuiuz vitioꝝ. Osee. iiij. Maledictū ꝛ mēdaciū homicidiū: ꝛ furtū: ꝛ adulteriū inūdauerūt. Inundauerat em̄ maledictū rupto fonte incredulitatis. mendaciū rupto fonte falsitatꝭ. homicidiū rupto fonte credulitatis. furtū rupto fonte cupiditatis. adulteriū rupto fonte carnalis voluptatis. ꝓpter hāc inundationē clamabat Dauid in ps. Saluū me fac deꝰ: qm̄ intrauerūt aq̄ vsqꝫ ad aīam meā. Cōtra istā inundationē adhibuit deꝰ remediū. s. archam btām ꝟginē fabricādo. in qua verus Noe. i. xp̄s ingrediēs mundū ab isto diluuio saluauit. Ista archa fuit de lignis leuigatꝭ. i. cōplanatis. qꝛ ab oī asperitate pcti immunis. Fecit in ea mansiunculas. s. pr̄i ꝑ humilitatē. filio per fecūditatē. spūisancto ꝑ virginitatem. Liniuit eā bitumine caritatꝭ. ne aque diluuij vsqꝫ in eā subingrederet. Tertio in arcu recōciliationis. de quo dr̄. Gen̄. ix. Archū meū ponā in nubibus celi ꝛ erit signū federis inter me ꝛ terrā. Ille em̄ arcus ex quattuor elemētis contrahit colores. vt dicit Beda. Nam ex igne ꝯtrahit colorē rubeū. ex aere iacinctinū ex aqua ceruleū. ex terra viridem. Sic beata virgo fuit rubea: qꝛ tota fuit igne diuini amoris inflāmata. Fuit iacinctina: qꝛ semꝑ fuit ī celestibꝰ cōuersata. Fuit cerulea: qꝛ tota fuit pre cōpassione liquida effecta. Fuit viridis: qꝛ tota fuit in conuersione amena. Vñ Gilbertus carnotensis ep̄s dicit. Virtutes marie depromebāt in cogitatiōe ꝛ affectiōe cordis ineffabilem armoniā: quā ipsa creatrix ꝛ habitatrix eius dei sapia: delectabat audire Chorusabat quoqꝫ foris ꝛ in superficie sermonis ꝛ intus. Unde possent hoīes glorificare deū: ꝛ exempla virtutis accipere. hec ille Arcus etiā ille est sine chorda ꝛ sine sagitta ꝛ versus nos tenet cornua. Sic btā virgo est absqꝫ chorda seueritatis: qꝛ ē tota mitissima ꝛ absqꝫ sagitta cōminatiōis. qꝛ est tota dulcissima. Bern̄ sup missus est dicit. Quid humana fragilitas trepidat ire ad mariā: Nihil est in ea austeruz: nihil terribile. Tota suauis

est. hec ille. Duo cornua sunt grã et mia q̃ te-
net versus nos, q2 iustus dat grãm et in pctõ
ribus misericordiam. Maria mater grẽ et ma
ter misericordie. Quarto in tabernaculi A
brahe dispositione. Unde Damas. in sermo
ne hodierno dicit sic. Tabernaculũ quoq3 A
brahe te euidenter expressit. dei q̃ppe verbo
qd̃ in vtero tuo habitauit. hũana natura oc-
cultũ panem primitias sui qua ſi immacula-
to tuo sanguine obtulit. quodãmodo azimũ
et perfectũ a spũsancto. in sua diuina existen
tia pmanente. et in verã substantiã corporis
aĩati veniẽte aĩa rõnali et intellectuali. h ille.
Quinto in scale Jacob preparatione. Un̄
Damas. vbi sup̄ dicit sic. Hodie filius fabri
qui fabricatus est aurorã et solem verbũ pa-
tris per qd̃ oĩa facta sunt: forte brachiũ altis-
simi dei digito suo. s. spũsancto natura nostra
iam hebere: fabricauit sibi aĩatam scalã cui9
basis in terra caput vero stabilitur in celo. in
quo quiescit deus. Huius scale typum vidit
Jacob. per quã de9 in terris visus est. et cum
hoibus cõuersatus est. Hic est ille descensus
hec est illa scala humilitatis cõuersatio inter
hoĩes agnitio eius data est hoibus. Intelle
ctualis scala btã virgo. E terra enĩ h3 natiui
tatem. caput aũt ad celum. Omnis q̃ppe mu-
lieris caput est vir. Sed hec qm̃ virum nõ co
gnouit. caput quoq3 habet deũ et patre3: qui
cõtraxit in spũsancto et tanq̃ diuinũ adhibu
it filium suũ qui portat om̃ia verbo virtutis
sue. Uoluntate enĩ patris non naturali pra-
ctu de spũsancto: et Maria semp v̈gine pter
naturã verbũ caro factũ est incõuertibiliter et
habitauit in nobis. p spũsctm̃ enĩ fit pũctio
dei ad hoĩes. Ut v̈o queadmodũ ille vidit p
scale extremitatẽ celũ terre pinnctũ. et p hãc
angelos ascẽdentes et descendẽtes: et virũ for
tẽ et inuictũ secũ colluctãtẽ. sic et tu mediatrix
et scala facta descẽsus dei ad nos. q̃ nr̃a3 susce
pit infirmitatẽ sibi cõplectẽs et vniẽs. dãsq3
intellectũ hoĩ q̃ deũ possit intueri. piũxit distã
tia vñ angeli ad ipsam descẽderunt vt deo et
dño ministrãtes hoĩes aũt angelica puersa
tiõe sublimari ad celũ rapiunt. Sexto in ar
che fabricatiõe. vñ Damas. vbi sup̄ dic̄ sic. A
gnoscat se btĩssima v̈go archã incõparabilẽ.
Archa enĩ vndiq3 coopta auro. mãnaq3 ĩ se
hñs. lagena aurea: mẽsa et oĩa vetera in figu
ra hui9 tanq̃ veri pmitiui vmbra venerabãt
vna aurea cãdelabra: mensa. v̈ga Aaron q̃
fronduit. patent te btã virgo significauit. Ex
te enĩ deitatis flãma verbu3 prĩs. mãna celeste
dulcissimũ. nomẽ sup om̃e nom̃. eternũ lumẽ
et ĩaccessibile: celestis panis: vite fruct9 absq3
cultu corpalit ex te pullulauit. h ille. Septi-
mo in tabernaculi moysi pstructiõe. vñ Da-
mas. vbi sup̄ dic̄ sic. Cedat typicũ tabernacu-
lũ qd̃ pstruxit moyses in deserto e pciosis la-
pidib9 multimoda materia. Hoc enĩ taberna
culũ btã v̈go maria nõ arte hũana varioq3
labore artificũ. factũ dei recepraculũ filiũ dei
in se suscepit. hec ille. Octauo in tabularũ le
gis inscriptiõe. vñ Damas. vbi sup̄ dic̄ sic. No
tissim9 mons dei nascit: q̃ pcellit oĩ colli. oĩq3
hũano cacumini: ac pemĩnẽtie nature ãgeli-
ce. vñ sine manib9 abscidi voluit angularis la
pis xp̃s. Cui9 sanctior synai sublimitas: quã
nec fum9 nec caligo: nec pcella: nec terribilis
ignis tetigit. sed spũsscti splẽdor lucisflu9. Ibi
enĩ v̈bũ dei scripsit ĩ tabul lapideis digito. i.
spũscõ. In hac aũt ex spũscõ eiusq3 sãguie idẽ
verbũ incarnatũ est et tradidit seipsum natu
re nostre. effectiuũ salutis antidotũ. hec ille.

Quarto in btã virgine est

grã oĩs vite pphetalis. Sciendũ q̃ natiui-
tas btẽ marie fuit a pphis pmissa. Balaam
Nume. xxiiij dic̄. Orietur stella ex Jacob et cõ-
surget v̈ga de isrl̄ et pcutiet duces moab Hec
enĩ stella est btã v̈go q̃ dr̃ stella. Un̄ Aug9.
in quodã sermone dic̄ sic. Spẽ siq̃dẽ magnã
apuit tui noĩs apertio et ad sublimitatẽ mesa
liu3 pces petõr inducit. Noĩe enĩ dulcissimo
Maria. i. stella maris diceris nob nãq3 naui
gãtib9 p h mare magnũ et spaciosum int va
rios mutabilis mortalitatis fluct9. speciosa
mĩa tua. speciosius syderũ sydere refulget vt
nos p te recupate felicitatẽ pducat in patriã.
Fidẽt pinde noĩo nomẽ tuũ: qd̃ est ori mel
auri melos: cordi iubilus. qd̃ peccẽ leuat: spẽ
adiuuat desperantiũ hec ille. Et Bern̄. super
missus est. dic̄ sic. Ipsa ẽ illa nobilis stella or
ta ex Jacob cui9 radi9 vniuersum mũdũ illu
minat cui. splẽdor pfulget in supnis: et infe-
ros penetrat. terras etiã plustrãs et calefaciẽs
mẽtes mag q̃ corpora. fouet v̈tutes: excoq̃t
vitia. hec ille. Job. xxiiii. dic̄. Si subito appa-
ruerit aurora: arbitrant vmbrã mortis demo
nes enĩ velut latrũculi aduẽtũ aurore fugiũt:
q2 natiuitas virginis ipsos fugauit: eor pra
tem auferẽdo. iux illud. Gen̄. iij. Ipsa pteret
caput tuũ. vñ Fulbert9 carnoten̄. epus dicit.
Quid enĩ est caput spẽtis pterere: nisi pnci-
palẽ diaboli suggestionẽ resistendo supare.
Btã g Maria ei9 caput ptriuit q2 v̈ginitatẽ

& humilitatē: tā inexplicabiliter seruauit & custodiuit. hec ille. Dauid in psal. dicit. Descendet sicut pluuia in vellus. btā vgo est illud vellus in qd descendit xps velut pluuia. vn Damas in sermone hodierno dic sic. Ubi ponemus pphāꝝ pconia: Nōne i te vgo btā si carpe et ponere voluerim⁹. Quid dauiticū vell⁹ in qd filius dei regis oīm: & pncipalis & cōregnās genitori pprio. descēdit sicut pluuia: nōne tu liqdo vgo: quā Esaias puide pdixit: qd habebit in vtero: & piet filiū deū nobiscū: & post q̄ fuerit pmanebit de⁹. hec ille. Salomon de q dr. ij. Paral. ix. Fecit rex salomon soliū de ebore grande: & vestiuit auro mūdissimo. nō fuit tale soliū in vniuersis regnis. Istud solium fuit btā vgo in q sedit xps qd & fecit sua sapia. Helyas q dicit. iij. Reg. xviij. Nubecula pua q̄si vestigiū hoīs ascēdebat de mari q: de gēte iudeoꝝ amara ascēdit hodie nubecula. s. btā vgo sctificata & refrigerata. Esaias qui dicit. xi. c. Egredieꝛ virga de radice iesse: & flos de radice ei⁹ ascendet. Ut em̄ cantat ecclesia. Uirgo dei genitrix vga est. flos fili⁹ ei⁹ In virga de signoꝝ prās q plagauit egiptios q mare rubꝛū diuisit. q aquā de petra eduxit Nume. xx. Nemo ḡ desperet ex seruitute peri sc currat festinanꝛ ad suffragiū vginis. a qua fluūt aque grarū. Bern. Si graꝫ recōciliationis in veritate querim⁹: in ea est vt recōciliemur. Uere in q oīs gra vite & veritatis. Meruisti morteꝫ gra ei⁹ debeꝛ tibi vita. hec ille.

Jeremias q dic. xxiiij. c. Solij tui dn̄e recordare: ne irritū facias pactū tuū nobiscū. qua sdicar i psona gn̄is hūani. Recordare o pr̄ solij glie tue. i. btē vginis in qua sedit fili⁹ tu⁹ q dr glia tuo. ne irritū. i. vacuū facias pactuꝫ tuū. i. pmissionē tuā exaudiēdi pces nr̄as & vota nostra. meritis & intercessione genitricis filij tui. Ezechiel. de q Damas in sermōe hodierno dicit sic. Accedat & sctūs Ezechiel: et oñdat portā clausam p quā solus dn̄s trāsit & non aperiꝛ vt pdixit pphetice: & oñdat eonū q pdixit ex planatōeꝫ pculdubio te oñdet quā de⁹ oīm ptrāsiens sumēsqꝫ carnē: nō aperuit portā vginitat. Manet em̄ sigillū pseuerās intactū. hec ille. Daniel q dic. iiij. c. Uidebā & ecce arbor in medio terre. magna arbor est fortis & pceritas ei⁹ ptingens celos Arbor ista est gliosa vgo Maria. magna quidem p humilitatē celos. i. celestia cōtingens p ɔtēplationē. Bern. Beata virgo celestem vitā gessit & cōuersationē habuit in celis ardenter illud anhelabat firmissima celo sereno. hec ille. Et Damas. in sermone hodierno dicit sic. Benedicta q placuisti dn̄o. ad queꝫ tua semp intētio, ad quē tuū semp desideriuꝫ viuebas em̄ nō tibi. neqꝫ em̄ ppꝛ te nata es. Un̄ viuebas deo ppꝛ quē in hūc mundū venisti. vt salutē afferres mūdo. vt antiquū dei ɔsiliū incarnatiōis verbi. nostreqꝫ saluatōis cōpleresꝛ. Cui⁹ affect⁹ diuin⁹ inuigilare colloquijs. & bis pasci tanq̄ oliua fructifera in domo dei q̄si lignū plātatū sec⁹ decursus aqruꝫ spūs tanq̄ lignū vite qd dedit fructuꝫ suū in tpe suo pdestinato a deo. deū incarnatū. vitā oīm. oculi tui sp ad dn̄z vidētes lumē eternū incircūscriptū inaccessibile. h ille. Esdras li. ij c. iij. dic. Sellū edificauit portā fonē. Sellū interpꝛtaꝛ pacific⁹: & designat dei filiū: q p suū sanguinē pacificauit q in cel & q in terris sūt ipse edificauit hodie portā fonē. i. btāꝫ vginē p quā fons bonoꝝ celestiū ad nos defluxit.

Joel. iij. c. dic. Egredieꝛ fons de domo dn̄i. Btā vgo ē dom⁹ dn̄i: de q egredieꝛ xps fōs sapiē: q: fōs sapiē vbū dei i excelsis. Naum iij c. dic. In die frigoris ort⁹ ē sol q: btā vgo electa vt sol hodie in tpe leg antiq nata ē. vn̄ oēs gaudēt. iuxꝛ illud. Natiuitas tua dei genitrix vgo gaudiū annūciauit vniuerso mūdo.

Hester. v. c. dicit. Jude⁹ noua lux oriri visa est. gaudiū: honor: & triūphū apd oēs pplos Btā vgo est ista noua lux: q: ei⁹ vita inclita cūctas illustrat eccl'as. est etiā fōs ille de q dr ibidē. vi. c. Fōs parū⁹ creuit in fluuiū & in lucē solēqꝫ ɔuersus ē Fuit ei fōs pu⁹ in sua natiuitate: q creuit in fluuiū qñ spūsanct⁹ superuenit in ipsam: & in lucē solemqꝫ cōuersus est. Qñ dei filius factus est per carnē assumptā etiaꝫ virginis filius qui est verus sol iusticie.

Quinto i btā virgine ē gratia oīs vite hūanalis. Sciēdū q h nom maria fuit sibi ab āgelo iposītū. Lu. i. Nomē virginis maria qd ē nomē magne auctat. Un̄ Jobes Damas i smōe hodierno dic sic. Cōstituam⁹ diē solēnē in natiuitate btē marie genitricis dei. Letare āna steril q nō paris: erupe clama q nō pturis O felix copula ioachim & āne. e qb⁹ nata est vgo maria. vgo i ptu vgo p⁹ ptū. O filia pulcerrima. o filia dulcissima. O liliū natū inꝛ spias ex nobilissima & regia stirpe dauitica. p te regia ditaꝛ eccl'a sacērdotā p te fit leg trāslatio p te reuelat⁹ sp̄s latēs sō lr̄a sacērdotali dignitate trāslata e tribu leui ad tribū iuda. o rosa nata e spis iudeis q diuino odore rplesti oīa. o sāe filia & dei mr. h's vēt &c.

⁊ beate vlne q̄ cōplexe sunt te. O sacerrima filia Joachin ⁊ anne. O sacerrimus fetus q̄ maternis portaris in brachijs. ⁊ prātes apostaticas abigis tremefactas. O ples sacerrima q̄ materno pendens ab vbere angelorum obsequijs honoraris. O soboles sanctissima parentū glīa. te generationes generationum btificant. hec ille. Istud nomen Maria cōponitur ex quinqꝫ litteris: ꝓpter q̄nqꝫ beneficia q̄ beata virgo cōtulit mundo in sua natiuitate. Per. M. denotaꝛ ꝙ ipa est mediatrix nostra. s. inter deū ⁊ hoīem. ps. Suscepimꝰ deꝰ miām tuā in medio tēpli tui. Per A. denotatur ꝙ ipsa est auxiliatrix nostra. Ber. Domina nr̄a auxiliatrix nostra: tuo filio nos recōcilia: tuo filio nos recōmēda: tuo filio nos representa. Fac benedicta ꝑ grām quā inuenisti. ꝑ prerogatiuā quam meruisti: ꝑ misericordiam quā peperisti: vt sicut te mediāte filius tuꝰ dignatus est particeps fieri infirmitatis ⁊ miserie nostre. sic quoqꝫ te intercedē te prīcipes nos faciat glorie ⁊ btitudinis sue. hec ille. Per. R. denotaꝛ ꝙ ipsa est restauratrix nostra Augu. Mater generis nr̄i penaꝫ tulit mūdo. genitrix dn̄i nr̄i salutē attulit mūdo. Auctrix peccati eua: auctrix meriti Maria: Eua occidendo obfuit: Maria viuificando ꝓfuit. percussit illa: sanauit ista. Hec ille.

Per. I. denotatur ꝙ ipsa est illuminatrix nostra. ij. Reg xxiij. Lux aurore oriēte sole mane absqꝫ nubibꝰ rutilat. Nam in beata virgie fulsit lux aurore. Quādo in ventre matris fuit sanctificata. ⁊ tunc oēm nubē peccati originalis spūssanctus ab ea fugauit. q̄ omibꝰ sua beneficia cōtulit. Juxta illud Esa. xlix. Dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsqꝫ ad extremū terre. Per. A. denotatur ꝙ ipsa est aduocata nostra. Bern. Aduocatam ꝑmisit peregrinatio nostra: q̄ tanq̄ iudicis mater: ⁊ mater mīe suppliciter ⁊ efficaciter nostra negocia ꝑtractabit. Hec ille. Propterea cantat eccl̄ia. eya ergo aduocata nr̄a ⁊c. Istud nomen Maria etiā cōponiꝛ ex q̄nqꝫ litteris. qꝛ ipsa est figurata ꝑ q̄nqꝫ dn̄as veteris testamenti. quarū noīa incipiūt ab aliqua lr̄arum huiꝰ noīs. Per. M. denotaꝛ ꝙ ipsa fuit figurata ꝑ Micol q̄ fuit vxor dauid regis ⁊ prophete: ⁊ intm̄ ipsa placuit Dauid ꝙ cum diu fuisset extra regnū iudeorꝫ noluit redire itraturus regnum: nisi primo ꝑsentata esset sibi. vt dr̄. i. Reg. xviij. Sic btā virgo intm̄ placuit altissimo. ꝙ filius dei exn̄s extra regnū mundi: noluit illud ingredi: nisi ꝑus ipsa nasceret in mūdo. Micol enī interpretatur pietas: et ipsa fuit pietate plenissima. Per. A. denotatur ꝙ ipsa fuit figurata ꝑ Abigail: q̄ etiā fuit vxor Dauid. Cum enī Nabal vir eius esset rusticus. ⁊ male respondisset nūtijs Dauid, ꝓposuit dauid ip̄m occidere: ⁊ oēm domum eius. at vbi abigail cognouit. obuiauit dauid ⁊ verbis humilibꝰ ip̄m placauit. vt dr̄ ꝑmo Reg. xxv. Sic beata ṽgo cognoscens deum iratū cōtra genus humanū. sua maxima hūilitate ip̄m placuit. Per. R. denotaꝛ ꝙ ipa fuit figurata ꝑ Rachel: q̄ fuit vxor Jacob: ⁊ genuit Joseph: q̄ interpretaꝛ saluator. vt hētur Gen̄. xxxiij. Sic btā virgo genuit xp̄m saluatorem mūdi. Per. J. denotaꝛ ꝙ ipa fuit figurata ꝑ Judith q̄ virtute castitatis occidit holofernē. vt hr̄ Judith. xiij. Sic btā virgo merito sue humilis ṽginitatis. interfecit luciferū ꝑncipē diabolorꝫ cōterēdo eiꝰ ꝑtātem ⁊ vim. Per. A. denotaꝛ ꝙ ipsa fuit figurata per abisach q̄ fuit electa sup omēs filias hierusalem tanq̄ pulcrior ⁊ delectabilior ad seruiendum ⁊ ministrandū regi Dauid. vt hr̄. iij. Regi. Sic btā virgo fuit electa sup oēs mulieres ad mīstrandū regi celesti. Eccle. xxiiij. In habitatiōe scā corā ipo mīstraui. Istud nomē ꝯponitur ex lr̄is. v. designātibꝰ in btā virgie. virtutes ⁊ ꝑfectiones. v. lapidū ꝑciosorum. Per. M. denotaꝛ ꝙ ipa est margarita: q̄ est lapis ꝑciosus pulcherrimꝰ: ⁊ cōfortat cor in ꝑiculis. Sic btā virgo est refugiū nr̄m in ꝑiculis nostris. Per. A denotaꝛ ꝙ ipa ē adamas q̄ hꝫ virtutē recōciliatiuā. Sic btā ṽgo recōciliauit humanū genꝰ cū deo. Per. R denotaꝛ ꝙ ipa est rubinꝰ siue carbūculus q̄ est valde splēdidus. ⁊ nasciꝛ in viscéribꝰ saphiri hn̄tis splendorē ⁊ colorē celestē. Iste saphirus est btā virgo: in cuiꝰ visceribꝰ opatōe spūs sancti gn̄atꝰ est rubinꝰ. s. Jesus xp̄s. Per. J. denotaꝛ ꝙ ipsa est iaspis q̄ reddit hoiem ipsum ferentē tutū sine timore. Sic btā ṽgo facit nos securos a demonibꝰ. Per. A. denotatur ꝙ ipsa est aletorius. q̄ facit hominem fortunatum ad habendos honores. Sic beata virgo cōtribuit nobis maiōs honores. Bernar. Si mariā diligenter inspicias: nihil ṽtutis: nihil honoris: nihil splendoris: nihil glorie. qd̄ ex ipa non splendeat. hec ille.

Sexto in beata virgine ē

gratia omīs vite virtualis. Sciendum ꝙ cōuersatio et vita beate virginis fuit cū parentibus suis. fuit in templo. fuit cū angelo. fuit

cuz sponso suo. fuit cū Elizabeth. fuit cū xpo filio suo. fuit cū cetu apostolico. fuit cum Johāne custode suo. Primo fuit cū parentib⁹ scʒ Joachim ⁊ Anna. q̄ eaʒ in timore dn̄i nutrierūt. toto ablactationis tēpe. s. triennij quo nil mundanū nil terrenū cōcupiuit: sed spūs sanctus magnā abstinentiā ipsam docuit. a cibo potu: somno. Eccl. iij. Cor sapiens ⁊ intelligēs obstinebit se a peccatis. Secundo fuit in tēplo: qr quarto anno etatis sue cū oblationib⁹ ad templū ⁊ parentib⁹ suis fuit adducta. que q̄ndecim psalmos graduales dixit. iuxta q̄ndecim gradus ascensionis tēpli. quos btā virgo sine humano: nō tn̄ sine diuino auxilio cōscendit: quā parentes ei⁹ pfecta oblatione cū ceteris virginibus in tēplo dimiserunt. Tertio fuit cum angelo. qr virgo quottidie in omī sanctitate pficiens: ab angelo visitabat: ⁊ visione diuino omī die fouebat. a mane em̄ vsqʒ ad tertiā orōnib⁹ instabat. a tertia vsqʒ ad nonā texebat. a nona ab oratiōe nō cessabat quousqʒ angelus apparens sibi escā ministrabat. Quarto fuit cuʒ sponso suo Joseph q̄ nupsit. xiiij. etatis sue anno. vt habes in legendis. ibi. Quartodecimo aūt etatis sue āno pontifex ⁊c̄. vsqʒ de ea nasciturū dei filiū nūciauit. Quinto fuit cum Elizabet cognata sua tribus mensibus Luce. i. Sexto fuit cū xpo filio suo. iens in egyptū ⁊ inde rediens vsqʒ ad nuptias in q̄bus aquā cōuertit in vinū Luce. ij ⁊ Joh. ij. Septimo fuit cū cetu aplico ab ascensione xpi vsqʒ ad egressum eoꝝ de hierl̄m. Act. i. Octauo fuit cū Johāne custode suo: ante assumptionē eius in celuʒ. Ideo Aug⁹. dicit Toto affectu ad auxiliū btē virginis cōferamur. Omēs em̄ sua patrocinia implorēmus vt dū nos eam supplici obsequio frequentamus in terris. ipa nos per secula cōmendare digneī in celis. Amen.

In festo sancti Mathei apostolo ⁊ euangeliste. Sermo. liij.

Vidit iesus matheū

Mathei. ix. ⁊ in euangelio presentis solēnitat. Beda in oml. super Math̄ dicit sic. Non est mirandum q̄ ad primaʒ dn̄i iubentis vocem. terrena q̄ curabat lucra reliquerit. opibusqʒ neglectis illius cōcomitatui quē nil diuitiarum habere cernebat adheserit. Ipse em̄ dn̄s foris eum verbo vocauit. intus instinctu inuisibili vt se quereretur edocuit. infundens illius mēti gratie lumen spūalis qua intelligeret q̄ is qui a tēporalibus auocabat in terris. incorruptibiles dare valeret thesauros in celis. hec ille. Super quo talem moueo questionē. Vtruʒ beatus Matheus de theloneo vocatus fuerit. statim assumptus ad statuʒ perfectionis ⁊ apostolatus. Ad istam questionē respondent quattuor doctores noui testamenti.

Primus est beatus Hieronimus sup Matheum dicens sic. Matheus de publicano repente fit apostolus. Secundus est Beda super Lucam dicens sic. Matheus de publicano in apostolum de theloneario in euangelistam est repente mutatus. hec ille. Terti⁹ est Ambrosius sup Lucā dicens sic. Tanta cupiditate sequēdi dn̄m ductus est. vt in nullo prsus huius vite respectū vel cogitationē sibimet reseruauerit. Siquidem ipse domin⁹ qui hunc exterius humana collocutione vt se sequeretur vocauit: intus diuina inspiratiōe vt mox vocantem sequereī accendit. ipse inuisibiliter quomodo obsequenduʒ esset edocuit. Propter qd̄ ille merito obedientie dum humana contēnens negocia deserit dn̄i coꝝ fidelis dispensator factus est. hec ille. Quartus est sanctus Thomas quolibʒ. v. dicēs sic. Questio ista ex verbis euangelij determinari potest. Si em̄ loquamur de apostolatu manifestum est ex verbis euangelij s̄m narrationē Mathei. Marci. ⁊ Luce. q̄ dn̄s post vocationeʒ Mathei aliquāto spacio temporis interiecto ex suis discipulis duodecim apostolos vocauit ⁊ elegit. inter quos vnus fuit Matheus. Et sic pʒ q̄ statim a p̄ncipio fuit vocatus ad discipulatum xpi. non autem ad apostolatum christi. nisi s̄m preordinationē christi qui eum in apostolum sumendū disponebat. Et s̄m hoc intelligēda sunt verba Hieronimi. Bede ⁊ Ambrosij supradicta. Si autem loquamur de pfectione euangelica. Sic manifestum est q̄ statim a principio vocat⁹ est ad statum perfectionis. dicit em̄ Luce. v. q̄ surgens relictis omībus statim sequutus est eum. quod etiam ad discipulatum christi pertinebat. s̄m illud quod dicitur Luce. xiiij. Nisi quis renunciauerit omībus que possidet: non potest meus esse discipulus. Summum em̄ in vita humana potest accipi dupliciter. Vno modo s̄m comparationeʒ status ad statū. s̄m q̄ in humana vita vnus status est maior alio: ⁊ aliquis summus. ⁊ sic nihil phibet fieri aliquem repente summuʒ. id est

attingere ad statum summū. et hoc apparet tam in spirituali vita quam in seculari. Inueniū tur enim aliqui quamuis pauci statim a puericia ad statum religionis qui est perfectissimus conuolasse vel proprio arbitrio. Sicut btūs Johannes baptista. et beatus Benedictus. vel etiam deuotione parentum. sicut illi qui monasterijs traduntur a parentibus. Sic enim non oportet vt in seculari vita exerceatur antequam ad religionem transeat. Sicut etiam non oportet quod aliquis exerceatur in laycali vita antequam clericus fiat. Similiter etiam aliqui repente assumuntur ad regnum vel ab ipsa pueritia. Sicut Salomon et Josias reges Juda vel etiam ex vltimo statu. Sicut Saul. Et Ecclesiastes. xi. dicitur. Quod de carcere cathenisque quis interdum ad regnum ingreditur. Alio modo potest accipi summum secundum comparationem graduum: qui sunt perfectionis vnius hominis. Et sic dicit Gregorius. quod nemo repente fit summus. Dicit enim Augustinus super canonica Johānis. quod caritas nō mox vt nascitur perfecta est. Nam vt perficiatur nascitur: cum fuerit nata nutritur. cum fuerit nutrita roboratur. cum fuerit roborata perficitur. hec Thomas. Sic ergo beatus Matheus subito de statu peccati conuersus est ad statum virtutis et perfectionis euangelice. quia Jesus vidit Matheum. scilicet interna inspiratione. Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Ex lectione euangelica audiuimus. quia sedentem in theloneo Matheum. ac temporalibus curis intentum. repente dominus miseratus vocauit. et de publicano iustum. De theloneario discipulum fecit. quem etiam proficientibus eiusdem gratie incrementis. De cōmuni discipulorum numero ad apostolatus gradum promouit. Hec ille. Hec autem omnia conuenerunt beato Matheo. quia vidit Jesus Matheum.

Vidit Jesus Matheum.
- Obedientem.
- Distribuentemtem.
- Euangelizantem.
- Conuincentem.
- Suscitantem.
- Erudientem.
- Subuenientem.

Primo vidit iesus Matheum Obedientem. Unde Beda in omel. hodierna dicit sic. Vidit inquit Jesus hominem sedentem in theloneo Matheū nomine. Vidit autem non tam corporeo intuitu: quam interne miserationis aspectu. quo et Petrum negantem vt reatum suum agnoscere ac deflere posset aspicere dignatus est. quo populum suum egyptiaca seruitute depressum vt eriperet respexit. dicens ad Moysen Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto et gemitum eius audiui. et descendi liberare eos. Vidit ergo hominem miseratus est eum qui humanis tantum studijs deditus: necdum euangelico nomine dignus extiterat. Vidit sedentem in theloneo pertinas citer videlicet animo lucris temporalibus inhiantem. Et relictis omnibus surgens sequutus est eum. Intelligens ergo Matheus quid sit veraciter dominum sequi relictis omnibus sequitur. Sequi enim imitari est. Ideoque vt pauperem christum non tam gressu quam affectu consectari potuisset. reliquit propria qui rapere solebat aliena. Perfectamque nobis abrenunciantis formam tribuens non solum lucra reliquit vectigalium. Verumetiam rationes imperfectas atque incompositas dereliquit. Hec ille. In hoc notatur in Matheo obedientie velocitas. Pro hac velocitate obedientie quidam occasionem erroris sibi assumpserunt. sicut recitat Heronimus in originali super matheum dicens sic. Arguit in hoc loco Porphirius et Julianus augustus. vel imperitiam hystorici mentientis. vel stulticiam eorum qui statim sequuti sunt saluatorem quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint sequuti cum tante virtutes tantaque signa precesserint que apostolos antequam crederent vidisse non dubium est. Certe fulgur ipse et maiestas diuinitatis occulta que etiam in humana relucebat facie. ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide hec esse virtus dicitur. vt anulos et festucas sibi copulet quanto magis dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat. hec ille. Ubi assignat sex causas quare beatus Matheus tam velociter sequutus est christum. non ex animi sui leuitate sed ex diuine virtutis bonitate. Primo quia fuit verbi dei virtuosa operatione conuersus. Secundo quia fuit interna inspiratione afflatus. Tertio miraculorum operatione permotus. Quarto splēdore faciei illustratus. Quinto gloriosa maiestate electus. Sexto potenti virtute attractus. Quidam enim conuertuntur ad christum ad vnam dei vocem. scilicet ad interiorem inspirationem. Quidam vero

non conuertuntur nisi habeant duas. scilicet interiorem inspirationem ⁊ exteriorem exhortationem. Quidam autem non conuertuntur nisi cum illis duabus habeant tertiaz scilicet diuitiarum largitionem. Quidam tādem non conuertuntur: nisi cum illis tribus habeant quartam scilicet diram flagellationem. ⁊ tunc flagellati ad deum currunt. psal. Multiplicate sunt infirmitates eoruz postea accelerauerunt. Beatus Matheus subito secutus est christum gressu corporis. affectu mentis. ⁊ effectu corporis. Unde Ambrosius dicit. Sequebatur Matheus christum letus ⁊ alacer: ⁊ exultabat dicens. Jam nō publicanuz gero iam non porto leui. Exui leui postꝙ christū indui. hec ille.

Secundo vidit iesus matheum distribuentem.

Unde Beda in omlia hodierna dicit sic. Factum est autem discumbente illo in domo. multi publicani ⁊ peccatores venientes discumbebant cum Jesu. vnius publicani conuersio. multis exemplū penitentie tribuit. Non enim dubitandū est quia publicani ⁊ peccatores esse desierant q̄ cum iesu discumbebant. Non enim si in peccatis perseuerare decernerent ei qui sine peccato est conuesci auderent. Matheus ipse cōuiuium illi magnum parauit. Congruam quippe beneficijs celestibus vicem rependit. vt a quo perhēnia bona speraret. illi sua temporalia commodaret. cūqꝫ corporalibus reficeret epulis. quo ipsi donante gustum spiritualis acceperat suauitatis: Nec hoc tantū ei corporaliter exhibuit. sed multo gratius illi conuiuium in domo pectoris sui per fidez ac dilectionem parauit. hec ille. Ecce ꝙ magna liberalitas beati Mathei circa christū. quia statim fecit ei conuiuiū magnum in domo sua. Fuit enim magnum quadrupliciter.

Primo ratione voti. quia cum magno affectu ⁊ desiderio ipsum recepit. Secundo ratione misterij quia illud fuit indicatiuuz magni misterij. Quod exponit glo. super Lucā dicens. Qui domicilio christum interno recipit maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Itaqꝫ dominus libenter ingreditur. ⁊ in eius qui crediderit recumbit affectu hec ille. Tertio ratione documētorum. quia ibi magna documēta exhibuit christus qui dicit se venisse ad medendum ⁊ sanandum: cum ait. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male se habent. Item ad miserendum. cum ait misericordiam volo et non sacrificium. Etiam ad vocandum Cum ait. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Hoc est bonorum operuz spiritale cōuiuiū quo diues populus eget: pauper epulatur. Et erat turba publicanoꝝ ⁊ aliorum qui cum ipsis erant recumbentes. Uidebant publicanū a peccatis ad meliora cōuersum locum inuenisse penitentie. ⁊ ob hoc etiam ipsi non desperane salutem. Hec ille.

Quarto ratione inuitatorum. quia magni discumbentes inuitati sunt scꝫ christus. discipuli eius. ⁊ pharisei. Unde Beda vbi supra dicit sic. Murmurabunt scribe ⁊ pharisei dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis ⁊ peccatoribus manducatis ⁊ bibitis? Cōuiuantibus cuz domino publicanis. pharisei murmurantes de ieiunio gloriantur. vbi primo quanta sit legis ⁊ gratie distantia declaratur. quia qui legem sequuntur ieiune mentis famem patientur eternam. Qui vero verbum in interioribus anime receperunt alimenti celestis ⁊ fontis vbertate recreati. esurire ⁊ sitire non possunt. hec ille. Quando em̄ pharisei murmurabant ꝙ ad hominē peccatorem diuertisset. Matheus vsus est magna patientia. Fuit enim patiens: quia pharisei dicebant ipsuz esse peccatorē q̄ erat iustificatus. publicanū q̄ erat mūdat⁹. p̄n̄tia xp̄i indignū q̄ iaz dign⁹ erat effect⁹. s; ad ista in nullo fuit cōmot⁹. Non in aīo ex vlla turbatione. Non in signo ex vlla tumultuositatis ostensione. Non in ore ex vllo impatienti sermone. Non ex facto ex vllo iniurioso ope ⁊c̄.

Tertio vidit iesus Matheum euāgelizantē.

Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Nec solū p̄dicādi. verūetiā scribendi euāgeliū ministeriū cōmisit illi dominus. vt q̄ terrestriū curā omiserat. celestiū esse talentoꝝ dispēsator inciperet. Q̄ ob id vtriqꝫ ꝓuidētia superna fieri disposuit vt nullum enormitas peccatoꝝ. nullū numerositas scelerum a speranda venia reuocaret. cū hūc tantis ꝓmundi nexibus absolutum tam celestem factū cōspiceret vt cōicaro cum angelicis spiritib⁹ vocabulo euangelista notaret ⁊ esset. hec ille. Euangelium beati Mathei est valde commendabile propter quattuor.

Primo ratiōe prefigurationis. Nam inter quattuor euangelistas Matheus fuit prefigurat⁹ in forma hominis. vt patet. Ezech. i.

ꝛ Apoc.iiij. In ꝑncipio eñ euangelij sui oñ-
dit xp̄i incarnationē. In medio ꝑdicationez.
In fine passionē. Unde Beda in omelia su-
per matheū dicit sic. Huic eñ speciali ꝑuile-
gio datum est vt incarnationis dñice myste
ria que cuncti a seculo ꝓphete ꝑcinebant. ip
se ꝑmus oīm iam facta descripserit. ꝛ creden
tibus legēda transmiserit. Secūdo rōne in
structionis. fuit eñ ꝑ xp̄m īmediate instru-
ctus. Joh̄ xv. Omnia q̄ audiui a patre meo
nota feci vobis. Qui etiā oīa miracula xp̄i vi
dit. Tertio rōne reuelacionis. Fuit eñ a vir
gine in specialem familiarē assum ptus q̄ suā
genealogiam sibi reuelauit. ꝛ cubiculū suum
īmaculatum. ideo tanq̄ fidelis notarius ait.
Liber generatiōis Jesu xp̄i ꝛc̄. Et iterū. Cū
esset desponsata ꝛc̄ i.ca. Quarto rōne opa
tionis. Nam beat⁹ barnabas istud euangeli-
um in magna reuerentia habuit: q: ip̄m secū
portauit vt a demonibus ꝓtegeret̄. sup infir
mos posuit vt sanarētur secū in sepulcro po-
ni iussit: vt securius moreret̄. Unde Johan
nes cōsobrinus Barnabe ait Sanctus aūt
barnabas dum ad ꝑdicationis officiū per di
uersas vrbes ꝑagraret. hoc euangeliū secum
portabat. ꝛ vbi cꝫ sup infirmos ponebat: qui
cōtinuo sanabantur. a quocūqꝫ languore de-
tinebant̄. Hec ille. Hoc euangeliū abbreui-
auit beat⁹ Marcus euāgelista. q: Matheus
descripsit incarnationē dñi ꝫm stirpem regiā
Regis aūt est nō esse sine comitum obsequio.
Etiam ecclesia valde frequenter recitat euā-
gelium beati Mathei Unde Beda in ome-
lia hodierna dicit sic. Pulcro vero presagio
Matheus q̄ doctor gentiū erat futurus in ꝑ
ma sua cōuersatione peccantiū post se gregē
ad salutē trahit. ꝛ euangelizandi officiuꝫ qd̄
ꝓficiente merito virtutuꝫ erat expleturus a
ꝑmis iam fidei sue rudimentis incipit. Non
eñ solum q̄ verbo fratrē suū erudit. sed etiā
qui exēplo ad meliora cōuertit: doctoris mi-
nisterium gerit. Hec ille. Licet aūt Paulus
ecclesiam dei supra modū expugnauerit. Da
uid adulteriū ꝛ homicidiū ꝑpetrauerit. Ma
theus lucris turpibus inhiauerit. tñ istoꝝ pe
nitentia valde deo placuit. vt nō solū dñs co
rū culpis ignosceret. sed in eis etiā dona sua
multiplicius cumularet. Nam seuissimū per-
secutorem fecit fidelissimū predicatorē Ad-
ulterum ꝛ homicidam fecit ꝓphetam. lucris
inhiantem ꝛ cupidum fecit euangelistam et
apostolum. Ideo ergo horum triuꝫ dicta no-
bis frequentius recitantur: vt nullus qui cō-
uerti voluerit desperet de venia. Quādo tā-
tos in culpa tales conspicit fuisse in grā ꝛc̄.

Quarto vidit Jesus ma
theum cōuincentem. Unde Criso. sup Ma
theum dicit sic. Matheus sanctoꝝ quidez ꝑ
cipue tñ peccatoꝝ euangelista fuit qui nō tñ
sermone sed etiā ipsa vite sue correctione pec
catoribus euangeliū predicauit. Nunq̄ eniꝫ
in theloneo cōstitutus qui pecunias collige-
re perituras cōsueuerat. euāgelista fieret vt
sermones in eternū mansutos ꝯscriberet ni
si exemplo suo peccatores ad penitentie mi-
sericordiam inuitaret. qui aliquādo fuit cau-
tus terrenarum longotheca rōnum nunc est
diligentissimus dispensator spūalium prec-
ptorum. Tunc quidē multos pauperes fecit
fraudando pecuniā. nūc aūt innumerabiles
diuites fecit ꝑdicando iusticiā. hec ille. Pre
dicauit eñ euangelium iuxta mandatuꝫ xp̄i
quadrupliciter. Primo sapiēter oīa figmē-
ta demonū deregendo. Nam magi volebant
tanq̄ dij adorari. ꝛ ideo duos dracones ignē
spirantes miserunt. Sed beat⁹ mathe⁹ signo
crucis demones fugauit. Sacerdotes idolo
rum sibi voluerunt sacrificare Sed ip̄e doc
it soli deo esse sacrificandū. ꝛ oīa q̄ attulerūt
respuit. ꝛ inde ecclesias edificari ꝑcepit ꝛc̄.

Secūdo prudenter ꝛ discrete. quia cū ei op
tio daret̄. vt aut Ephigeniā virginē regi vxo
rem daret aut mortē subiret. predicauit pru-
denter ne virgo alteri q̄ deo in sponsam co-
pularetur. magis eligens mori q̄ virginem
violari. Tertio fideliter. q: honorez dñi sui
sibi noluit vsurpare nec sacrificiuꝫ qd̄ sibi im
pendere volebant acceptare. quia licet quis
multos cōuertat nō tamē hoc sibi ascribat. ſ
diuine virtuti. Math̄. x Non eñ vos estis q̄
loquimini. sed spūs patris vestri q̄ loquitur
in vobis. Quarto cōstanter. quia nec pro-
missis potuit emolliri cum rex dimidium re-
gni sui sibi dare ꝓmitteret nec minis deter-
reri. nec supplicijs superari. sed missam deuo-
te perficiens mortem accepit ꝓ nomine dñi
sui Jesu xp̄i ꝛc̄.

Quinto vidit Jesus ma
theum Suscitantē Filius eñ regis mortu⁹
plangebatur ab oībus: in qua suscitatiōe fue
runt quattuor. Primo magoꝝ impotentia
qui eū suscitare nequerunt: sed suaserunt re-
gi q̄ in deoꝝ ꝯsortiū raptus esset. Et ideo ſi
mulacrum ꝛ templuꝫ sibi edificaret. Secū-
do orationis efficientia. Nam Eunuchus re

gine candacis aduocauit apostolū. Qui fusa orōne ad dñm: illū ꝑmus suscitauit. Tertio cōuersionis instantia. Naȝ quicqd ei allatum fuit in auro ⁊ argento in ecclesiam fabricandam expendi voluit. q̄ intra triginta dierum spaciū cōsummata fuit. in qua apostolꝰ trigintatribus annis sedit ⁊ totam egyptuȝ ad fidem cōuertit. Unde beda in omelia hodierna dicit sic. Qualis matheus factꝰ sit. docet ipsa gens ethyopum: quā de vltimis terre finibꝰ ad ecclesie sancte societatē predicādo conuertit. ablutāqȝ fonte baptismatis de fusca formosam reddidit: qꝛ nigredine vitiorum illam exuit. ⁊ ornatu virtutū illam decorauit. hec ille. Quarto miraculoꝝ refulgentia. Nam multos mortuos suscitauit. cecos illumīauit. leprosos mūdauit. regē cū vxore ⁊ omni populo baptizauit.

Sexto vidit Jesus Matheum Erudientem.

Unde Beda in omelia hodierna dicit sic. Matheus interpretaƭ adiutus siue assumptus significans. qꝛ assumptus est per dilectionem a dño. ⁊ additꝰ ad numerū gradꝰ apostolici. hec ille. In sua eruditione ostendit se habere quadruplicē dignitatem. Primo angeli. in eo ꝙ multa predicauit de gloria paradisi terrestris a quo homo eiectus fuerat ⁊ per xp̄m ad paradisum celestem fuerat reuocatus. quasi ipē esset angelus cherubin in illo collocatus. Secūdo apostoli. quia int̄. xij. apostolos ꝯnumeratus est. vt pȝ Luce. ix. ca. Mar. iij. ca. Tertio euangeliste. qui fuit figuratus inter quattuor animalia oculis vndiqȝ plena. deum assidue laudantia. Apoc. iiij. Quarto martyris. ꝓ fide xp̄i moriēdo. ⁊ ꝓ eius veritate sanguinē suū fundendo. Ita ꝙ iste quattuor ꝓprietates in nullo simul inueniūtur. Cherubin em̄ fuit angelus. sed non apostolus nec euangelista. nec martyr. Petruo fuit apl's ⁊ martyr sed nō euangelista. Johannes fuit apostolꝰ et euangelista. sed nō martyr. Stephanꝰ fuit martyr sed nō aplus nec euangelista. Matheus autē fuit angelus. apostolus. euangelista. ⁊ martyr. vt pȝ in eius legenda.

Septimo vidit Jesus matheum Subuenientem.

Ubi quattuor modis subuenit. Primo benedicendo. Nam intrepidus ⁊ cōstans ad patientiā oēs ⁊ cōstantiaȝ cōfortauit. et Ephigeniā corā se ex timore prostratā cū ceteris virginibus plusqȝ deuotis benedixit. Secūdo defendendo. Cū em̄ rex misisset spiculatorem qui matheū iuxta altare stantē ⁊ orantem occideret. populꝰ cucurrit ad domū regis ipaȝ incēsurus cū omni familia eius: sed apl's apparuit presbyteris ⁊ clericis catholicis vt populum retraherent qd̄ ⁊ fecerunt. apostoli martyriū cū gaudio celebrantes. Tertio preseruando. Cū enim rex animū Ephigenie inflectere nequiret totam eius domū igne copioso vallauit vt eaȝ cum ceteris virginibus ꝯcremaret. apl'tolus aūt eisdem apparēs oēm ignem ab eius domo excussit. Quarto informando. Nam ignis in domū regis irrumpens solo rege cuȝ vnico filio euadente: cuncta consumpsit. Statimqȝ filius eiꝰ arreptus a demonio crimina patris confitens ad sepulcrū apostoli ꝓperauit. Pater vero turpissimus leprosus effectꝰ ⁊ insanabilis manu ꝓpria se gladio īteremit Apparuit aūt aplus ꝓpl'o admonens vt fratrem ephigenie ab ipo apl'o baptizatum. regem sibi cōstitueret Qui ꝑ annos septuaginta regnauit ⁊ filiū suū sibi substituens xp̄ianum cultum magnifice ampliauit. Et totam Ethiopie ꝓuinciaȝ ecclesijs xp̄i repleuit. meritis ⁊ intercessione beati apostoli. Amen.

In festo angelorum. Sermo. liiij.

Vbis angeli vidēt

v. Mathei. xviij. ⁊ in euangelio presentis solennitatis. Beatus bernardꝰ sup cantica sermōe. v. dicit sic. Angelꝰ curat satagitqȝ in libertate spūs administrare officiū pietatis futuroꝝ bonoꝝ. ꝓmptum mortalibus alacrēqȝ sese ministrū exhibens: vtpote suis in eternū futuris ciuibus ⁊ coheredibus supne iocūditatis. Hec ille. Super quo talem moueo questioneȝ. Utrū cuilibet hoī vnus angelꝰ deputeƭ ad virtutē quo securius assequaƭ eternā salutē. Ad istā qōem rn̄dent tres doctores noui testi. Primꝰ est btūs Hiero. exponēs illō Math. Angeli eorum semp vidēt faciē patris: qꝛ dicit sic. Magna est dignitas aīarū: vt vna queqȝ hēat ab ortu sue natiuitatis in custodiā sui angelum delegatū. Secūdus est btūs Augu. lib. Soliloquioꝝ. ca. xiiij. dicens sic. Diligūt nempe angeli ciues suos per quos sue ruine scissuras instaurari expectāt. Ideo qꝫ magna cura ⁊ vigilanti studio assunt nobis oībus horis ⁊ locis succurrentes ⁊ ꝓuidentes necessitatibus nr̄is: ⁊ sollicite discurrētes int̄ nos ⁊ te dñe. gemitus nostros et suspiria nostra

referentes ad te. vt impetrēt nobis fac'ē tue benignitatis ꝓpitiationē: ⁊ referāt ad nos desideratam tue grē benedictionē. Ambulant nobiscum in oībus vijs nostris: intrāt ⁊ exeunt nobiscū attēte. cōsiderantes ꝙ pie ꝙ honeste in medio praue nationis conuersemur. quāto studio quanto ꝗ desiderio queramus regnum tuū ⁊ iusticiam ei⁹. quanto timore ⁊ tremore seruiamus tibi ⁊ exultemus in leticia cordis nostri. adiuuāt laborātes: ꝓtegūt quiescentes. hortantur pugnantes: coronāt vincentes: congaudēt gaudentibus: cōpatiūtur ꝓ te inꝙ patientibus. Grandis est eorū cura de nobis: ⁊ magn⁹ feruor dilectiōis eoꝝ erga nos. ⁊ hoc totū ꝓpter honorē tue inextimabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligūt eñ quos tu diligis: custodiūt quos custodis odiunt quos odisti. hec ille. Tertius est sāctus Tho. pte i. q. cxiij. articulo. ix. dicens sic. Homo in statu vite istius cōstitutus est quasi in quadam via qua tendere dꝫ ad patriaꝫ. in qua quidē via pericula multa homini imminent. tam ab exteriori ꝙ ab interiori. ꝟm illud ps. In via hac qua ambulabā: abscōderunt supbi laqueuꝫ mihi. Et ideo sicut hominibus ꝑuiam nō tutā ambulantibus dantur custodes; ita ⁊ cuilibet homī ꝙ diu viator est custos āgelus deputaꝛ. Quādo aūt iam ad terminū vie ꝑuenerit. iam nō habebit custodem. sed in regno habebit angeluꝫ corregnātem: in inferno demonem punientem. hec ille. Sciēduꝫ ꝙ in rebus agendis cognitio et affectus homīs multipliciter variari ⁊ deficere possunt a bono. ⁊ ideo necessariū fuit ꝙ hominibus angeli ad custodiā deputarentur per quos regulareꝛ ⁊ mouereꝛ ad bonuꝫ Unde pono octo cōclusiones. Prima conclusio. licet homo possit seipm̄ custodire ꝑ liberuꝫ arbitriū ⁊ ꝑ naturalē cognitionē legis naturalis: tamē adhuc est sibi necessaria custodia angeloꝝ. Patet quia per liberū arbitrium potest aliqualiter homo malū vitare. sed nō sufficiēter. quia infirmaꝛ circa affectū boni ꝓpter multiplices aīe passiōes. Similiter etiā cognitio vl'is legis natural' q̄ hoi naturaliter adest aliqualiꝛ dirigit hoiem ad bonum sed nō sufficienter. qꝛ in applicādo vl'ia principia iuris ad ꝑticularia opera cōtingit hominē multipliciter deficere. Uñ dicit Sapien. ix. Cogitatōes mortaliū timide ⁊ incerte ꝓuidentie nr̄e: ⁊ iō necessaria fuit homī custodia angeloꝝ. ꝟm qd̄ dicit in ps. Angelis suis de⁹ mādauit de te vt custodiāt te in oīb⁹ vijs tuis ⁊c. Secūda ꝯclusio. lꝫ multi hoies pereant in peccato cadētes: nō tn̄ priuantur custodia angeloꝝ. Patet. qꝛ sicut hoies a naturali instinctu boni discedunt ꝓpter passionem pctī. ita etiā discedunt ab instigatiōe bonoꝝ angeloꝝ q̄ fit īuisibiliter ꝑ hoc ꝙ hoies illuminant ad bene agendū. Unde ꝙ hoies pereunt nō est imputandū negligētie angeloꝝ: sed malicie hoīm. Tertia cōclusio. licet adam in statu innocentie nullis angustiaretur ꝑiculis. tn̄ habebat angelū sibi ad custodiam deputatū Patet qm̄ homo in statu innocentie nō patiebaꝛ aliqd̄ periculū ab interiori. qꝛ interi⁹ erāt oīa ordīata sed īminebat ei periculū ab exteriori ꝓpter insidias demonum. vt rei ꝓbauit euentus. ⁊ ideo indigebat custodia angeloꝝ. Quarta cōclusio. pueris in materno vtero existentib⁹. ⁊ extra vterum angelus ad custodiā deputaꝛ. Patꝫ qꝛ puer ꝙdiu est in materno vtero: nō totaliter est a matre sepatus sed ꝑ quandā colligationē q̄dāmō est adhuc aliquid eius sicut fruct⁹ pendens in arbore est aliq̄d arboris. iō angelus q̄ est custodia matris: custodit ꝓlem in vtero mr̄is existēm. ſ in natiuitate qn̄ sepatus est a mr̄e angel⁹ ei ad custodiā deputaꝛ. Quīta cōclusio. lꝫ pueri non illuminenꝛ ꝑ modū doctrine: tn̄ mox nati custodiuntur ab angelis. Pꝫ qꝛ offm̄ custodie ordinaꝛ quidē ad illuīationē doctrine: sicut ad vltimū ⁊ ꝑncipalē effectū. nihilomin⁹ tn̄ hꝫ mltos alias effectus q̄ pueris cōpetūt. ſ. arcere demōes ⁊ alia nocumēta tam corporalia ꝙ spūalia ꝓhibere.

Sexta ꝯclusio. hoies p̄sciti ⁊ etiā infideles ⁊ antixp̄us: hn̄t angelos sibi ad custodiā deputatos Patet. qꝛ hoies p̄sciti ⁊ infideles ⁊ antixp̄s sic nō priuāꝛ interiori auxilia naturalis rōnis. ita etiā nō ꝑuāꝛ exteriori auxilio toti nature hūane diuinit⁹ cōcesso. ſ. custodia angeloꝝ ꝑ quā ⁊ si nō iuuētur ꝙtum ad hoc ꝙ bonis opibus vitā eternā mereanꝛ. iuuātur tn̄ ꝙtū ad h̄ ꝙ ab aliq̄b⁹ malis retrahuntur q̄bus sibiipis ⁊ alijs nocere pn̄t. Nā ⁊ ipsi demones arceꝛ ꝑ bonos angelos ne noceant ꝙtum volūt. Septia cōclusio. xp̄s nō īdiguit custodia angeloꝝ. Patet. qꝛ xp̄us ꝟm ꝙ hō īmediate regulabaꝛ a ꝟbo dei. vn̄ non indigebat custodia āgeloꝝ. Et iterū ꝟm aīaꝫ erat ꝯp̄hensor. sed rōne passibilitat̄ corpis erat viator. ⁊ ꝟm h̄ nō debebaꝛ ei āgel⁹ custos tanꝙ supior. sed angel⁹ mister tanꝙ inferior Uñ dr̄ Math. iiij. Et accesserūt angeli ⁊ ministrabāt ei. Octaua cōclusio. Angelus cu-

stos nūq̄ totaliter dimittit hoīem custoditū. Patet q2 custodia angeloꝝ est quedā executio dīne ꝓuidentie circa hoīes facta. Sʒ nec hō nec res aliqua totalit̄ dīne ꝓuidentie subtrahit̄. Inq̄ntū eñi aliq̄d p̄ticipat de esse intm̄ subdit̄ vl̄i ꝓuidētie entiū. sed m̄ de⁹ ſm ordinem sue ꝓuidētie dr̄ hoīem derelinquere inquantū ꝑmittit hoīeʒ pati aliquē defectū culpe vel pene. Sic angel⁹ custos nunq̄ totalit̄ dimittit hoīeʒ. sed ad aliq̄d interdū eū dimittit. put. s. nō impedit q̄n subdat̄ alicui tribulationi vel etiā q̄n cadat in pctm̄ ſm ordinē diuinoꝝ iudicioꝝ. ⁊ ſm hoc dr̄ Iere. li. Ex psona angeloꝝ. Curauim⁹ babylonē ⁊ nō ē curata derelinquam⁹ ergo eā. ⁊ Esa. v. Auferā sepem ei⁹ ⁊ erit in conculcationē. glo. i. angeloꝝ custodiā. vñ angeli eoꝝ custodes nō impedierūt q̄n tribulanonib⁹ subderētur. Et sic cuilʒ hoī deputat̄ vn⁹ angelus ad custodiā. Iō dic̄ verbū ꝓpositū. Uobis angeli vidēt. i. ad vestrā vtilitatē angeli vos custodiūt. ſm ordinē dīne ꝓuidētie quā necesse ē ipleri ī hoīb⁹.

Uobis angeli vidēt.
- Ad militandum.
- Ad cōsociandum.
- Ad custodiendum.
- Ad ministrandum.
- Ad presentandum.
- Ad consolandum.
- Ad deportandum.

Primo vobis angeli vident. i. vigilant ad militandum. Iob. xxxviij. Nunq̄d nosti ordinē celi ⁊ pones rōneʒ eius in terra? Ubi dicit q̄ rōe naturali secreta angeloꝝ scire nō possum⁹. sed ꝑ reuelationē diuinam vt paul⁹. aut ꝑ eruditionē humanaʒ. vt Dyo. q̄ a paulo vsq3 in tertiū celū rapto eruditi⁹ est. Dyo. aūt vi. Cele. hierar. distinguit tres hierarchias āgeloꝝ. In p̄ma ponit tres ordines. s. Seraphin p̄mos. Cherubin medios. Thronos vltimos. In media vero ponit Dn̄ationes quidē vt p̄mos. Uirtutes vt medios. Ptātes vt vltīos. In vltima vero p̄ncipatus vt p̄mos Archangelos vt medios. Angelos vt vltimos. Cuius assignationis rō est. q2 hierarchia est sacer p̄ncipatus. In nomine autē p̄ncipatus duo intelliguntur. s. ipse p̄nceps. ⁊ hic est vnus puta de⁹. nō solū angeloꝝ. sed etiā oīm hoīm. ⁊ toti⁹ rōnalis creature q̄ sacroꝝ p̄nceps esse pōt: ⁊ m̄titudo ordinata sub p̄ncipe. ⁊ sic vna hierarchia dicit̄ ſm q̄ multitudo vno ⁊ eodē mō pōt gubernationem p̄ncipis recipe. q̄ vero nō pñt ſm eūdē modū gubernari a p̄ncipe ad diuersas hierarchias ptinent. Sicut sub vno rege sūt diuerse ciuitates q̄ diuersis regūtur legib⁹ et ministris. Angeli aūt diuinas illuminatiōes ꝑcipiūt in intelligibili puritate. iō in eis distinguit̄ triplex hierarchia. quia supiores angeli hñt vliorē cognitionē v̄itatis q̄ inferiores. Hec aūt vlis acceptio cognitionis ſm triplicem gradū in angelis distinguit̄. Nā rōnes rerū de q̄bus angeli illuminant̄. pñt cōsiderari tripliciter. Primo ſm q̄ ꝓcedūt ab vli p̄ncipio qd̄ est de⁹. ⁊ iste mod⁹ cōuenit p̄me hierarchie: q̄ imediate ad deū extēdit̄: ⁊ in vestibulis dei collocat̄. vt dicit Dyo. vij. c. Celest. hierarchie. Secūdo v̄o ꝓut hui⁹ rōnes dependent ab vlibus causis creatis q̄ iam aliquo mō multiplicant̄. ⁊ hic mod⁹ cōuenit scd̄e hierarchie. Tertio aūt modo ſm q̄ hui⁹ rōnes applicant̄ singulis reb⁹ ⁊ ꝓut dependēt a ꝓprijs causis. ⁊ hic mod⁹ ꝯuenit tertie hierarchie. Ad p̄maʒ hierarchiā ptinet ꝯsideratio finis. ſm q̄ accipit rōnes reruʒ in ip̄o deo. ⁊ hec cōtinet tres ordines. s. seraphin: cherubin: thronos. q2 in respectu ad finē pñt cōsiderari tria. Nā p̄mo aliq̄s ꝯsiderat finē. scd̄o v̄o ꝑfectam finis cognitionē accipit. tertio v̄o intētionē suā in ip̄o defigit. ⁊ q2 de⁹ est finis creaturarū sicut dux ē finis exercit⁹: vt dr̄. xi. metha. Pōt aliqua similitudo hui⁹ hierarchie in rebus hūanis inueniri. Nā quidā sunt q̄ h̄ hñt dignitat̄. vt ꝑ seip̄os accedere possunt ad regē vel ducē: valde familiariter. quidā v̄o sup hoc hñt vt etiā secreta ei⁹ cognoscāt. Alij v̄o sup hoc hñt vt sp̄ circa ip̄m inhereāt. quasi ei cōiuncti. hāc similitudinē accipere possum⁹ ī ordinib⁹ p̄me hierarchie. Nā throni eleuant̄ ad hoc q̄ deū familiariter in seipsis recipiāt. ſm q̄ rōnes rerū in ip̄o imediate cognoscere pñt. Nomē eñi thronoꝝ dr̄ ꝑ cōuenientiā ad materiales sedes in q̄b⁹ cōsiderant̄ quatuor. Primo situs q2 sedes sup terrā eleuātur. ⁊ sic throni eleuant̄ vsq3 ad hoc q̄ ī deo imediate rōes rerū cognoscūt. scd̄o firmitas: q2 ī sedib⁹ m̄alib⁹ aliq̄d firmiter seder. Throni aūt ecōuerso firmāt̄ ī deo. Tertio susceptibilitas: q2 sedes suscipit sedētē: ⁊ ī ea deferri pt. sic thrōi suscipiūt deū ī seip̄is. ⁊ eū q̄dāmō ad iferiores defert. Quarto capacitas. q2 sedes ex vna pte est apta ad suscipiendū sedenteʒ. sic throni ꝑ ꝓmptitudinē sūt apti ad suscipiēduʒ deū ⁊ famulandū ip̄i. Vñ Greg dic̄ sic. Throni dei sūt hi q̄ tāta diuīat̄ grā replent̄ vt

in eis dñs sedeat ꝛ per eos iudicia sua decer
nat. Cherubin vo supeminent diuina secreta
cognoscūt. Nomē enī cherubin iponit a q̄dā
excessu scie. Vñ interp̄tat plenitudo scie. qḋ
Dyoñ. expōit ꝗtū ad q̄tuor. Prio q̄dē ꝙ
tū ad pfectā dei visionē. Scḋo ad plenā susce
ptionē diui luīs. Tertio ꝗtū ad h ꝙ i ipo dō
ꝯtēplant pulcritudinē ordis rez a deo deriuo
tā. Quarto ꝗtū ad h ꝙ ipi pleni exñtes hꝰ
cognitōe ēt eā copiose in alios effundūt. vñ
Greg. dic sic. Cherubī plenitudo scie dr ꝛ sb
limiora illa agmīa cherubi vocata sū. q2 tāto
pfectiori plena sūt scia ꝗto claritatē dei vici
niꝰ ꝯtēplant. Seraphī vo excellūt in h qḋ ē
oīm sup̄mū. s ipsi deo viniri. Nomen enī sera
phin nō imponit enī a caritate: s a caritat ex
cessu quē importat nomē ardoris vel incēdij
vñ Dyoñ. vij. c. Cele. ierc. Exponit nomē se
raphin ſm ꝓprietates ignis in q̄ est excessus
caliditat. In igne aūt tria ꝯsideramꝰ. Primo
ꝙ est sursum: ꝛ ꝙ est ꝯtinuꝰ: p qḋ significat
ꝙ ille ordo indeclinabilit mouet in deū. scḋo
vtus actiua eiꝰ. q2 est calidus cū quadā acui
tate eiꝰ. q2 est maxīe penetratiuꝰ in ogēdo. ꝛ
ptingit vsq3 ad mima. ꝛ iterū cū quodā exce
dēti feruore. ꝛ p h significat actio hmōi an
gelo2 quā in subditos potent exercēt eos in
similē feruorē excitādo ꝛ totaliter eos p incē
diū purgando. Tertio ꝯsiderat in igne cla
ritas eiꝰ. ꝛ hi angeli hñt in seipsis inextingui
bilē lucē etiā alios pfecte illuīando. vñ greg.
dic sic. Seraphin vocant illa agmīa q̄ ex sin
gulari ꝓpinq̄tate cōditoris sui incōparabili
ardēt amore. Ad secūdā hierarchiā ptinet
dispositio vlis de agendis ſm causas reru3
vles. ꝛ hec ꝯtinet tres ordines: qm̄ ad rōne3
gubernatōis ptinēt tria. Prio diffinitio eo
rū q̄ agēda sunt. qḋ ē ꝓpriū dñationū q2 dñi
est solū p̄cipe de agēdis. iō greg. dic. Qḋ q̄dā
angelo2 agmīa p eo ꝙ eis cetera ad obediē
dū subiecta sunt: dñationes vocant. Nomen
dñationū significat tria. Primo quādā lib
tatē q̄ est a seruili ꝯditōe ꝛ pedestri subiectio
ne: sicut plebs subijcit: ꝛ a tyrānica opp̄ssiōe
quā etiā interdū maiores patiūt. Secūdo
quādā regidā ꝛ inflexibilē gubernatōē. q̄ ad
nullū seruilē actū inclinat. neq3 ad statū ali
quē seu actum subiecto2 vel opp̄sso2 a tyrā
nis. Tertio appetitū ꝛ pricipatōe3 veri dñij
qḋ est in deo. sicut sunt regales curie dñi. ꝛ hē
dñatiōes iperāt diuīa misteria alijs angel.
sicut innuit. Zach. v. vbi vnꝰ angelꝰ iperauit
alteri dicēs. Curre ꝛ loq̄re ad puerū istū. ꝛc.

Scḋo ad rōnē gubernatiōis ptinet p̄hēre fa
cultatē ad iplendū qḋ ptinet ad vtutes ſm
ꝙ vtus iportat quēdā excessu3 fortitudis. ꝛ
sic dic Dyoñ. Q2 nomen vtutū significat q̄n
dā virilē ꝛ incōcussam fortitudinē. Prio q̄
dē ad oēs apparitiōes diuios eis ꝯueniētes
Secundo ad suscipiendum diuina. ꝛ ita si
gnificat ꝙ sine aliquo timore aggrediuntur
oīa q̄ ad eos pertinent. qḋ videt ad animi
fortitudinem pertinere. Isti enī sunt velut iu
sticiarij in domo regis quo2 est ardua ope
rari. Vnde Greg. Virtutes vocant illi spūs
per quos signa ꝛ miracula frequentius fiūt.
Tertio ad rōnem gubernationis ptinet or
dinare qualiter eo que precepta vel diffinita
sunt impleri possunt vt alij exequant. ꝛ hoc
pertinet ad ptātes. Nomen enī ptātis ordi
nationē quā iā designat ſm illud apl̄i. Ro.
xiij. Qui ptāti resistit dei ordinationi resistit.
ꝛ ideo; Dyoñ dicit. Q2 nomen ptātum signi
ficat quādam ordinationē circa susceptionē
diuio2 ꝛ circa actiōes diuīas. q̄s supiores in
inferiores agunt. eas sursum ducēdo. Ad or
dinē q̄ ptātū ptinet ordīare quō a subdit sūt
agēda. et p has arcentur mali spūs. sic p ptā
tes terrenas arcētur malefactores. vñ greg.
Ptātes vocant hij q̄ h potētius pre ceteris
perceperūt vt eo2 ditiōi ptātes aduerse sub
iecte sint. Ad tertiā hierarchiā ptinet appli
catio dispōnis ad effectū q̄ est executio opis
Executio vo angelico2 misterio2 ꝯsistit in
ānūciādo diui a. ꝛ hec hierarchia ꝯtinet tres
ordines. In executiōe enī cuiuslibet octꝰ sunt
q̄dam quasi incipiētes octionē: ꝛ alios ducē
tes. sicut in cātu p̄cētores: ꝛ in bello illi q̄ ali
os ducūt ꝛ dirigūt. ꝛ h ptinet ad p̄ncipatus
Nam p̄ncipari. vt Greg. dicit. Est inter reli
quos priorē existere. quasi primi sunt in exe
cutione eo2 q̄ imp̄ant. Et ideo Dyoñ. dicit
Q2 nomen p̄ncipatuū significat ductiuum in
ordine sacro. Illi enī q̄ alios ducūt p̄mi int
eos exñtes. p̄ncipes ꝓprie vocant. ſm illud
ps. Preuenerūt p̄ncipes ꝯiuncti psallentibꝰ
Hij enī etiā bonis spiritibꝰ p̄ncipant. ꝛ ad lo
ca determiata vel negocia regis spāliter depu
tant p modū legato2. Alij sūt q̄ maiora nū
ciāt ꝛ hij archāgeli dicunt. sicut gabriel q̄ nū
ciauit beate virgini incarnationem filij dei.
Alij vero sunt q̄ simpliciter exequūtur. ꝛ hij
angeli dicuntur qui immediate nobis annū
ciant per modum curso2 ꝛc.

Secundo vobis angeli vi

dent ad cōsociandū. vñ Math. xxij. dr̄. Erūt hoīes sicut angeli dei in celo. Nam p donuz grē hoīes mereri possunt tantā gliam. vt angelis equent̄ sm̄ singulos āgeloꝝ grad⁹: qd̄ est hoīes assumi ad ordines angeloꝝ. Vnd̄ Greg. sup Ezech. dicit sic. Sunt nōnulli qui parua capiūt, sed tn̄ h̄ annūciare fratrib⁹ nō desistūt. Isti em̄ in angeloꝝ numerū currūt. Nam q̄dam simplices τ illitterati ꝟbo τ exēplo q̄tum pn̄t alios edificant: τ isti assumūtur ad ordines angeloꝝ. Quidā aūt magna intelligūt τ sollicite alios admonēt: τ isti assumunt̄ ad ordinē archangeloꝝ. Greg. Sūt q̄ secretoꝝ celestiū sūma τ cape p̄ualēt τ nūciare. hij cū archāgelis. Quidā p vite pfectionē alioꝝ merita transcendūt: τ isti assumūtur ad ordinē p̄ncipatuū. Grego. Sūt q̄ electoꝝ merita trāscendūt: τ electis fratrib⁹ p̄ncipant̄: τ hij cū p̄ncipatib⁹ meritū sortiūtur. Similr̄ illi q̄ bn̄ rexerūt psonam suā: assumūtur ad ordinē angeloꝝ. Qui bn̄ rexerūt ciuitatē suā vel eccliam: ad ordinē archāgeloꝝ, q̄ vero bn̄ ꝓuinciā suā: ad ordinē p̄ncipatuū. Quidā aūt expellūt de corporib⁹ τ aīab⁹ alioꝝ demones τ pctā. isti assumūtur ad ordinez ptātum. Grego. Sūt q̄ malignos spūs ꝟtute orōnis τ vi accepte ptātis fugāt. τ hij cū ptātib⁹. Quidā signa τ miracl'a opantur: τ isti assumūtur ad ordinez virtutū. Grego. Sūt q̄ mira faciūt signa τ valent̄ operant̄: τ hij cū virtutib⁹. Quidā oībus in se vitijs dominant̄. τ isti assumūt̄ ad ordinē dn̄ationū. Greg. Sūt q̄ in semetipis oīb⁹ vitijs dn̄ant̄ vt ipso iure mūdicie: dij inter hoīes vocent̄. Vn̄ ad moysen dr̄. Ecce ꝯstitui te dn̄m pharaonis. τ hij cū dn̄ationib⁹. Quidā sunt valde spūales. τ iō de alijs iudicare pn̄t. i. Coꝝ. ij. Spūalis hō iudicat oīa: τ ipe a nemie iudicat̄. isti assumūt̄ ad ordinē thronoꝝ. Grego. Sūt in q̄bus velut in throno suo dn̄s psidens alioꝝ facta examiat. p q̄s dū sctā ecclia regit̄ plerūq3 de q̄busdā suis actib⁹ infirmis: oms electi iudicant̄: τ hij cū thronis. Quidā dei τ ꝓximi charitate flagrāt: isti assumūtur ad ordinē cherubin. Grego. Sūt q̄ dei τ ꝓximi charitate amplī⁹ ceteris pleni sunt. τ hij meritoꝝ suoꝝ sortē: inter cherubin numeruz acceperūt. q2 cherubin plenitudo scīe dr̄. τ iuxta paulū. Plenitudo legis ē charitas. Quidā sunt in igne amoris cōuersi. τ in solo dei desiderio anhelātes: isti assumūtur ad ordinē seraphin. Greg. Sūt q̄ supne ꝯtēplationis amore accensi in solo cōditoris sui desiderio anhelant. nihil in hoc mundo iā cupiūt. solo eternitatꝭ amore pascunt̄. terrena queq3 abijciūt. cūcta tpalia mēte trāscendūt. amāt τ ardēt. atq3 in ipo suo ardore req̄escunt: amādo ardēt. loquēdo accendūt. τ quoscūq3 ꝟbo tāgūt: ardere ꝓtin⁹ in dei amore faciūt: q̄ isti nisi intra seraphin numerū: sortem sue vocationis acceperunt. Hec ille. Et sic p3 τc.

Tertio vobis angeli vidēt ad custodiendū. Vn̄ Ber. tractās illō ꝟbum. Angelis suis de⁹ mādauit de te τc. dicit sic. Magna dilectio charitatꝭ. Quis. q̄b⁹. de q̄ τ q̄d mādauit. Siq̄dez de⁹ mādauit. τ angelis suis mādauit. τ de te hoīe mādauit. τ vt custodiant te in oīb⁹ vijs tuis mādauit. Quantaz reuerentiā d3 tibi h̄ ꝟbū inferre: afferre deuotionē: offerre fiduciā: reuerētiā p p̄ntia. deuotionē p beniuolētia: fiduciā p custodia. In q̄uis diuersorio in q̄uis angulo reuerētiā exhibe āgelo tuo ne audeas illo p̄nte qd̄ me p̄nte non auderes. h̄ ille. Effect⁹ angelice custodie circa hoīez ē q̄druplex. Prim⁹ est remotōis sc3 remouēdo ne hō cadat in malū culpe. τ h̄ facit angel⁹ trib⁹ modis. Primo increpādo pctm̄ p̄teritū, vt ab eo hō r̄cedat. vt p3 Iudic. ij. vbi cū angel⁹ filios israel de p̄uaricatiōe increpasset: ipi eleuauerūt vocē cū fletu τc. Secūdo eripiēdo a pctō p̄nti. vt p3 in eductiōe Loth τ vxoris ei⁹ de sodomis. i. de pctī ꝯsuetudīe. Gen̄. xix. Tertio impediēdo pctm̄ futurū ne fiat. vt p3. Nu. xxij. in balaā q̄ ad maledicendū isrl' pgens ab angelo impedit⁹ est Secūdus est ꝓfectiōis. s. in bonū grē τ hoc facit angel⁹ in aīa trib⁹ modis. Primo oīne īpedimentū ad bonū remouēdo. vt p3 Exo. xij. vbi angel⁹ pcussit p̄mogenita egypti. Secūdo pigritiā excitādo. vt p3 zach. iiij Angelus dn̄i excitauit me quasi hoīem q̄ excitat̄ a sōno Tertio in via pn̄ie ducēdo τ reducēdo vt p3 Thob. v. vbi angel⁹ duxit Thobiā τ reduxit. Terti⁹ est iustificatiōis. τ h̄ facit āgelus trib⁹ modis. Primo mouēdo ad cōtritionez. vt p3 Thob. xi. vbi ad documentū angeli de felle p qd̄ intelligit̄ ꝯtritio: liniuit pr̄i oculos. s. cordis. Scd̄o purgādo labia ad ꝯfessionez. vt p3 Esa. vi. Vbi p angelū labia Esaie purgant̄. Tertio gaudēdo ad satisfactionez. Luce. xv. Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore pn̄iam agente. Quartus est ꝓtectionis ne. s. hō totiens vel in tot mala cadat ad quot diabol⁹ incitat. τ hoc facit angel⁹ tribus modis. Primo ptātem demonis refrenādo

pz Thob. viij. vbi angelus religauit demonez in deserto supiori. ꝛ Apoc. xx. Angel⁹ ligauit demonē ꝛ misit eū in abyssum ꝛc. Scdo ↄcupiscentiā debilitādo. vt pz Geñ. xxxij. vbi angelus tetigit neruū femoris Jacob ꝛ emarcuit. Tertio memoriā passionis xp̄i nostris mētibus imprimēdo. vt pz Ezech ix. Signa thau sup frontes viroꝝ gementiū ꝛc.

Quarto vobis angeli videt

dēt ad mistrandū. Heb. i. Oēs sunt administratorij spūs. in misteriū missi. ppter eos q̄ hereditatē capiūt salut. Ber. Dñe q̄d est hō. q2 inotuisti ei. aut fili⁹ hoīs. q2 reputas eū. deniq3 mittis ei vnigenitū tuū. imittis spm̄ tuū ↄmittis vultū tuū ꝛ ne quid vacet in celestibus ab ope sollicitudis illos etiā btōs spūs ppter nos mittis in misteriū nr̄m. Hec ille. Seraphin eñ mittūtur ad cordiū inflāmationez. vt pz. iiij. Reg. ij. In angelis q̄ in curru igneo ꝛ equis igneis appatuerunt. Et Esa. vi. Volauit ad me vn⁹ de seraphin. Cherubin mittūtur ad sciarū eruditionē. vt pz Apoc. x. In angelo q̄ hēbat librū in manu. ꝛ Apo. xviij. In angelo a cui⁹ claritate terra illuminata est. Throni mittūtur ad iudicij īformationez. hñt eñ informare iudices vt legē intelligant. vt. dr̄ Act. vij. Accepistis legē in dispositiōe angeloꝝ. Dñationes mittūtur ad sensuū sub dñio rōnis subiugatiōez. vt pz Geñ. xvi. Vbi angel⁹ dixit agar ancille vt ad dñaz suā rediret: ꝛ se sibi humiliaret. Virtutes mittuntur ad miraculoꝝ opationē. vt pz Thob. xi. In angelo Raphaele q̄ Thobiā illuminauit. ꝛ filiū a deglutiōe piscis eripuit ꝛc. Potestates mittūtur ad demonū ꝛ tēptationū repressionem. vt pz. Exo. xiij. vbi angelus dñi īterposuit se inter egyptios ꝑsequētes filios israel. ꝛ ipm exercitū. Principatus mittūtur ad p̄ncipū instructionē. vt pz Dañ x. Vbi ponūtur tres p̄ncipes. s. ꝑsaꝝ. grecoꝝ. ꝛ iudeorū. quos oēs angel⁹ dñi instruxit ꝛc. Archāgeli mittūtur ad singuloꝝ rectoꝝ eruditionē: ꝛ ad secretoꝝ maioꝝ reuelationez. Vñ Gabriel archangelus Zachariā pontificē docuit ꝛ natiuitatē xp̄i virgini annūciauit. Luce. i. Angeli mittūtur ad singularū ꝑsonarū corroborationē. defensionē: ꝛ reuelationē. vt pz iij. Reg. xix. vbi angelus portauit helye subcinericiū panē ꝛ vas aq̄ ꝛ comedit ꝛ ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vsq3 ad montem dei oreb. Et sic pz ꝛc.

Quito vobis angeli vidēt

ad ↄsolandū. q2 ipī sunt tribulatoꝝ cōsolatores. Zach. i. Angel⁹ loq̄bat̄ in me v̄ba ↄsolatoria ꝛ bona. ꝛ Thob. v. Forti aīo esto ꝛc. et Apoc. vij. d2. Vidi q̄ttuor angelos stātes super quattuor angulos terre: tenētes quattuor vētos terre ne flarēt sup terrā. Sūt n. q̄ttuor angeli ppter q̄druplex misteriū gr̄e ↄfortātis hoīes. q̄ stāt sup quattuor angulos terre. q2 refrenāt q̄ttuor malas affectiōes seu passiones aīe: ex q̄b⁹ oīs tribulatio ꝛ tēptatio cōsurgit ad p̄cipitandū hoīes in pctīs. Nā q̄libet hō est q̄si q̄daz ciuitas in q̄dro posita. i cuius quolz angulo est vna porta. Prim⁹ angulus est ad orientē. Scdus ad occidētez. Tertius ad meridiē. Quart⁹ ad aq̄lonē. In q̄libz porta sunt duo angeli. s. vn⁹ bon⁹. ꝛ vn⁹ mal⁹. bon⁹ ad gubernationē ꝛ ꝓfcū mal⁹ ad exercitiū ꝛ defcū. angel⁹ bon⁹ dat̄ vt hoīem erudiat ꝛ dirigat ↄtra fallaciā. exhortet̄ ꝛ īcitet ad bonū cōtra blādicias: ꝛ defendat ab oppssione cōtra violētiā. angel⁹ mal⁹ dat̄ ad pugnā. vt cū hoīe ↄgrediat̄. Et sicut de⁹ sciebat ꝙ hō ꝑ tēptationē in pctm̄ erat deijciēdus. Ita etiā sciebat ꝙ ꝑ liberū arbitriū resistere poterat tēptatori. Hoc aūt req̄rebat cōditio nature hominis vt ꝓprie voluntati relinq̄ret̄. Bm illud Eccle. xv. De⁹ reliq̄t hoīez in manu ↄsilij sui. Vñ Aug. dicit. xi. sup Geñ. ad lr̄am. Nō mihi videt̄ magne laudis futurū fuisse hoīez. si ꝓpterea posset bene viuere. q2 nemo male viuere suadebat cū ꝛ ī natura posse ꝛ in ptāte hēret velle nō cōsentire suadēti. hec ille. modus pugne h̄ est. Prima porta est orientalis: ꝑ quā diabol⁹ nitit̄ subuertere aīam ꝛ secum trahere ad infernū quā expugnat ꝑ p̄mā animi passionē. s. ꝑ gaudiū. ꝑ q̄d oīa pctā mūdani gaudij ꝛ vane leticie ↄgrediūtur cū aīa: dicentia illud Sap. ij. Venite ḡ ꝛ fruamur bonis q̄ sunt ꝛ vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter: vino p̄cioso ꝛ vnguentis optimis nos impleam⁹: ꝛ nō p̄tereat nos flos tēporis. Coronem⁹ nos rosis anteq̄ marcescāt nullū pratū sit q̄d nō p̄tereat luxuria nostra. nemo sit expers luxurie nr̄e. vbiq3 relinq̄m⁹ signa leticie. q̄m hec est ps nr̄a ꝛ h̄ est sors nostra. hec ibi. Asmode⁹ q̄ p̄est huic vano gaudio: instruit quattuor acies vt aīaz expugnet. In p̄ma ponit ludos vanos. histrionat⁹. scenas. cant⁹. choreas. sonos lasciuos instrumētoꝝ musicaliū. hastiludia ꝛc. In scda ponit vanitates iuuenū. ornatus vestiū. fucatiōes mulierū. cantilenas amoris. ꝓcatiōes mulierum. ꝛ p̄cipue adolescentularuz. ambasiatas

petulanũ donaria vtriꝙ facta. In tertia ponit comessatiões. ebrietates. ĩpudiciciã in gestibus. scurrilitatẽ in locutionibꝰ. ineptã leticiã: saltatões: imũdicias. In qrta ponit fornicatões. stupra incestꝰ. adulteria. abusus vxoruz. sodomias. sacrilegia s cũ monialibꝰ. Angelus bonꝰ. s. Raphael refrenat ꝛ retinet tẽptatiões diaboli ↄfortando aĩam ꝑ dolorez ꝛ tristiciã ẜm deũ. qñ illumiat mentẽ vt ipsa doleat cognita veritate. vt pz Thob. viij. vbi dr ꝙ raphael religauit demoniũ in deserto superiori. ĩmittit aũt iste angelꝰ iiij. radios splẽdoris. s. cognitõez sui. q mẽs humana plorat ↄspiciens in se dei imaginẽ deformatã. culpe subiugatã. grã ꝑuatam. glía exulatã. inferno obligatã. Cognitõez peti cõspiciẽdo in se peccatoꝝ turpitudinẽ: multitudinẽ magnitudiez: ingratitudinẽ: cognitionẽ mũdi cõspiciendo ꝙ gaudia mũdi alliciũt: decipiũt: fastidiũt: deficiũt. cognitõez dei cõspiciendo: ꝙ deꝰ est creator redẽptor: iustificator: glificator. Unñ bernar. Clamat mũdus: ego deficio. clamat caro ego inficio. clamat demõ: ego decipio. clamat xpa: ego reficio. Vide ꝗ quem seqris. Ex his splendoribꝰ lumẽ refulsit in tabernacl'o mentis. vñ orif tremor ad deuz iustũ. ꝛ amor ad deũ piũ. Hic ãgelꝰ sp clamat mũdi ↄtẽptuz: luxurie: auaricie: supbie: despectũ: ꝛ oĩz ↄcupiãꝝ odiũ. Clamat aũt dicẽs illõ Apoc. xiiij. Cecidit: cecidit Babilõ ciuitas illa magna. mater fornicationũ. q a vino ire fornicatiõis sue potauit oẽs gẽtes. In his xbis clamat oĩa mũdana gaudia ↄtẽnenda. Primo auariciã. cũ dicit Cecidit ꝛc. Ba. q interp̃taf cõfusio. ꝛ significat mũdi facultatẽ qua mũdani oculos suos statuerũt declinare in terrã quos ad celũ deꝰ creauit erectos. Auaricia eñ cecidit. qꝛ p̃terit figura huiꝰ mũdi i Cor. vij. dicit aũt bis cecidit. qꝛ cadit corpꝰ auari ꝑ mortẽ corporalẽ. ps. Dormierũt somnũ suũ ꝛ nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manibꝰ suis. Cadit aĩa auari ꝑ mortẽ eternalẽ. Luce xvi. Mortuus est diues ꝛ sepultus est in inferno. Clamat. ij. ↄtẽnendã supbiã ꝛ mũdanaz gl'iam. cũ dicit Ciuitas illa magna. Supbus nanꝙ magnũ se reputat. verũtñ supbis deꝰ resistit. Ja. iiij. vñ ad supbũ dr Jere. li. Ecce ego ad te supbe dicit dñs exercituuz. qꝛ veniet dies tuus tp̃s visitatiõis tue: ꝛ cadet supbꝰ ꝛ corruet. ꝛ nõ erit q suscitet eũ. Clamat. iij. cõtemnendam carnis ↄcupiscentiam. cũ dicit Mater fornicationuz ꝛc. qꝛ vinũ sup̃ modũ potatum mentẽ alienat. sic nimia delectatio visibiliũ creaturarũ aĩam a deo separat. ꝛ hec est turpissima ꝛ spũalis fornicatio qua aĩa a viro suo. s. deo recedẽs creature se sociat: ꝛ ipsam plus suo creatore diligit. Osee. iiij. Fornicati sunt ꝛ nõ cessauerũt. qñ dñm reliquerunt in nõ custodiendo. Scḋa porta est occidentalis ꝑ quã dyabolꝰ qrit pimere aĩam: expugnãdo ipam ꝑ scḋam aĩ passionẽ. s. ꝑ dolorem mũdi ꝑ quẽ oĩa tristabilia ꝛ dolorosa seculi cõgrediũtur cũ aĩa. sicut ipsa dicit ĩ p̃s. Dolores inferni circũdederũt me: ꝑoccupauerunt me laquei mortis. Abadõ siue exterminãs, diabolꝰ dr̃onis. vt dr Apoc. ix. Instruit. iiij. acies vt aĩam expugnet quas iobes vidit ibidẽ: dicẽs. vidi eq̃s in visiõe. ꝛ q sedebãt sup eos hẽbant loricas igneas: ꝛ iacinctinas ꝛ sulphureas. In p̃ma acie ponit indignationes: odia: suspitiões: duriciẽ mẽtis: voluntatis ꝑuersitatẽ: ꝑfidiã vindictã. In scḋa ponit susurratões: detractatões: semiationes discordie: cõtentões: cõtumelias: blasphemias: rebelliões: ꝑsecutões filioꝝ inobediẽtias: iras: rixas: maledictões. In tertia ponit guerras: homicidia: incẽdia plima: p̃dationes inumeras: violẽtias papuz: incarceratões inocẽtũ: euersiões ciuitatũ. castroꝝ: villarũ ꝛc. In qrta ponit prialitates: sectas: ꝑditões fauores maloꝝ: crimiatiões bonoꝝ: iniq̃ testimonia: falsa iudicia, ꝑpterea Eccs. iiij dr. Uerti me ad alia q̃ sub sole gerũf: ꝛ vidi calũnias: ꝛ lachrymas inocentiũ: ꝛ ↄsolatorẽ neminẽ. nec posse resistere coꝝ violẽtie cũctoꝝ auxilio destitutos ꝛ laudaui magis mortuos ꝙ viuentes: ꝛ feliciorẽ vtroꝙ iudicaui q necdũ natꝰ est nec vidit mala q̃ sub celo fiũt. h ibi. Angelus bonꝰ. s. Mich. refrenat tẽptatiõz diaboli ꝑ gaudiũ sp̃s ẜz deũ. qꝛ extollit mẽtẽ ad gaudia spũalia: dicẽs. Gaudete in dño semp. iterũ dico. Gaudete. h eĩ spũale gaudiũ ĩcitat ad amorẽ xp̃tutũ. ad leticiã ↄscie ad ↄtẽplationem glie btõꝝ. vt pz Dañ. iij. vbi angelꝰ dñi cũ tribus pueris in fornacẽ descendit et fecit mediũ fornacis, quasi ventũ roris flantẽ. immittit aũt iste angelus. vij. splẽdidos radios grẽ ad aĩaz ↄfortandã. put dr Apoca. x. Vidi angeluz fortẽ descendentẽ de celo amictũ nube ꝛ iris in capite eiꝰ ꝛ facies eius sicut sol erat. ꝛ pedes eius tanꝙ columna ignia ꝛ habebat in manu librum apertum. Hec ille.

Primus radius est gratia fortificans contra aduersa cũ df Vidi ange. for. qꝛ. n. aduersa frangũt aĩam. ideo angelus fortificat animaz. pz de ãgelo q ↄfortauit Geð. Judic. vi.

Secūdus est gr̄a humilians sub manu po-
tenti volūtatis diuine. Cū dicit. descē. de celo
q2 facit aīam humilē ad toleranda aduersa.
Terti⁹ est gr̄a ɔtristās de impatiētia habi
ta in aduersis cū dr̄ amictū nube. In nube eī
q̄ pluit aquā designat lachryma doloris. ps̄.
Fuerūt mihi lachry. m. pa. die ac no. Quar
tus est gr̄a timorās. cū dr̄. Iris in ca. ei⁹. naz
iris timorē incutit. Quint⁹ est gr̄a letificās
ꝛ iocūdās. cū dr̄. Et facies ei⁹ sicut sol. q2 sol
totū mundū letificat. Sextus est gr̄a inflā-
mātis. cū dr̄ Pe. ei⁹ tāq̄ colū. ig. q2 inflāmat
affectū ad gaudiū eternoꝝ. Septim⁹ ē gr̄a
illumināns. s. aīam de p̄teritis p̄ntib⁹ ꝛ futuris
vijs p̄ntis pegrinatiōis ꝛ ɔscie sue. q2 hēbat
in manu sua lib. ap. i ɔsciaz. Tertia porta ē
meridionalis p quā diabolus q̄rit subiugare
sibi aīam. p tertiā animi passionē. s. p spem p̄-
sumptuosam. Esa. xxviij. Posuim⁹ mēdaciuz
spez nr̄az. ꝛ ptecti mēdacio sum⁹. Behemot
diabolus vane spei: q2 est bestialis vt aīaz ex-
pugnet instruit. iiij. acies. In p̄ma ponit ob
liuionē dei. votoꝝ fractionē apostasiaz a fide
vel religione: murmurationē ɔ deū; indignā
cōicationē: ɔtēptū sacroꝝ eccl̄ie. defensionem
petōꝝ: admonitionū derisionē. In scd̄a pōit
scandalizare ꝓximū: innocētes malo exēplo
corrūpere. verecūdari de pauperib⁹ attinenti
bus ꝛ amicis ɔsuetudinē peccandi: recidiua-
tionē tenere officiū ad qd̄ hō nō est ydone⁹
gl̄iari in malicia. In tertia ponit elationē: ir-
reuerentiā: vanā gl̄iam iactantiā: ypocrisim:
curiositatē: nouitatū p̄sumptionē. In q̄rta
ponit secularē gloriā: fastuz pōpā: dignitatū
ambitionē: cōminationē: alioꝝ derisionē: ꝓdi
galitatē: auariciā: in diuitijs ɔfidentiā. ppter
ea dr̄. Eccl̄. vi. Est ꝛ aliud malū qd̄ vidi sub
sole ꝛ q̄dē freq̄ns apud hoīes vir cui de⁹ dedit
diuitias ꝛ substātiā ꝛ honorē ꝛ nihil deest aīe
ei⁹ ex oīb⁹ q̄ desiderat nec tribuit ei ptātē de⁹
vt cōedat cū eo: s3 hō extne⁹ vorabit illud. Hs va
nitas ꝛ mag̃ misia ē. Angel⁹ bon⁹. s. azarias
refrenat tēptatōez diaboli p timorē dei. q2 sp
inducit aīaz ad timēdū deū. Apoc. xiiij. Vidi
alterū angelū volārē p mediū celū: hn̄tē euā
geliū eternū: vt euāgelizaret sedētib⁹ sup ter
rā ꝛ clamauit voce mag̃ dicēs. Timete deū ꝛ
date illi honorē. q̄m vēit hora iudicij ei⁹. imit
tit aūt iste angel⁹. iij splēdores i aīa. Prim⁹
est dei timor. dic illud. Apoc. v. Mag̃ ꝛ mira
bilia opa tua de⁹ ops: iuste ꝛ ve sunt vie tue
rex secloꝝ. Quis nō timebit te dn̄e: ꝛ magni
ficabit nomē tuū: Et Eccl̄. xv. Qui timet deū
faciet bona ꝛc̄. ps̄. Cōtritio ꝛ infe. in vi. e. ꝛvi.
pa. nō cog. n. est. ti. dei. an. oc. eoꝝ. Scd̄s ē dei
honor. iō dr̄. date illi honorē. Prou. vij. Ho-
nora dn̄m ꝛ vale b. Terti⁹ ē iudicij pauor. cū
dr̄. venit ho. iud. ei⁹. Job. xxi. In die pditiōis
suat mal⁹ ꝛ ad diē furoris ducet ꝛc̄. Quarta
porta ē septētrional p quā diabol⁹ nitit sub-
uertē aīaz p q̄rtā animi passionē. s. p timorē
mundanū. ps̄. Trepi. ti. v. n. e. t. Sath dyab.
desperatiōis vt aīam expugnet. instruit. iiij. a
cies. In p̄ma pōit pplexitates: agnite vitaꝫ
desertionē: vite p̄ntis dilectionē: paupta⁊ ab
hoīationē: mēdacia: piuria. torporē circa di-
uina p̄cepta. In scd̄a ponit amorez peccādi.
horrorē satisfaciēdi. p̄uitatē cordis nimiā ve
recūdiā. In tertia pōit ɔsuetudinē malā. icre
dulitatē ignorātiā. exēplū delinquēdi alioꝝ
ḡuitatē pcti. In q̄rta ponit spē diu viuēdi. di
lationē pnīe timorē recidiuādi. p̄sumptionē
de mia dei. Jere. ij. Desparui nequaq̄ faciā. sic
ɔfundit fur q̄n cōprehēdit: sic ɔfusa ē dom⁹
isrl̄. Angelus bon⁹. s. gabriel refrenat tēpta-
tionē diaboli p diuinaz spez dic illud. Eccl̄. ij.
Respicite filij natiōes hoīm: ꝛ scitote q2 nul
lus spauit i dn̄o ꝛ ɔfusus ē. pmāsit in mādaꝫ
ei⁹ ꝛ derelict⁹ est. Quis inuocauit eū ꝛ despexit
eū: q̄m pi⁹ ꝛ misericors ē de⁹ ꝛ remittet i tpe
tribulatiōis pctā: ꝛ ptector ē oīb⁹ exq̄rentib⁹
se i ɔitate. h ibi. vt p3 Dan̄. x. Ubi cū daniel
corruisset: tetigit angel⁹ dicēs. Noli timē: pax
tibi. ɔfortare ꝛ esto robust⁹. de isto angelo dr̄
Apoc. viij. ali⁹ angel⁹ venit ꝛ stetit an̄ altare
hn̄s thuribulū aureū ꝛ data sunt illi incensa
mlt̄a. ꝛ accepit angel⁹ thuribulū ꝛ ipleuit illd̄
de igne altaris ꝛ misit in terrā. h ibi. imittit āt
iste angel⁹ in aīam tres splēdores. Prim⁹ ē
spei credentꝭ. s. credē misteriū passionis xpi.
q̄ est altare deitatꝭ. s3m hūanitatē. scd̄s ē spei
ꝓuidentꝭ. s. q̄ de⁹ ꝓuideat hūanis defectibus
merito passiōis xpi. s. guerris pestilētijs. fami.
ꝛc̄. Jere. xvij. Spes mea tu in die afflictōis
mee. Terti⁹ est spei incēdentꝭ. dicēs. vt tibi ɔve
niat ignis dei. Iste ignis non est timendus:
Luce. xij. Ignē veni. mi. in terrā ꝛc̄.

Sexto vobis angeli vidēt

ad p̄ntandū. vn̄ Ber. sup cant. dicit sic. Dis-
currit angelus medi⁹ inter dilectū ꝛ dilectā.
vota offerēs. referēs dona. excitat istā. placat
illuz. h ille. Angeli em̄ sunt nr̄i p̄ntatores q̄-
drupl̄r. Primo ōrones nr̄as deo p̄ntando.
Thob. xij. Qn̄ orabas cū lachrymis: ꝛ sepelie
bas mortuos: ego obtuli ōronem tuā dn̄o,

Secūdo corā deo ꝓ nobis allegando. Job. xxxiij. Si fuerit ꝓ eo angelus loquens vnuz de milibus vt annūciet homini equitatē mise rebit̄ ei⁹. Exemplū Zach. i. Rn̄dit angelus dn̄o ⁊ dixit. Dn̄e exercituū: vsqꝫquo tu non misereberis hierl̄m ⁊ vrbiū iuda qbus iratus es? Iste iam ann⁹ .lxx. est. Tertio sniam dei renūciando. pꝫ Dan̄. ix. vbi d̄r ꝙ Gabriel ad eū volans dixit. Ab exordio precū tuarum egressus est sermo. i. snia a deo ſm glo. Ego sūt veni vt indicarē tibi: q2 vir desiderioꝝ es scꝫ pctā esse dimissa. Quarto saluationē a- nime reuelādo. Esa. lv. In leticia egrediemi- ni ⁊ in pace deducemini ⁊c.

Septimo vobis angeli vi

dent ad deportandū. Sūt eni aiarū nostrarū in celū portitores quadrupliciter. Primo ab insidijs diaboli preseruādo. Judith. xiij. Vi- uit dn̄s q2 custodiuit me angelus ei⁹ ⁊ hinc euntē ⁊ ibi cōmorantē: ⁊ inde huc reuertētez. Et Gen̄. xxxij. Cum Jacob Esau valde time ret angelos sibi obuios habuit: ipsuz adiuua repatos: ⁊ ait. Castra dei sunt hec. Secūdo viā preparādo. Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū q̄ preparabit viam ante faciem tuā. Tertio per viam preparatā in celū ba- iulando. Exo. xxiij. Ecce ego mitto angelum meū q̄ custodiat te in via ⁊ inducat in terraz quā ꝓmisi patrib⁹ tuis. Quarto in celū col locando. Luce xvi. Factū est vt moreret̄ mē dicus: ⁊ portaret̄ ab angelis in sinū abrahe. ad quē nos perducāt feliciter. Amen.

In festo scti Hieronimi ꝯfes. Sermo .liiij.

Venit in me spūs sa

pientie. Sapi. vij. ⁊ in epl'a pre- sentis solēnitatꝭ. Salomō Sap̄. vij. dicit sic. Neminē diligit deus nisi euz qui cū sapientia inhabitat. Sup quo talem mo ueo qōnem. vtrū btūs Hieronimus obtinue rit sapiē donū in numero doctoꝝ q̄ vitam so litariā tenuit merito pfectoꝝ. Ad istam que- stionē rn̄dent quattuor doctores noui testa menti. Primus est btūs Augustin⁹ in qua dam epl'a dicēs sic. Sctūs Hieronim⁹ pres- byter. greco. latino. hebreo ꝙ eloquio erudit⁹ in locis sanctis atqꝫ in litteris sacris vsqꝫ ad decrepitam vixit etatē. cui⁹ nobis eloquij ab oriente in occidentē instar solis lāpas resplē duit. hec ille. Secūdus est btūs Prosper in cronicis suis dicēs sic. Hieronimus presby- ter in Bethleem totus iam mūdo clarus ha bitabat egregio ingenio ⁊ studio vniuersē ec clesie seruiens. Tertius est Isidorus li. ethi mologiarū dicēs sic. Hieronim⁹ triū lingua- rum peritus extitit cuius interpretatio cete- ris āfert̄ qm̄ ⁊ verboꝝ tenacior ⁊ perspicui tate snie clarior atqꝫ vtpote a xp̄iano inter- prere verior. Quartus est btūs Seuer⁹ di- scipulus sancti Martini in dyalogo dicens sic. Hieronimus preter fidei meritū dotēqꝫ virtutū: nō solum latinis atqꝫ grecis: sed etiā hebreis ita litteris instructus est: vt se illi in omi scia nemo audeat cōparare. cui iugi ad uersus malos pugna: perpetuūqꝫ certamen Oderūt eū heretici q2 eos nō desinit impu- gnare. Oderūt clerici q2 vitā eoꝝ insectat̄. ⁊ crimina. sed plane eū boni om̄es ⁊ mirant̄ ⁊ diligunt. Nam q̄ eū hereticum esse arbitrant̄ insaniūt. Totus semp in lectione. totus in li bris est: non die: nō nocte requiescit. aut legit aliquid semp: aut scribit. hec ille. Sciendū ꝙ vt docꝫ sctūs Thomas secūda scd̄e. q. xlv. Ad sapientē ptinet ꝯsiderare cām altissimā per quā de alijs certissime iudicat̄. ⁊ ſm quā om̄ia ordinari oportet. vt d̄r in principio me taphi. Causa autē altissima dupliciter accipi pōt vel simpliciter vel in aliquo genere. Ille qui cognoscit cāz altissimā in aliquo genere ⁊ per eam pōt de om̄ibus q̄ sunt illius gene- ris iudicare ⁊ ordinare. d̄r esse sapiēs in illo genere vt in medicina vel architectonica. ſm illud. i. Coꝛ. iij. Ut sapiens architectus fun- damentū posui. Ille autē qui cognoscit cām altissimā simpliciter q̄ est deus d̄r sapiēs sim pliciter. inquantum p regulas diuinas om̄ia pt iudicare ⁊ ordinare. Hmōi aūt iudiciū cō sequit̄ hō p spūm scm̄. ſm illō. i. Coꝛ. ij. Spū alis hō iudicat om̄ia: q2 sicut ibidē d̄r. Spūs etiam om̄ia scrutat̄ etiam ꝓfunda dei. ⁊ sic sapientia est donū spūssancti. Sapi'a autem sumitur quadrupliciter. Primo est sapiētia male operationis. de qua Jacobi. iij. d̄r. Non est ista sapiētia de sursum descēdens: sed ter rena animalis ⁊ diabolica. Bonū em̄ d̄r du- pliciter. Uno modo qđ vere est bonū ⁊ sim pliciter pfectū. Alio modo dicit̄ aliquid eē bonū ſm quādam similitudinē qđ est in ma licia pfectū. sicut d̄r bon⁹ latro. vt pꝫ p pħm v. metaph. Et sicut circa ea q̄ sunt vere bona inuenit̄ aliqua altissima cā q̄ est summū bo- nū qđ est vltimus finis p cuius cognitionez hō d̄r vere sapiēs. Ita etiā in malis est inue nire aliquid ad qđ alia referunt̄ sicut ad vlti mū finē per cuius cognitionē hō d̄r eē sapiēs

ad male agendū. ſm illud. Jerem. iiij. Sapiētes sunt vt faciant mala. bñ aūt facere nescierunt. Quicūq3 eñi auertit a fine debito: necesse est q aliquē finē indebitū sibi prestituat. q2 om̄e agens agit ꝓpter finē. Unde si prestituat sibi finē in bonis exteriorib⁹ terrenis vocat sapientia terrena. Si aūt in bonis corporalibus: vocat sapiētia aīalis. Si autez in aliqua excellentia: vocat sapientia diabolica ꝓpter imitationē superbie diaboli. de quo dr Job xli. Jpse est rex sup vniuersos filios superbie. Secūdo est sapientia intellectualis acquisitionis. s. que acquirit humano studio de qua dr Jerem. ix. Non glief sapiens in sapientia sua. Sicut de ijs que ad castitatē pertinent per rōnis inquisitionē recte iudicat ille qui didicit sciam moralē. Cognitio eñi diuinoꝝ q̄ habet p inquisitionē rōnis pōt haberi cum peccato mortali. ſm illud. Roma. i. c. Ueritatē dei in iniusticia detinēt. Tertio ē sapientia supernalis dilectionis. sapiētia eñi importat quādam rectitudinē iudicij. ſm rōnes diuinas per quādam ꝯnaturalitatez ad ea de qbus est iudicanduz sicut recte iudicat de castitate ille q habet habitū castitatis. vñ Dyoñ. ij. de diui. no dicit q Jerotheus ꝑfectus est in diuinis: nō solum discēs sed etiaz patiens diuina. Hmōi aūt ꝯnaturalitas ad res diuinas fit p caritatē q̄ vnit nos deo. ſm illud i. Coꝝ. vi. Qui adheret deo vnus spūs ē cum eo. ꝛ ſm hoc quidā tñ sortiunt de recto iudicio tam in ꝯtēplatione diuinoꝝ q etiaz in ordinatione rerū humanarū ſm diuinas regulas q̄tum est necessariū ad salutē. ꝛ hoc nulli deest sine petō mortali exiñi per grām gratū facientē. q2 natura nō deficit in necessarijs multo minus grā. Uñ dr. i. Job. ij. Unctio docet nos de om̄ibus. Quarto est sapientia diuinalis eruditiōis. Quidā eñi altiori gradu pcipiunt sapiē donū. ꝛ q̄tum ad ꝯtēplationē diuinoꝝ inquātū. s. altiora q̄daz misteria ꝛ cognoscunt ꝛ alijs manifestare pñt. Etiā q̄tuz ad directionē humanoꝝ ſm regulas diuinas. inquantū pñt ſm eas nō solum seipsos sed etiā alios ordinare Et iste grādus sapiē nō est in om̄ibus habētibus grām gratum facientē. sed magis ptinet ad grās grtis datas quas spūssanctus distribuit ꝓut vult. ſm illud. i. Coꝝ. xi. Alij p spm̄sanctū dat sermo sapiētie. de qua dr Jacobi. iij. Que desursum est sapiā. primo q̄dem pudica est. deinde pacifica. modesta. suadibilis bonis ꝯsentiēs plena misericordia ꝛ fructib⁹ bonis. iudicās sine simulatione. Sapiā eñi que est donum spūssancti. pmo est pudica. quasi vitans corruptelas peccati: deinde aūt pacifica. Nā hoī per pudicitiā a corruptelis recedēti. primo occurrit q q̄tuz ex se pōt modū in omibus teneat: ꝛ sic dicit modesta Secundo vt in his in quib⁹ ipse sibi nō sufficit alioꝝ monitis acquiescat ꝛ sic dr suadibilis. Tertio vt bonis alioꝝ nō repugnet. ꝛ sic dicit bonis cōsentiens. Quarto vt defectibus ꝓximi cōpatiat in affectu ꝛ subueniat in effectu. ꝛ sic dicitur plena misericordia ꝛ fructibus bonis. Quinto vt caritatiue emendare peccata satagat. ꝛ sic dicit iudicans sine simulatione. ne. s. correctionē pretendens odiū intēdat explere. hec Thomas. Btūs Hieronim⁹ in epl'a ad albigensem dicit de seipso sic. Nihil a pueritia ita vitare conat⁹ sum vt animū tumentem ꝛ erectā ceruicē dei contra se odium ꝓuocantē Ego etiaz om̄ia tuta timeo. In monasterio hospitalitati ex corde intendimus. ꝛ oēs ad nos veniētes preter hereticos leta fronte suscipimus ac veniētiū pedes abluim⁹. hec ille. Jsta aūt faciebat ꝓpter sapiē donuz. Jdeo dicit. Uenit in me spūs sapientie.

Uenit in me spūs sapientie.
- Jntelligentiarum.
- Patriarcharum.
- Prophetarum.
- Apostolorum.
- Occisorum.
- Confessorum.
- Jmmaculatoꝝ.

Primo in me venit spūs sapientie intelligentiarum. i. angeloꝝ. Unde ipse de seipso dicit. Jpsaz quoq3 cellulā meā quasi cogitationū ꝯsciam pertimescebā ꝛ mihi iratus ꝛ rig'dus solus deserta petebaz ac penetrabā. Et vt mihi testis est dñs post multas lachrymas nōnunq̄ videbar mihi interesse agminib⁹ angeloꝝ. hec ille. Religio eñi est tanq̄ celū in qua religiose viuentes monachi sunt sicut āgeli dei si tñ obseruēt quattuor. Primo vite bonitatem. Qñ eñi in religione est sanctitas vite: tūc est deo gratum habitaculū Mat. xviij. Ubi sūt duo vel tres congregati in noīe meo ibi sum in me⁊io eorum Est angelo magnū solatium. psal. Preuenerunt principes. i. angeli cōiuncti psallentibus. i. religiosis deuz laudantib⁹. in medio iuuencularū. i. feruentium animarū tympanistriaruz. i. corpoꝝ mortificatoꝝ. Et homini

magnum presidium. Prouerb. xviij. Frater qui adiuuat a fratre quasi ciuitas firma. Et Eccl. iiij. Melius est esse duos simul q̄ vnū. Est diabolo magnum tormentuz. Unde dicitur de congregatione sanctorꝝ terribilis vt castrorꝝ acies ordinata. Cant. vi. Secundo mentis iocunditatem que causat in religiōe a grata sacietate per ꝯcordē ꝛ pacificā dilectionem. discretam gubernationē. Eccl. xxv. In tribus beneplacitū est spiritui meo que sunt grata corā deo ꝛ oībus hoībus concordia fratruz. amor ꝓximorꝝ. vir ꝛ mulier. i. platus ꝛ subditi bene sibi cōsentientes. Tertio cordium vnitatē ꝑ subtractionē diuisianū. Discordie em̄ ꝛ diuisiones cāns aliq̄ndo ꝓpter auariciā i. Thimo. v. Radix oīm malorꝝ est cupiditas. Aliq̄n ꝓpter superbiā. Prouerb. xiij. Inter superbos semꝑ iurgia sunt Aliq̄n ꝓpter carnalem cōcupiscentiam. Jacobi. iiij. Unde bella ꝛ lites in nobis. Nōne ex concupiscentijs nostris que militant in membris nostris. Contra primū in religione est vatū paupertatis cōtra secundū est votum obedientie. contra tertium est votum castitatis.

Quarto lingue modicitatem. Jacobi. i. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam. huius vana est religio. Nam per silentiū occidit diabolus. vt patet. Judi. iiij. De Jaele. per quā designat religiosus q̄ occidit sisaram. i. diabolum in silentio. Et Judit que erat ante thorum holofernis. orans lachrymis ꝛ motu labiorū in silētio. Judith xiij. Btūs Hieronimus Bethleem rediens monasteriū construxit. in quo per sexaginta sex annos permansit velut prudens aial ad ꝑsepe dn̄i vbi fecit quattuor. Primo corpꝰ suū macerauit ieiunando: orando. scribendo vt stratu suo iacens funiculo ad trabez suspenso. supinus se manibus leuaret. vt scilz officium monasterij ꝓut poterat exhiberet.

Secundo hospites leta facie suscipiebat. ꝛ eis necessaria ministrabat. Tertio multos ibidē discipulos coadunans in scō ꝓposito ꝯfirmabat. Quarto bibliotecā suā quā summo studio sibi ꝯdiderat clausā aliosqꝫ libros iterū religens. diē ieiunꝰ ducebat ad vesperū Sicqꝫ angelicā vitā vsqꝫ ad extremū ꝑduxit.

Secūdo venit in me spūs

sapientie patriarcharū qui nō apparentevia preceptorꝝ in lege moysi predicta nec semita consiliorꝝ in euangelio preostensa tamen terram ꝓpriam dimiserunt. parētes reliquerūt quinetiam viā peruenīēdi ad celū scrutari ceperunt. Heb. xi. Abraam obediuit exire in locum accepturus hereditatē nesciēs quo iret Btūs Hieronimꝰ habuit more patriarcharꝝ opera lucida ab omi amore terreno purgata Sūt em̄ quedā terrena in q̄bus homo hꝫ solum administrationē. sicut sunt bona ecclīastica. ꝛ ista relinq̄re est magna ꝑfectio. Sūt q̄dam que hō possidet hereditaria successiōe sicut sunt bona paterna. ꝛ ista relinquere est ꝑfectio maior. Sūt q̄dam que hō possidet ꝑ ꝓpriū studiū ꝛ operationē. sicut sunt bona ꝓprijs manibꝰ acquisita. ꝛ ista relinquere est ꝑfectio maxima. Btūs Hieronimꝰ fuit tante ꝑfectionis ꝙ reliquit oīa bona ecclīastica. qꝛ cū esset cardinalis officio ꝛ bn̄ficio cessit. Reliquit bona paterna: qꝛ oēm hereditatē paternā deseruit: ꝛ ob amorē aplorꝝ. Romā venit ꝛ reliquit oīa bona que ꝓprijs manibꝰ acquirere potuisset ſm ꝙ ipse dicit in ꝓlogo sup Job. Si aut fiscellā iunco texerē aut palmarū folia cōplicarē in sudore vultus mei comederē panē. ꝛ vētris opus sollicita mēte tractarē. nullus morderet. nullus reprehēderet Nūc aūt qꝛ iuxta sn̄iam saluatoris volo opari cibū q̄ nō perit. error mihi geminꝰ infigit. hec ille. Ordo p̄triarcharū floruit q̄druplici virtute plenus spū sapiē. Primo fidelitate vt pꝫ de Abraam de quo dr̄ Heb. xi. Fide Abraam obtulit Isaac cū tēptaret: ꝛ vnigenitū offerebat q̄ susceperat repromissiones ad quē dictū est. qꝛ in Isaac vocabit tibi semen arbitrās: qꝛ a mortuis suscitare eū patēs est deꝰ. Btūs Hieronimꝰ seipsum obtulit deo in sacrificiū q̄n in syriā ꝓfectꝰ: heremū petijt. ꝛ ibi ꝑ quattuor annos artissima pn̄ia se afflixit. sicut ipse dicit in epl̄a ad Eustochiū. Habuit em̄ durū habitaculū. Un̄ ait. quotiēs in heremo ꝯstitutus ꝛ illa vasta solitudine que exusta sol̄ ardoribꝰ horridū monachis ꝑstat habitaculū. putaui me romanis interesse delitijs. Habuit durū habituz. Unde ait. Horrebant sacco mēbra deformia squalida cutis situm ethiopice carnis adduxerat. Habuit durū lectū. Un̄ ait. Quotidie lachryme. q̄tidie gemitꝰ. ꝛ si q̄n repugnantē somnꝰ iminēs oppressisset. nuda humo vix ossa herētia collidebā. Habuit durū cibū ꝛ potū. vn̄ ait. De cibo ꝟo ꝛ potu taceo. cū etiā languētes aqua frigida vtant ꝛ coctuz aliq̄d accepisse luxuria sit. Ideo dicit in psal̄. Sacrificiū deo spūs contribu. cor contri. ꝛ hu. deꝰ nō despi. Secūdo obediētia. vt pꝫ de Isaac q̄ noscēs volūtatez

dei ꝙ cederetur nõ refugit: non acclamauit. sed vltro se obtulit Beatus Hieronym⁹ seipsum continue macerabat. Unde ait Dñe crebro cõiunxi cũ nocte nec prius pectoris cessabaz verberibus ꝙ̃ a dño rediret tranqllitas.

Tertio patientia. vt pz in Jacob qui duras fratris sui Esau patiebatur ꝑsecutiones q̃s tñ patienter tolerauit. Beat⁹ Hiero⁹ magnã passus est a deo ꝑsecutionẽ ꝛ flagellationem sicut ipse ait in epl'a ad Eustochiũ. Nam cuz esset adolescens seculares sciẽtias nimis ardenter legebat. Et circa hoc peccabat q̃druplicitér. Primo quia totuz temp⁹ tali lectioni dabat. de die Tulliũ. de nocte legens Platonem. Secũdo quia lecturus Tulliuz ieiunabat lecturus aũt euangeliũ nõ abstinebat

Tertio quia post lachrymas penitentie legebat libros secularis scientie. cũ potius tũc sacri libri ei fuissent legendi. Quarto quia stilum sacre scripture vilipendebat. ꝛ ei tullianam eloquentiã preponebat. Ideo qꝫ dominus graui euz infirmitate ꝑcussit: ꝛ cum sibi exequie pararentur illico ad tribunal iudicis est perductus. Ubi a iudice cuius cõditiõis esset interrogatus xp̃ianuz se esse r̃ndit. Cui iudex Mentiris. Ciceronianus es nõ xp̃ianus. tandem ꝓmittens ꝙ de cetero litteras seculares nõ legeret ad corpus reductus est Unde dicit sup epl'am ad Gal'. Plus q̃. xv. anni sunt ex quo nunꝙ̃ in manibus meis gẽtilium litteraruz quilibet auctor ascendit: sed si quid fortassis obrepit dum loquimur velut antiqui per nebulam somni recordamur.

Quarto castitate vt pz in Joseph q̃ duras carnis molestias a dña sua ꝑpessus nunꝙ̃ ꝓbuit in voluntate consensuz. Beatus Hieronymus post multam vite asperitatẽ in carne sua nõnũꝙ̃ sentiebat rebellionem. Und ait. Pallebãt ora ieiunijs ꝛ mẽs desiderijs estuabat. ꝛ in frigido corpore et carne ꝓmortua sola libidinũ incendia pullulabant. Itaqꝫ cõtinue flebã ꝛ repugnantẽ carnẽ domandam inedia subigebam. hec ille. Et sic patet.

Tertio venit i me spiritus

nl corroboratione. Luce. xxi. Celum ⁊ terra transibunt. verba autem mea non transibūt. quoniam vsqꝫ in finem seculi sunt duratura. Math. xxiiij. Predicabitur euangelium hoc regni in vniuerso orbe. ⁊ tunc veniet consummatio. Nam predicatio euangelij xp̄i potest intelligi duobus modis. Uno modo quātuꝫ ad diuulgationeꝫ noticie xp̄i. ⁊ sic predicatū fuit euangelium in vniuerso orbe etiam tēpore apostolorum. vt Crisostomus dicit. et ſm hoc quod additur ⁊ tunc erit consummatio. intelligitur de destructione Hierusalem. de qua tunc ad litteraꝫ loquebatur. Alio modo potest intelligi predicatio euangelij in vniuerso orbe cum pleno affectu ita scꝫ ꝙ in qualibet gente fundetur ecclesia. quod quideꝫ erit post persecutionem antixp̄i. Sicut Augustinus dicit in epistola ad Esichium. Nondum est predicatum euangelium in vniuerso orbe sed hoc facto veniet consummatio mundi.

Tertio spiritussancti inspiratione. Unde Hierony. in prologo super Lucam dicit. Sācto instigāte spiritu in achaia hoc scripsit euangelium. Quarto ecclesie xp̄i approbatione qui iussit illud legi ꝑ omnes ecclesias. Cum ergo beatus Lucas fuit operariꝰ xp̄i missus ab eo in messem suā. Ideo dignus est remunerari mercede supernoꝝ. s. beatifica visione patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. ⁊ gaudijs oīum beatorum.

Secundo dignus est operarius

. s. beatus Lucas mercede Angelorū. Unde Apoc. xiiij. dicitur. Uidi alterū angelum volantem ꝑ mediū celum habentē euangelium eternū vt euangelizaret sedentibꝰ sup terram ⁊ super omnē gentem ⁊ tribum ⁊ linguaꝫ ⁊ ppl'm dicēs voce magna. Timete deū ⁊ date illi honorem qꝛ venit hora iudicij eiꝰ. Et adorate eū qui fecit celuꝫ ⁊ terrā: mare ⁊ oīa que in eis sunt. ⁊ fontes aquarū. hec ibi.

Iste enī angelus fuit beatus Lucas. quia sicut in angelo tanꝙ in speculo relucent archana diuine sapientie. Sic in beato Luca relucent sacramēta fidei catholice. Uere enī dicitur angelus ꝓpter quattuor. Primo ratōe reuelationis. Nam vt dicit Dyo. iiij. ca. Cele. hierar. diuina debent ferri ad homies mediātibus angelis. Unde lex vetus data fuit per angelos in manu mediatoris. Gal. iij. Et stephanus dicit Act. vij. Accepistis legem in manu mediatoris. Licet enī soliꝰ ꝑncipis sit sua auctoritate legeꝫ instituere. cū qñqꝫ legē institutā ꝑ alios ꝓmulgat. Et ita deꝰ sua auctoritate legē instituit. sed ꝑ angelos promulgauit. ita etiā vt ordine quodaꝫ doctrina xp̄i ad omēs ꝑueniret: ipse discipulos suos immediate docuit. qui postmodū alios ỽbo ⁊ scripto docuerunt. Prouer. ix. Misit ancillas suas ꝓuocare ad arcē. Ideo beatꝰ Lucas q̄ legem xp̄i nobis ỽbo ⁊ scripto tradidit. est velut angelus mediꝰ inter deum ⁊ nos: ſm illud Malach. ij. Legē xp̄i. s. requirūt ex ore eiꝰ. qꝛ angelus dn̄i exercituū est. Scd̄o rōe annunciationis. Nā vt dicit Dyo. iiij. ca. cele. hierar. Diuinū iesu benignitatis mysteriū. angeli ꝑmuꝫ edocti sūt. postea ꝑ ipsos ad nos cognitionis grā transiuit. Sic ergo diuinissimus Gabriel Zachariā quidē docebat ꝓphaꝫ eē futurū ex ipso. Mariā aūt quō in ipsa fieret thearchicū ineffabilis dei formatiōis mysterium. Sicut aūt solus angelus virgini hec sacramēta annūciauit. sic solus Lucas hec mysteria nobis reuelauit. Unū Hiero. in ꝓlogo sup Lucā dicit sic De hinc in ꝑncipio euangelij sui Johis natiuitate ꝓsumpta cui euangeliū scriberet. ⁊ in quo electus indicaret. cōtestans in se cōpleta esse q̄ essent ab alijs inchoata ⁊c̄. Tertio rōne cognitiōis. Nā corpus xp̄i est panis angeloꝝ. ps. Panē angelorum mādūcauit hō. quoꝝ beatitudo est in plena degustatiōe ipsius ꝑ beatificā cognitionem. Sic beatꝰ Lucas velut angelus degustauit ꝑmo hūc panē in quo plene cognouit sacramentū dn̄ice resurrectionis. Luc. xxiiij. Cognouerūt dn̄m in fractiōe panis. Quarto rōne inuitatiōis. Unū Apoc. xix. dicit. Uidi vnū angelum stantē in sole ⁊ clamauit voce magna oībus auibus q̄ volant ꝑ medium celū: dicens. Uenite ⁊ cōgregamini ad cenā dei magnā ⁊c̄. Iste angelus est btūs Lucas q̄ stat in sole. i. in plena ⁊ ꝑfecta cognitiōe sacramēti eucharistie sup omēs euāgelistas qꝛ sacramētum eucharistie in quo fuit summa benignitas demonstrata. diligentissime ī suo euāgelio patefecit. ideo dignus fuit pasci tali pane velut mercede angelorum.

Tertio dignus est operarius

mercede Prophetarum. Sciendū ꝙ ꝓphete assilant btm̄ Lucā quattuor. Primo euangeliste. Unū Esa xli. dr̄. Primꝰ ad syō dicet. Ecce assum. ⁊ hierl'm euāgelistam dabo. Recte btūs Lucas fuit euangelista q̄ opus euāgeliste ꝯpleuit ij Thimo. iiij Tu vero vigila in oībus labora. Opus fac euangeliste.

Nō quidē est euangelium p̄dicare. Esa. xl. c. Super montē excelsum ascende tu q̄ euangelizas syon. Exalta in fortitudine vocē tuā q̄ euangelizas hierl'm. Exalta noli timere. Dic ciuitatib' iude. Ecce deus vester 7c. Op' euangeliste est euangeliū scribere. Opus euangeliste est ſm euangeliū viuere. Beatus Lucas euangeliū p̄dicauit in Syria, in Anthiochia in Alexandria. Unde fuit ep̄s alexādrinus euangeliū scripsit. Scōȝ euangelia vixit imitat' xp̄m. q̄ cepit facere 7 postea docere. Act. i. Secūdo assimilatur boui. Ezechie. i. Facies bouis a sinistris ipsorū quattuor. Et Apoca. iiij. Secūdum aīal simile vitulo. Inter cetera sancta aīalia btūs Lucas p bouē siue vitulū designat. Bos em̄ q̄tum ad q̄ttuor cōmendatur. Primo q̄tum ad sacrificiū quia deo in sacrificiū in tēplo imolabat. Sic btūs Lucas. dr̄ bos rōne sacrificij q2 circa templum semp īmoratus fuit. 7 in p̄ncipio sui euangelij. agendo de Zacharie īmolatiōe. p̄cursoris in tēplo annūciatione 7 Marie in templo purificatione. In medio agendo de xp̄o duodēne in tēplo remanēte. 7 postmoduȝ in templo p̄dicante. In fine p discipulos dn̄i in tēplo laudantes. cōsūmaudo. Secūdo bos cōmendat quo ad incessum q2 nō saltādo vadit. sed mature incedit. Unde Greg. sup illō Ezech. i. Planta pedis quasi planta pedis vituli. dicit. s. mature incedens. fortis 7 diuisa. Sic btūs Lucas in suo euāgelio incessit mature introducēdo p̄cursoreȝ regis. postea cōceptianē regis. De cōceptiōe p̄cessit ad natiuitateȝ. de natiuitate ad infantiā. de infantia ad pueritiā. de pueritia ad iuuentutē. deinde ad suā cōsummationē. Incessit fortiter, quia alij euangeliste fortiter inceperunt sed nō fortiter finierūt. quia Matheus 7 Jobēs nihil agunt de ascensione. Marcus nihil de iudiciaria p̄tāte. Lucas aūt omia ista p̄sequitur. Incessit diuisim. q2 narrationeȝ p̄cursoris et regis nō cōmiscuit. sed diuisim posuit. Agēs em̄ de annunciatione p̄cursoris accedit ad annūciationē regis. Agens de natiuitate p̄cursoris. accedit ad natiuitatē regis. Agens de predicatione p̄cursoris. accedit ad predicatianē regis. Tertio bos cōmendatur quātum ad mansuetudinem. q2 iugo pressus stimulo agitatus, clamorib' lacessitus. nō murmurat. nō reclamat. Sic beat' Lucas p̄ssus iugo pnīe. agitat' stimulo p̄secutiōis tyrānice. lacessitus clamorib' iniurie nō murmurauit. sed patientiā seruauit. ſm illud. Nō murmur resonat nō q̄rimonia 7c. Quarto bos cōmendatur q̄tum ad laborem 7 vtilitateȝ. Est enim anīal valde laboriosum 7 vtile.

Sic beatus Lucas fuit laboriosus 7 vtilis describendo viā 7 formā p̄ueniendi ad vitaȝ eternam. Est em̄ liber suus. s. euangelij. de q̄ dicit Ezech. ij. Liber erat scriptus intus 7 foris. 7 scripte erant in eo lamētationes. 7 carmen. 7 ve. Hic liber euangelij bti Luce ē scriptus intus p p̄fundi mysterij occultationeȝ 7 foris p hystorie apertionem. in quo cōtinet lamentum passionis, carmen resurrectionis. 7 ve eterne dānationis. vt p3. xi. ca. vbi multa ve ponūtur. Tertio assimilat medico. Unde Colo. iiij. dicitur. Salutat vos Lucas medicus charissimus. Recte em̄ fuit medicus. de quo Ezech. xlvij. dicit. Erunt fructus eius i cibum: 7 folia in medicinā. quia in euangelio suo ponit vnguēta p̄ciosa 7 suauia que sunt exēpla peccatoꝝ cōuersoꝝ. sicut de Magdalena. de Matheo publicano. de filio p̄digo. de publicana. de Zacheo. de latrone cōuerso. Ideo Hiero. in p̄logo sup actus apostolorū dicit. Lucam ita diuina subsecuta est gr̄a vt nō solum corporibus: sed etiā aīabus ei' p̄ficeret medicina. Et Ecc. xxv. Unguentari' faciet pigmenta suauitatis. 7 vnctiones faciet sanitatis. Quarto assimilatur fluuio ſm illud Ecc. xxiiij. Ego quasi fluuius dorix. Exiui de padiso dei mei. Dorix interp̄tatur medicamentū. 7 signat q̄ euangeliū bti Luce est splendidū 7 medicinale lumīe fidei. 7 medicina charitatis. Un̄ sicut Naamā syrus mundat' fuit a lepra in fluuio. vt dr̄. iiij. Reg. v. c. Sic Lucas docet in euāgelio suo qualit' peccator d3 curari a lepra. s. inobediētie que fuit Symonis. Luc. vij. Sup̄bie 7 ingratitudīs. sc3 decem leprosorum. Luce. vij. Et sic p3 7c.

Quarto dignus est operis. s. btūs Lucas mercede ap̄loruȝ.

Unde in sermone qui legitur de eo in ecclesia dicit sic. Lucas inter angeloꝝ 7 apostolorum choros atq3 candentia virginū lilia. 7 īmarcessibiles martyrū rosarum flores coruscat. Ipse em̄ coruscat inter ap̄los quattuor modis

Primo rōne euangelice narratōis. Cū em̄ btūs Lucas nō fuerit in oībus actibus 7 miraculis xp̄i suū euangeliū scripsit. ſm quod apostoli qui p̄sentes fuerant sibi intimauerūt 7 retulerūt. sicut ip̄e in p̄logo suo insinuat dicens. Sicut tradiderūt nobis q̄ ab initio ipsi viderūt 7 ministri fuerūt sermonis. Uisum est

τ mihi assequuto a principio omia diligēter ex ordine tibi scribere optime Theophile. vt cognoscas eorum verboꝝ. de quibus erudit⁹ es veritatem. Secūdo rōne apostolice operationis. Nam actus apostoloꝝ cōscripsit vt animaret nostram operatiuam ad meritoriā actionem ostendendo qualiter apostoli fuerūt fortes ad bene operādum τ ad quodlibꝫ aduersum sustinēdum. Unde Hieroñ. in ꝓlogo super Lucam dicit. Cui Luce non immerito etiam scribendoꝝ apostoloꝝ actuū potestas in ministeriū datur. ꝙ legētibus a credentib⁹ deum breuivolui sermone comprehēdere ꝙ plixius aliquid fastidiētib⁹ ꝑdidisse Tertio rōne lucide apparitionis. Nam ei⁹ euangeliūꝫ preclare approbat btūs Paulus quādo ad cōfirmationem dictoꝝ suoꝝ Luce euangeliūꝫ adducit. Unde Hieroñ. lib de viris illustribus dicit. Quidam suspicantur quotiensciūꝙ Paulus in epistolis suis dicit. ꝫm euāgeliū meū. de luce significare volumine qꝛ ipse dicit. ij Coꝝ. viij. Misimus fratrē nostrum scilicet Lucam. ꝫm glo. cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Etiam vt Hieroñ super epl'a ad Heb. in ꝓlogo dicit. Hanc epistolam fert apostolus ad hebreos conscriptā hebraica lingua misisse cuius sensum τ ordinēꝫ retinens. Lucas euangelista post excessum beati Pauli apl'i greco sermone composuit. Quarto rōne fidelis associationis. Nam Paulo in omibus tribulationibus semꝑ adhesit τ ab eo nunꝙ discedens eidem in predicationis subsidiū fuit. ij. Thi. iiij. Lucas est mecum solus. In hoc ꝙ dicit mecum. scilicet tanꝙ adiutoꝛ τ defensoꝛ. Notatur qualiter sibi subsidium prestitit. in hoc ꝙ dicit solus. notat ꝙ constanter eidē adhesit. ij Coꝝ. viij. Ordinat⁹ est. s. Lucas ab ecclesijs comes peregrinatiōis nostre in hanc grām que ministrat a nobis ad dñi gl'iam τ destinatā voluntatem nostram.

Quinto dignus est operarius. s. btūs Lucas mercede occisorum.

Uñ in sermone q̄ legit de eo per omes ecclesias dicit sic. Martyriūꝫ suo corpori assiduis lamentationibus crebrisꝙ vigilijs mēbra sua macerās ipse induit. Xp̄s em̄ elegit lxxij. discipulos qꝛ deus accepit de spū Moysi. τ dedit septuaginta duobus viris qui regerent populum cum Moyse. vt dicitur Nume. xi. Etiam septuagintaduas palmas inuenerūt filij israel in deserto. Unde dicitur. Exodi. xl. Preterea mundus diuisus est in septuagintaduas linguas. quibus discipuli christi debebant predicare euangelium. Unde Damas. papa. vt habet. distin. lxviij. ca. Coꝛ episcopi. dicit sic. Non amplius ꝙ duos ordines inter discipulos dñi esse cognouim⁹. i. duodecim apostoloꝝ τ septuagintaduoꝝ discipuloꝝ. τ Anacletus papa. vt dicit distin. xxi. ca. in nouo. dicit. Uidentes autem ipsi apostoli messem esse multam τ operarios paucos rogauerunt dñm messis vt mitteret operarios in messēꝫ suam. Unde ab eis electi sunt septuagintaduo discipuli. hec ibi. Inter quos fuit btūs Lucas q̄ fuit dat⁹ ab vniuersa eccl'ia comes bti Pauli ad predicādūꝫ verbū dei. Hic em̄ multas ꝑsecutiōes flagella τ ꝟbera atqꝫ acerrima tormēta cūꝫ btō paulo ꝓ noīe xp̄i ꝑpessus ē. vñ dꝛ ī collecta. q̄ crucē mortificatiōis iugiter ī suo corꝑe ꝓ tui noīs amore portauit

Sexto dignus est operarius. i. btūs Lucas mercede doctoꝝ.

vñ btūs Hiero. in epl'a ad Paulinū dic. Oia ꝟba sua aīe languētis sunt medicina. τ in ꝫmone q̄ legit ꝑ oēs eccl'ias de eo dꝛ sic. Btūs Lucas velut in signis lucifer ab oriētalib⁹ renitēs nobis lumē fidei τ celestis itineris patēter scādere callē demōstrat. τ btūs Amb. sup Luc dic sic Lucas oēs sapiē ꝟtutes. euāgelij sui ꝯplexus ē historia. docuit ei naturalia cū de spūsco dñicā incarnatōꝫ extitisse reserauit. vñ τ Dauid naturalē docēs sapiāꝫ ait. Emitte spm̄ tuū τ crea. τc. Itē cū docuit tenebras ī xp̄i passiōe fcās. terrā tremuisse solē radios abstraxisse. docuit moralia cū in ipis btitudinib⁹ mores docuit. docuit rōnabilia cū ait. Qui fidelis ē in mimo τ in magno fidel' ē. sine hac triplicī sapia. ipsa fides. ipm misteriū trinitat ē nō pōt h̄ est naturali. rōnali. morali. hec Amb

Septimo dignus est operarius. i. btūs Lucas. mercede immaculatorum.

Sciendū ꝙ btūs Lucas īmaculatā habuit vitā quadruplicīter Primo per innocentiā. Hieroñ. in ꝓlogo super actus apl'orū dicit. Sine crimine domino maluit seruire.

Secundo per continentiam. Idem vbi supra. Paulū sequutus est apl'm vsꝙ ad cōfessionē fidei in ꝟginitate ꝑmanēs. Tertio per intelligentiā. Nam secreta ineffabilia q̄ angelus τ sola ꝟgo sciebat solus Lucas disseruit Unde Berñ. ait. Ideo conceptus Elizabeth nunciat Marie vt dum nunc ꝑcursoris nūc

saluatoris edocetur aduent⁹. rerū tēpus τ or
dinem tenens. ipa postmoduʒ melius Luce
scriptori ac p̄dicatori euangelij referet verita
tem q̄ pene de oībus a p̄ncipio celitus fuerat
instructa mysterijs, hec ille. Unde etiā be
atus Lucas s̄m Damascenum. imaginē be
ate virginis depinxit que rome habetur.

Quarto p p̄seuerantiaʒ. Hieronym⁹ vbi su
pra. Lucas octoginta τ. iiij. agens etatis an
nos: in Bithinia de seculo noscitur emigras
se. Unde meritis suis nos adiuuat. quia cuʒ
x̄piani a turcis essēt obsessi apparuit eis vir
quidā lucidus τ coruscus. dicens se esse Lu
cam euangelistam p̄cipiens xp̄ianis vt con
tra hostes ad bella p̄cederent. Sed cum illi
trepidarent ante eos se posuit et victoriā ma
gnam fecit. ij. Machab. xv. Hic est fratruʒ a
mator τ p̄p̄li israel. hic est q̄ τc̄. Amen.

In festo sancte Ursule virginis τ mar
tyris. Sermo. lvij.

Intrauerunt cū spō

i. so ad nuptias. Math. xxv. τ in
euangelio p̄sentis solennitatis.

Beatus Bernardus sermōe. xxxij. sup can
tica. dicit sic. Magnis spiritib⁹ magn⁹ occur
ret sponsus. τ magnificabit facere cum eis. e
mittens lucē suā τ veritatē suā. eosq̄ addu
cens τ deducēs in montē sanctū suū τ in ta
bernacula sua. Regē in decore suo videbūt
oculi eius q̄ imitatus est precūrem se ad spe
ciosa deserti. ad flores rosarū τ lilia cōuallium.
ad amena ortorum τ irrigua fontiū ad deli
tias cellarioꝝ τ odoramēta aromatū. postre
mo ad ipsa secreta cubilia. Isti sunt thesauri
sapientie τ scientie penes sponsum abscōdi
ti. hec vite pascua. hee nuptie preparate in re
fectionem aīarum sanctarū. Beatus vir qui
impleuit desideriū suū ex ipsis. hec ille. Su
per quo talē moueo q̄stionē. Utrū btā Ursu
la collegio sue societatis obtinuit aureolā de
dicate xp̄o virginitatis. Ad istam q̄stionē
r̄ndent tres doctores noui testi. Primus ē
btūs Augustin⁹ in glo. sup illud Exo. xxv. c.
Facies aliā coronā aureolā τc̄. dicēs sic. Ad
coronā p̄tinet canticū nouuʒ qd̄ virgines co
rā agno concinūt. q̄ sequūtur agnū quocūq̄
ierit. Secundus est Beda. in glo. sup illud
Esa. lvi. Hoc dicit dn̄s Eunuchis q̄ tenuerit
fedus meū dabo eis in domo mea locū τ no
men meli⁹ a filijs τ filiab⁹ dicēs sic. Propriā
gl̄iam excellentemq̄ signat. Tertius est sā
ctus Thomas. iiij sente. disti. xlix. dicens sic.
Omne meritū actui virtutis debetur a chari
tate imperato. Uirginitas aūt s̄m hoc ad ge
nus virtutis p̄tinet. s̄m q̄ p̄petua incorrup
tio mētis: τ corporis sub electiōe cadit. Et iō
illis tm̄ virginibus aureola debet̄ que p̄po
situm habuerunt virginitatis p̄petuo conser
uande. siue hoc p̄positum voto firmauerint
siue nō. Et hoc dico s̄m q̄ aureola p̄prie ac
cipitur vt premiū quoddā merito debitū quā
uis hoc p̄positum aliquādo fuerit interrup
tum. integritate tamē carnis manēte dūmo
do in fine vite inueniat̄. quia virginitas mē
tis reparari potest q̄uis non virginitas car
nis. hec Tho. Sciendū q̄ q̄ vult intrare cū
spōso iesu xp̄o ad celestes nuptias p duode
cim portas q̄ sunt duodecim dona gr̄arum:
oportet q̄ ingrediatur. Unde Apoc. xxi. di
citur. Uidi ciuitatē sanctaʒ et habebat murū
magnū τ altū: h̄ntem portas duodecim. Iste
murus est angeloꝝ custodia. q̄ indignos p̄
hibent ab ingressu illius ciuitatis. Porte ci
uitatis sunt dona gr̄arum q̄ nobis suggerūt:
p que ingredimur ciuitatem illā. Ab orien
te porte tres. Prima est contēptus bonoꝝ
temporalium Deuterono. i. Paruuli de qui
bus dixistis q̄ preda hostiū forēt. ipsi ingre
dientur terrā. Unde supbi nō intrant. Esaie
xxxviij. Hoc dicit dn̄s de rege assirioꝝ nō in
trabit ciuitatē hāc. Et Math. xviij. Nisi effi
ciamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū
celoꝝ. Secūda porta est cōfessio peccatoꝝ.
ps. Introite portas eius in cōfessiōe. Exem
plum de latrone cōfitente. cui dictū est Luce
xxij. Hodie mecuʒ eris in paradiso. Tertia
porta est satisfactio delictoꝝ. Esa. xxvi. Ape
rite portas τ ingrediat̄ gens illa. s. q̄ facit iu
dicium de seipsa. puniendo se p pctīs. Exem
plum de Zacheo Luce xix. de his tribus por
tis dicit̄. Ezech. xlviij. Ab oriente porte tres
Porta Dan. Porta Beniamin. Porta Jo
seph. Dan interpretatur faciens iudiciū. τ si
gnificat eū qui nō querit p̄priam gl̄iam. Jo
han. viij Ego gl̄iam meā non quero. Benia
min interpretatur fili⁹ dextre. τ significat cō
fitentem. ps. Me suscepit dextera tua. s. p cō
fessionē. Joseph interpretatur additamentū
τ significat satisfacienteʒ qui addit opera bo
na in compensationem maloꝝ. Ab austro
porte tres. Prima est castitatis mundicia.
Apoc. xxi. Nihil coinquinatum τ abhomina
tionem faciens intrabit in illam. Exemplum
de Aaron. Exo. xxviij. Facias femoralia qui
bus vtentur filij israel. q̄n ingressuri sunt ta

bernaculum. Et Nu. xxv. Purificati intrabit castra. Secunda porta est ciborum abstinētia. Leuit. x. Omne quod inebriare potest nō bibes tu ꝛ filij tui: quando ingressuri estis tabernaculuz testimonij Ezech. xliij. Vinū nō bibet omnis sacerdos: quando ingressurus est atrium interius. Tertia porta est operū innocentia. Prouer. xxx. Stellio manibus nititur: ꝛ moratur in edibus regis. De istis tribus portis dicitur Ezech. xlviij. ca. Ab austro porte tres. Porta Zabulon. Porta Symeō Porta Isachar. Zabulon interpretatur habitaculum pulcritudinis. ecce castitas. Symeon interpretatur exaudibilis. ecce abstinētia. Isachar interpretatur vir mercedis. ecce sancta exercitatio. Ab aquilone porte tres

Prima est sustinentia persecutionum. Hebr. iiij. Ingrediemur enim in requiē nos qui credimus. Et. ij. Reg v. Cecus ꝛ claudus non intrabunt in templum dn̄i. Secūda est patientia tribulationuz. Luce. xxiiij. Nonne sic oportuit xp̄m pati. ꝛ intrare in gloriam suaz.

Tertia est diligētia offensionū. s. inimicos diligendo. Eph. i. Ambulare in dilectione sicut ꝛ xp̄us dilexit vos. De istis tribus portis dicitur Ezech. xlviij. A septentrione porte tres. Porta Ruben. Porta Juda. Porta Leui. Ruben interpretatur preuidens principium. ecce persecutio propter fidem. Juda interpretatur glorificans. ecce patientia. Leui interpretatur appositus. ecce charitas que debet apponi tribulatiōibus. persecutionibus, hostibus. Ab occidente porte tres.

Prima est elemosynarum largitio. ps. Introibo in domū tuā in holocaustis ꝛc. Prouerb. xviij. Donū hominis dilatat viam eius ꝛ ante principes spaciū ei facit. Ideo excluditur auarus. Mathei. xix. Facilius est Camelum per foramen acus intrare ꝙ diuitem intrare in regnuz celoꝝ. Secunda porta est passionis xp̄i meditatio. Gen̄. xxiiij. Ingredere benedicte dn̄i. quod fuit dictū helyeser. quod interpretatur dei mei sanctificatio. Hebre. ix. In secundo tabernaculo solus pontifex introibat nō sine sanguine. Tertia porta est bonorum celestium adeptio. Hebreo. vi. Confugiamus ad tenendam spem quam sicut anchoram habemus aīme tutam ac firmam. ꝛ incedentem vsqꝫ ad interiora velaminis vbi precursor introiuit pro nobis Jesus De istis tribus portis dicitur Ezeche. xlviij. Ab occidente porte tres. Porta Neptalim Porta Gad. Porta Asser. Neptalim interpretatur dilatauit me. ecce pietas. Gad interpretatur temptatio. ecce passio christi. Asser interpretatur beati erunt, ecce spes. Ideo Apocalip. vlti. ca. dicitur. Beati qui lauant stolas suas vt sit potestas eorum in ligno vite. ꝛ per has portas intrent in ciuitatez. Beata Ursula festinauit ingredi in ciuitatez summi regis per has portas cum collegio sue societatis. ps. Adducentur regi virgines post eam. proxime eius afferētur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regis. Ipsa autem velut regina astitit a dextris eius in vestitu deaurato circundata varietate. quō inclinauit aurem suaz ad legem xp̄i ꝛ oblita est domuz patris sui ideo concupiuit rex speciem eius. quia vero ipsa cum sodalibus suis parate erant. propterea intrauerunt cū sponso ad nuptias.

Intrauerunt cum sponso ad nuptias.
- Vocatione.
- Reuelatione.
- Sanctificatione.
- Visitatione.
- Laudatione.
- Associatione.

Primo iste beate virgies intrauerūt cum sponso Jesu xp̄o ad nuptias Vocatione. Unde Apoc. iiij. dicit. Vidi. et ecce ostium apertum in celo. ꝛ vox prima quam audiui tanꝙ tube loquentis mecum dicens Ascende huc. ꝛ ostēdam tibi q̄ oportet fieri. Xp̄us enī ad suas nuptias vocauit beatam Ursulam. cui ostēdit qualiter se debeat preparare tanꝙ virgo prudēs ꝛ nō vt virgo fatua In euangelio enī hodierno designant quinqꝫ stulticie anime fatue. Prima stulticia est qꝛ virgines fatue necessaria saluti aīe nō sumpserūt. Unī dicit. Fatue aūt nō sumpsere oleū secum. s. grarū actiōis quo ad deū. Luce. vij. Oleo caput meuz nō vnxisti. spūalis exultatiōis. Mat. vi. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū. i. mentē spūali leticia pugnaturus cū diabolo ne grauaturis fastidio capiaris ab eo. Pietatis ꝛ mie. Jere. xli. Noli nos occidere qꝛ habemus thesauros in agro s. cōsciētie. frumenti scꝫ charitatis. ꝛ mellis. s. dulcedinis eterne. ꝛ olei. s. cōpassionis ad paupes. Secūda stulticia earum fuit: quia mendicare voluerunt aliorum merita dicentes. Date nobis de oleo vestro ꝛc. Querere enī aliorum merita q̄ vix iustis sufficiunt ad salutē est magna fatuitas Unde subditur. Ne forte nō sufficiat nob ꝛc.

Ezech. xiiij. Tres viri isti. Noe. Daniel. et Job Si fuerint in medio eius, non liberabunt filios et filias: sed ipsi soli liberabuntur. Tercia stulticia earum fuit. quia operari voluerunt quando non potuerunt. Unde dicitur. Dum autem irent emere venit sponsus. Apocalip. x. Juravit angelus per viventem in secula quod tempus amplius non erit. scilicet ad meritorie operandum. quia ut dicitur Apoca i. Dedit illi tempus ut penitentiam ageret et non vult penitere a fornicatione sua. Quarta stulticia earum fuit: quia tarde venerunt. Unde dicitur. Novissime veniunt et relique virgines. i. valde tarde quia porta iam clausa erat. i. sententia firmata ut nullus reproborum ingrediatur. Quinta stulticia earum fuit. ceca presumptio. quando dixerunt. Domine domine aperi nobis. Dominum vocant cui servire noluerunt. Malach. i. Si ego dominus: ubi timor meus? Petunt sibi aperiri ianuam celi cui noluerunt aperire ostium cordis. Cant. v. Vox dilecti mei pulsantis. aperi mihi soror mea etc. Beata Ursula non fuit de numero virginum fatuarum. sed de numero prudentium deducendo secum nobilem famulatum quinque puellarum. Unde. i. Reg. xxv. dicitur. quod cum Abigail pergeret obviam David: quinque puelle iverunt cum ea. Sic beata Ursula veniens ad sponsum suum xpm decorum et fortem assumpsit in comitatu suo quinque puellas. Prima est domina mundicia. qua animam suam ab omni macula peccati per baptismum mundavit. Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. Nam in Britania rex quidam xpianissimus fuit: nomine Norhus qui quandam filiam generavit: et eam baptizari in fide iesu christi fecit et Ursulam nominavit. Secunda est domina fides qua credidit mysterium sancte trinitatis. et mysterium xpi quo ad redemptionem generis humani. Jere. iij. c. Patrem vocabis me et post me ingredi non cessabis. Unde cum rex anglie peteret a patre beate Ursule ipsam copulari unigenito suo. pater eius cepit plurimum anxiari. Tum quia xpi fide insignitam cultori idolorum tradere indignum duceret. Tum quia ipsam nullatenus consentire cognosceret. Tum quia regis ferocitatem plurimum formidaret. Tercia est domina sapientia. qua fallacias mundi convincebat. Judith. xi. Mirabantur omnes ad sapientiam eius. Hec autem mirabili morum honestate sapientia et pulcritudine pollebat. ita quod eius fama ubique volabat. Quarta est domina constantia mentis. qua speravit adiuvari a deo in omnibus adversitatibus. psal. Dominus firmamentum meum et refugium meum. deus meus adiutor meus et sperabo in eum. Ipsa autem divinitus inspirata suasit patri ut predicto regi assensum preberet. Quinta fuit domina orationis instantia. qua orabat ut ad fidem christi animas perditas reduceret. primo Machabeorum. iij c. Non in multitudine exercitus est victoria belli. sed de celo est fortitudo. Exemplum. Exo. xvij. ca. Quando Moyses levabat manus vincebat populus. Et Hester. xiiij. dicitur Hester autem confugit ad dominum pavens periculum quod imminebat. Ista autem orans dominum audivit ut in sponsione matrimonij hanc conditionem proponeret. Ut ipse rex cum patre decem virgines electissimas sibi ad solatium traderet. et tam sibi quam alijs mille virgines assignaret. et comparatis triremibus inducias triennij sibi daret ad dedicationem sue virginitatis. et ipse iuvenis baptizatus in his tribus annis in fide instrueretur etc.

Secundo iste sancte virgines

intraverunt cum sponso ad nuptias Revelatione. scilicet angelorum qui vigilant super nostra custodia. Esaie. lxi. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die et nocte non tacebunt. Et Cant. iii. Invenerunt me vigiles. Circa istam custodiam angelorum pono quattuor conclusiones.

Prima conclusio. Angelus potest immutare sensus hominis exteriores non cogendo libertatem eius. Patet. quia aliquando apparet angelus homini assumendo corpus aereum et in materia visibili immutat sensus hominis Nam angeli apparuerunt Abrahe ad ilicem mambre in corporibus assumptis. Genes. xviij. Etiam immutat sensus interiores oppilando aliquas arterias ne potentia visiva ad organum perveniat. ut patet Genesis. xix. c. de illis duobus angelis qui percusserunt Sodomitas cecitate. Et. iiij. Regum. vi. ca. De angelo qui excecavit Syrios volentes capere Helyseum. ut patet. Secunda conclusio. Angelus potest immutare fantasiam et imaginationem hominis non cogendo voluntatem eius. Et hoc potest monstrari tripliciter.

Primo in somnis dormienda. quia sicut homo potest in seipso fabricare imaginationes rerum quas vidit. sicut freneticus patitur velut somniando multas imaginationes con

citatas per passiones febriles. Sic angel⁹ in fantasia hois dormientis pōt fabricare fantasticas ꝛ ymaginarias visiones. q̄ dicuntur somnia cōmouendo spūs ꝛ humores. vt pꝫ de āgelo q̄ apparuit in sōnis Joseph. Mat. i. ꝛ. ij. c. Secūdo operando secrete inter somnū ꝛ vigiliam: qn̄ facit vigilando dormire ꝛ dormiendo vigilare. vt pꝫ de angelo q̄ suscitauit Petrum in vinculis dormientem queꝫ a carceribus liberauit. Act. xij. Tertio per ymaginarias visiones. ponēdo hoiem in extasi manifestando archana dei. sicut fecit Johanni dum esset in insula Pathmos vbi habuit reuelationē fiedoꝝ in ecclesia dei. Tertia cōclusio. Angelus apparens homini corporaliter illuminat intellectū eius spūaliter. Patet de angelo q̄ instruxit Abraam de imolatione Ysaac. Geñ. xx. Et de angelo Thobie q̄ eū duxit ꝛ reduxit: ꝛ de vxore ducēda ꝛ cognoscenda: ꝛ de hereditate sibi debenda: ꝛ de illuminatiōe patris salubriter instruxit. Thobie v. ꝛ vltra. Quarta cōclusio. angelus indirecte agēs in volūtatē hois libertatē ei⁹ nō tollit. pꝫ qꝛ soluꝫ disponit incitādo humores ꝛ vapores ac spūs ad fabricationē ymaginationuꝫ q̄bus ośdit mala futura intellectui q̄ volūtas disponat recedere a peccatis vt mala vitent. vel persuadent bona pmissa vt voluntas inclinet ad seruandū diuina mādata vt pmissa adipiscat. Unde Jerem. li. dicit q̄ angeli dei confortauerūt babilonios minis ꝛ pmissis qui tñ noluerūt acquiescere. ppter qd angeli clamauerunt. Recedamus. qꝛ curauimus babylonē ꝛ nō est curata. Ideo cū angelus Eleuterio futuro sponso btē Ursule apparuit iuuenis illa cōditiōe quā btā Ursula sibi exposuit accepta apud patrē instituit. ꝛ ptinus baptizatus accelerari cuncta q̄ virgo petierat, imperauit. Unde angelus reuelauit quattuor. Primo electioneꝫ. s. sponsi btē Ursule per regenerationē baptismalem ꝛ sui voti de numero virginū adimpletionē.

Secundo reuersionem. Nam angelus domini reuelauit btē Ursule: q̄ post visitatōeꝫ sanctoꝝ apostolorum Rome virgines Coloniam integro numero redirent. palmam martyrij percepture. Tertio associationem Nam ipsa nocte qua beate virgines Romā venerunt angelus domini reuelauit pape cyriaco vt eis se associaret cum pluribus prelatis ecclie. Quarto obuiationē. Nam cū illa scā societas a roma rediret āgelus dñi reuelauit Eleuterio vt spōse sue obuiaret cū ea in colonia palmam martyrij percepturus.

Tertio btē virgines intrauerunt cū sponso. s. iesu xp̄o ad nuptias sanctificatione. Iste eñi virgines habuerūt quattuor impedimenta sue virginitatis. s. iuuētutem. diuitiarū abundantiā. nobilitatē. ꝛ corporis pulcritudinē. q̄ cōiter fallunt mulieres Ad custodiā aūt hui⁹ virginitatis habuerūt quadruplicem ambitū muroꝝ. s. frequētationē ieiunioꝝ. Joel. ij. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio ꝛc̄. Protractionē vigiliarū. Mat. xxiiij. Uigilate qꝛ nescitꝭ qua hora dñs vester venturus est. Asperitatē vestimentoꝝ. ps̄. Posui vestimentū meū ciliciũ. Uñ Judith. Jeiunabat oībus dieb⁹ hñs super lumbos suos ciliciū. Exercitationē operū bonoꝝ. Berñ. Uoluntas facit vsum. vsus exercitiū. exercitiū in omi labore vires subministrat. hec ille. Talis fuit defensio btē Ursule cui assignatū fuit maximū collegium virginum. Nam ad ipsam vndiqꝫ virgines cōfluunt. vndiqꝫ viri ad tam grande spectaculum currūt. multi epi ad ipsam cōueniūt vt secuꝫ pergāt inter quos fuit Pātulus basilieñ. eps Etiā Gerasina regina Sicilie cuꝫ quattuor filiab⁹ suis Babilla Juliana Uictoria Aurea. ꝛ Adriano filio suo vsqꝫ in britāniā nauigauit. Singulis ḡ pparatis iux cōdictuꝫ btē Ursule secreta cordis sui. btā vrsula cōmilitonib⁹ suis reuelat. ꝛ in nouā militiā sepēs sacrificāt nūc ieiunijs nūc vigilijs intēdūt. vestes molles abijciūt vilioꝛib⁹ ꝛ aspioꝛib⁹ ꝯtegūt. mō belli preludia inchoāt. mō currūt. mō discurrūt. īterdū bella plerūqꝫ fugā simulāt. oiqꝫ gñe ludoꝝ exercitate. nihil qd aīo occurrebat relinq̄bāt īītactū. sicqꝫ b. vrsu. oēs illas regies ad fidē xp̄i ꝯuertit ꝛ ī lege xp̄i mira deuotōe ac scītate īstruxit. put sp̄s scūs eidē suggessit

Quarto iste virgines intrauerūt cū spōso iesu xp̄o ad nuptias visitatione. q̄ ē in gubnatōe familie siue reipublice Ad rei āt publice gubnatōē exigūt. iiij. sic dicit Cato. ꝛ refert Aug⁹. li. v. de ciui. dei dicens sic Plurima maiores nr̄os magnos fecerunt. s. domi īdustria. foris iusticia. aīus ī ꝯsulēdo liber. nulli delicto obnoxi⁹. Prio q̄ntū ad domesticos magna īdustria. qꝛ vt dr. ij. Thi. v. Qui suoꝝ ꝛ maxīe domesticoꝝ curā nō hꝫ fidē negauit. ꝛ ē infideli deterior. Exēplū Thobie. x. Apphendentes parētes filiā suā osculati sunt eā monentes honorare soceros. dili

gere maritum: regere familiam: gubernare domū: ꝛ seipam irreprehensibilē exhibere. Beata vrsula domū suam feliciter gubernauit. Nam matrē sponsi sui. ꝛ Eleuteriū sponsum suū: sororē suam: ꝛ Dariā matrē suam ad fidem xp̄i cōuertit. Secūdo q̄ntum ad forenses iusticia. Job. xxix. Justicia indut⁹ sum. Joh. vij. Nolite ꝯm faciez iudicare: sed iustū iudiciū iudicate. Beata vrsula habuit iusticiā que dei sunt deo reddendo. que cesaris cesari tribuēdo. Ante em̄ q̄ a domo paterna egrederet̄ ab om̄ib⁹ temporalib⁹ se expediuit vt xp̄o liberi⁹ vacaret atq₃ cōmilitones suos sic peragere hortabatur. Tertio quantū ad rep̄hensionē ꝛ cōsultationē. anim⁹ liber: vt nec timore: nec amore: nec odio: nec munere a ꝟitate discedat: nec veritatez taceat. Jsidor⁹. Jniqui iudices errant in veritate iusticie: dum intendūt in equalitatem p̄sone. Beata vrsula fuit liberi animi in cōsulendo pape cyriaco vt papatui renūciaret quod ꝛ fecit. Secut⁹ est autē ip̄m vincenti⁹ presbyter cardinalis. ꝛ Jacob⁹ de britānia archiep̄s antiochen⁹. ꝛ Maurici⁹ ep̄s leuitane vrbis. ꝛ Follari⁹ ep̄s lucensis. ꝛ Sulpicius ep̄s rauēnensis. ꝛ Clemēs ep̄s. ꝛ marculus ep̄s grecie: ꝛ neptis sua constantia. ꝛ alij plurimi. Quarto quantū ad innocentiam anim⁹ nulli delicto subiect⁹. Tulli⁹. Age ne tua oratio tibi cōtraria fit: q2 pondus est pudoris grauissimi propria voce confundi. Greg. Durū est vt qui nescit tenere moderamina vite p̄prie: iudex fiat vite aliene. Beata vrsula habuit animū innocentia preditum: q2 nō se armauit armis carnalib⁹: sed sp̄ūalib⁹. Nam cū ip̄a p̄uenisset cū cōmilitonibus suis p̄spere vsq₃ coloniā. inde ad vrbem basileam ibidē relictis nauib⁹ romam pedestres venerunt sanctoꝝ ap̄loꝝ limina visitature: vbi que nondū renate erāt i xp̄o baptizate sunt ꝛc̄.

Quinto iste virgines intrauerunt

cum sponso iesu xp̄o ad nuptias laudatione: qua int̄ p̄secutiones ꝛ aduersa laudauit dn̄z. Vn̄ Judic. v. dicit̄. Noua bella elegit de⁹. ꝛ vere noua p̄pter p̄sonas bellantes. i. Coꝛ. i. Jnfirma mūdi elegit de⁹ vt confundat fortia. Est em̄ q̄druplex gen⁹ noui belli. Primū contra seip̄m. Math. xvi. Si quis vult venire post me abneget semet ip̄m ꝛ tollat crucē suam ꝛ sequat̄ me. Jstud gen⁹ belli assumpsit beata vrsula cū cōmilitonibus suis: nō solū regnū mundi ꝛ omnē ornatum seculi contēnendo p̄pter amorem dn̄i iesu xp̄i: sed etiā p̄priā voluntatē ipsi dedicando. Secundū contra parētes ꝛ amicos. Math. x. Non veni mittere pacē s̄ gladium. veni em̄ separare filium aduersus patrem: ꝛ filiam aduersus matrē suam: ꝛ nurum aduersus socrū suā ꝛc̄. Et Hieron. Si pater in limīe hostij iaceat: ꝛ mater sparsis crinib⁹ vbera quib⁹ te lactauit ostendat. per calcatū perge matrē: p calcatā perge matrē ꝛ opertis oculis ad crucē xp̄i euola. Opus em̄ pietatis est in hac re esse crudelē. hec ille Beata vrsula ꝛ cōmilitones sui relictis patribus: matrib⁹: fratrib⁹: amicis: secuta est iesum xp̄m. Tertiū gen⁹ est cōtra illatas iniurias tacere. Josue. vi. Non clamabis ꝛ nō audiet̄ vox tua: neq₃ vllus tumult⁹. Greg. Gloriosius ē iram tacēdo fugere q̄ r̄ndendo superare. Math. v. Ego aūt dico vobis nō resistere malo: sed si quis te p̄cusserit in vnā maxillā prebe ei ꝛ alterā. Beata vrsula dū esset rome cū cōmilitonib⁹ suis oēm gratiam quaz in curia romana habuerat ab eo tempore quo cyriacus papatui renūciauit amisit. Naz cardinales reclamauerūt maxime: q2 ipsum delirare dicebant: eo q̄ relicta pontificat⁹ gloria post quasdaz mulierculas fatuas ire vellet. vn̄ nomen eius de cathalogo pontificum abraserūt. Quartū gen⁹ est vulnera patienter tolerare. Math. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Beata vrsula cuz cōmilitonib⁹ suis a roma coloniā redijt. ꝛ ip̄az iam ab hunis siue vngaris obsessam inuenerūt: quos barbari videntes sup̄ eas cū clamore nimio irruerūt: ꝛ quasi lupi sevientes in oues totā illā multitudinē occiderūt. Beata vrsula p̄ncipem hunorū vicit ꝛ confudit sua mansuetudine prudentia: patiētia: ꝛ orōne: q2 vidēs ei⁹ miram pulchritudinē obstupuit ꝛ cōsolans eā sup̄ necē virginū p̄misit sibi q̄ eā in cōiugē duceret. Jlla xp̄o deū laudans istū penitus spreuit. Qui contēptū se vidēs directa sagitta eam transfixit: sicq₃ martyriū cōsūmauit Cordula aūt vna ex virginib⁹ cū nocte latuisset timore p̄territa in crastinū se vltro offerens martyrij coronā suscepit. Et sic patet laudatio iesu xp̄i in supplicio sctārū ꝟginū.

Sexto iste virgines intrauerunt

cū sponso iesu xp̄o ad nuptias associatōne: q2 associāt agnū sequēdo ip̄m quo-

tunc ꝗ ierit. Apoc. vij. Hij sunt q̄ venerūt de tribulatōe magna τ lauerunt stolas suas τ dealbauerūt eas in sanguine agni. idō sunt ante thronū dei τ seruiunt ei die ac nocte in templo ei⁹ τc. vsqȝ ab oculis eoꝝ. Intrauerunt em̄ in pulchritudinē celestē quā concupierunt. vbi est q̄druplex pulchritudo mirabilis. Prima est regis celestis. Esa. xxxiij. Regem in decore suo videbūt. Apoc. i. Facies ei⁹ sicut sol lucet. Secūda est ciuiū beatorum. Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Phil. iij. Reformabit corp⁹ hūilitatis nostre τc. Tertia ē pacifice societatis. Esa. xxxij. Sedebit popul⁹ me⁹ in pulchritudine pacis τc. Quarta ē ciuitas celestis. Numeri. xxiiij. ꝙ pulchra tabernacula tua israel τc. ps. ꝙ dilecta tabernacula tua ꝯtutū τc. Ad quā hodie ꝑuenit beata vrsula cū angeloꝝ societate. iij. Reg. x. Ingressa est regina saba in hierl'm cum multo comitatu induta decore regio decorata corona regia: cibū regis comedens: habitans in regali palacio τ memor suoꝝ deuotorum. vt pꝫ in visione cuiusdā virginis ex numero istarū q̄ deuotū suū religiosuꝫ dulciter cōsolata est hic ꝑ grām τc. Amen.

In festo sanctoꝝ apostolorum Symonis τ Jude Sermo. lviij.

Ecundū propositū

vocati sunt sancti. Roma. viij. τ in ep̄la p̄sentis solēnitat̄. Beatus Aug. li. lxxxiij. q̄stionū dic̄ sic. Ad misericordiā ꝑtinet vocatio: ad iusticiā ꝑtinet beatitudo eoꝝ q̄ venerūt vocati: τ suppliciū eoꝝ q̄ venire noluerūt. hec ille. Sup quo verbo talē moueo questionē. Utrū in sanctoꝝ Symonis τ Thadei electione iusticia fuerit cū mi̅sicordie rōne. Ad istā questionem respondent duo doctores noui testamenti.

Prim⁹ est beat⁹ Aug. li. iij. contra pellagium. c. ij. dic̄ sic. Sicut nulla est acceptio ꝑsonarū: q: sic ali⁹ honorat̄ vt ali⁹ debito modo fraudet̄. Sic etiā cū ꝫm ꝓpositū dei ali⁹ vocatur ali⁹ nō vocat̄. Uocatio dicit̄ gratuitū bonū cui⁹ boni est vocatio ip̄a p̄ncipiū. Nō vocato aūt redditur malū q: rei sunt oēs ex eo ꝙ ꝑ vnū hoīem peccm̄ intrauit in mūduꝫ hec ille. Secūd⁹ ē sanct⁹ Tho. pte. i. q. xxi. dicēs sic. Nō pōt aliq̄d facere de⁹ ꝙ sit non cōdecēs bonitati τ sapientie sue. τ q: q̄cq̄d in rebus creatis facit ꝫm ꝯnenientē ordinē τ ꝓportionē facit in quo cō̄sistit rō iusticie sic oportet in omi ope dei esse iusticiā. Sicut em̄ ordo cōgruus familie vel cuiuscūqꝫ multitudinis gubernare: demōstrat iusticiam in gubernāte. Ita ordo vniuersi q̄ apparet tā in reb⁹ naturalib⁹ ꝙ voluntarijs demōstrat iusticiā dei. Un̄ Diony. dic̄. viij. c. de diuinis noib⁹. Oportet videre in h̄ esse verā dei iusticiā ꝙ omib⁹ tribuit ꝓpria ꝫm vniuscuiusqꝫ existentiū dignitatē: τ vniuscuiusqꝫ naturaꝫ in ꝓprio saluat ordine τ ꝟtute. Ea aūt que alicui nature debent̄ de⁹ ex abūdātia sue bonitatis largi⁹ dispēsat ꝙ exigat ꝓportio rei. Min⁹ em̄ est ꝙ sufficeret ad ꝯseruandū ordinē iusticie ꝙ ꝙ diuina bonitas affert que oēm ꝓportionē creature excedit: τ sic in q̄libet ope dei apparet mi̅sicordia. hec tho. Sciendū ꝙ in q̄bꝫ ope dei ē iusticia τ mia. Primo in ope creatōis in q̄ apparet iusticia: q: ꝓducēdo res de nō esse ad eē facit ꝙ ꝯuenit sue bonitati qd̄ ē iustū. apparet ēt mia q: eripit res a tanta miseria vt ē nō esse τ deducit ad eē. τ tāto maior ē mia ꝙto dat nobili⁹ eē.

Secūdo in ope expulsionis. s. p̄moꝝ parētū de ꝑadiso in q̄ apparet iusticia: q: subtraxit ab eis de⁹ id qd̄ statui integritat̄ cōpetebat. s. loc⁹ ꝑadisi terrestris ꝓpt̄ peccm̄ ipoꝝ. Gen̄. iij. Emisit eū de⁹ de ꝑadiso voluptat̄. Apparet ēt mia: q: si hō post peccm̄ de ligno vite comedisset in miseria hui⁹ vite diuti⁹ ꝑstitisset. Tertio in ope redēptiōis in q̄ apparet iusticia: q: de⁹ fecit qd̄ erat cōueniēs sue bonitati. scꝫ sūme se cōicando creature ꝑ vnionē ꝑsonalē. Apparet ēt mia: q: ꝑ hoc abstulit miseriā nr̄am. Titū. iij. ꝫm suā misericordiaꝫ saluos nos fecit. Quarto in ope adimpletōis in q̄ apparet iusticia q: in deis attēdit qd̄ ꝓmisit. Rom̄. xv. Dico em̄ iesuꝫ xp̄m ministrū fuisse circūcisiōis ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. Apparet ēt mia: q: ex supabūdanti grā ꝓmisit. Quīto in ope cōuersiōis in q̄ apparet iusticia q: impleuit scp̄turas τ ꝓphetias de ꝯuersiōe gētiū. Apparet ēt mia: q: ex mera liberalitate dei ꝯuerse sūt gētiles ad fidē xp̄i. Rom̄. xv. Gētes aūt sup mia honorificare deū. Sexto i ope iustificatōis in q̄ apparet iusticia dū culpas relaxat ꝓpt̄ dilectionē. Apparet ēt mia: q: dilectōnē mi̅sicordit̄ infundit. sic de magdalena legit̄ Luc̄. vij. Dimissa sūt ei peccā multa qm̄ dilexit multū. Septio in ope gubernationis in q̄ apparet iusticia. q: de⁹ tēporalit̄ affligit iustū cū impijs. Apparet ēt mia: q: ꝑ hmōi afflictōes aliq̄ leuia in eis purgat̄.

et ab affectu terrenoꝝ mag̃ in diuina erigũ-tur. ſm illð Greg̃. Mala q̃ nos in h° mũdo ꝑmũt ad deũ ire cõpellũt. Octauo in ope ſubtractiõis in q̃ apparet iuſticia: q: de9a iu-ſtis ſubtrahit bona tẽpoꝛalia q̃ nõ ſũt ſimpli-citer hoĩs bona. imo ſepi9 auertũt hoĩem a bñ faciẽdo. Apparet ẽt mĩa: q: bona ſpũa-lia cedũt in ꝓfectũ hoĩs q̃ ad vitã eťnã. Nono in ope punitiõis in q̃ apparet iuſticia: q: mali merenť penã eťnã i inferno. Apparet etiã mĩa nõ quidẽ totaliť relaxãs ſꝫ aliq̃liter alleuiãs dũ punit citra cõdignũ. Decio in ope gloꝛificatiõis in quo apparet iuſticia: q: de9 dat electis gloꝛiã eternã ꝓ bonis opib9 Math. xx. Qð iuſtũ fuerit dabo vobis. Apparet etiã mĩa: q: cũ de9 ſit excellẽtiſſim9 datoꝛ ꝓpť ſupabundãtiã ſue bonitat̃. opoꝛtet ꝙ ſemꝑ ei9 datio in bonis ſuꝑexcedat ꝓpoꝛtionẽ recipiẽtis. Vñ apl̃s ait. Nõ ſunt cõdigne paſſiones hui9 tꝑis ad futurã gloꝛiaꝫ q̃ reuelabiť in nobis. Beati apl̃i ſymon et iu-das hodierna die igne ſpũſſancti inflãmati ꝟbũ dei feruẽtiſſime ꝑdicauerũt. ſm qð xp̃s eis mãdauerat dicẽs. Eũtes docete oẽs gẽtes. Math. vlti. quib9 etiã dixit illð Math. ij. Filij emulatoꝛes eſtote legis: et date aĩas vr̃as ꝓ teſtamẽto patrũ et accipiet̃ gl̃iaꝫ magnã. Vñ fuerũt figurati ꝑ duas oliuas quo ad ſplẽdoꝛẽ ſanctitat̃. Zach. iiij. Hij ſũt due oliue, etiã ꝑ duos gladios q̃ ad feruoꝛẽ predicatiõis. Luc. xxij. Ecce duo gladij hic, et ꝑ duos calathos q̃ ad dulcoꝛẽ gl̃ie celeſtis. Jerem. xxiiij. Ecce calathi duo pleni ficis poſiti ante tẽplũ dñi. Quia ꝟo ad iſta fuerũt electi hij duo apl̃i, ꝓpterea ſm ꝓpoſitũ dei vocati ſunt ſancti ꝛc.

Scðm ꝓpoſitũ dei vocati ſunt ſancti per
- Sapientiam.
- Juſticiam.
- Modeſtiam.
- Obedientiam.
- Noticiam.
- Intelligentiam.
- Vigilantiam.
- Diligentiam.
- Audaciam.
- Solertiam.

Primo ſcðm propoſituꝫ

dei vocati ſunt ſancti hij duo apl̃i ꝑ ſapientiam. Bern̄. Inueniſti plane ſapiẽtiã ſi pꝛioꝛis vite defleas peccata: ſi hui9 ſeculi deſideria paruipendas, ſi eternã beatitudinẽ toto deſiderio concupiſcas. Inueniſti ſapientiã ſi tibi boꝛũ ſingula ſapiũt ꝓut ſunt. hec ille. Sapiẽtia q̃ttuoꝛ effect9 habet ſingulares.

Pꝛĩo a carnalitate eruit. Pꝛouer. ij. Si interuenerit ſapiẽtia coꝛ tuũ et ſcia aĩe tue placuerit con ſiliũ cuſtodiet te vt eruaris a via mala et ab hoĩe q̃ peruerſa loquiť et a muliere ꝑuerſa vt ambules viam bonaꝫ et calles iuſtoꝝ cuſtodias. Secũdo a vanitate arguit. Pꝛouer. i. Sapiẽtia foris ꝑdicat dicẽs Vſquequo paruuli diligitis infantiã et ſtulti ea q̃ ſibi ſunt noxia cupiẽt et imprudẽtes odibunt ſcientiã: cõuertimini ad coꝛreptionem meã. En ꝓferã vobis ſpm̃ nouũ. Tertio in ſpũali edificio confirmat. Math. vij. Omĩs q̃ audit ꝟba mea et facit ea aſſimilatur viro ſapienti q̃ edificat domũ ſuã ſupra petrã. et deſcẽdit pluuia diabolice temptationis: et venerũt flumina tempoꝛalis tribulationis: et flauerũt venti cõtumclioſe locutionis: et irruerũt in domũ illã et nõ cecidit. fundata eñi erat ſuꝑ firmã petrã. Quarto ſingula oꝛdinat. Sap. viij. Diſponit oĩa ſuauiť ſcꝫ affectũ per leticiã de reb9 diuinis. ps. Signatũ eſt ſuꝑ nos lumen vult9 tui dñe dediſti leticiã in coꝛde meo. effectũ ꝑ bonã operationẽ. Math. vij. A fructib9 eoꝝ cognoſcetis eos. Auditũ ꝑ ꝟbi dei deuotõnẽ. Joh. viij. Qui eſt ex deo verba dei audit. Affatuꝫ ꝑ doctrine xp̃i predicationẽ. Math. xij. Bonus homo d̃ bono theſauro coꝛdis ſui ꝓfert bona. Symon et iudas hãc ſapiam ꝙto fuerunt xp̃o viciniores tãto magis adepti ſũt Sicut ꝙto q̃s eſt ſoli ꝓpinquioꝛ tanto pl9 de luce ꝑticipat. Iſti autẽ apl̃i fuerũt germani xp̃i. q: anna moꝛtuo ioachĩ accepit cleophã fratrẽ ioſeph et genuit ex eo aliã filiã quã ſimiliť mariã vocauit, et alpheo poſt modũ in ꝯiugẽ ſociauit. Hec ãt maria ex alpheo viro ſuo quattuoꝛ filios genuit. ſcilicꝫ Jacobum minoꝛem. Joſeph iuſtũ qui et Barſabas dictus eſt. Symonem et Judam qui et dictus eſt Thadeus. quia xp̃o ſanctificati fuerunt per gratiam.

Secundo ſcðm propoſitũ

dei vocati ſunt ſancti hij duo apoſtoli per iuſticiam. Bernardus ſuper cantica dicit ſic Staturam dedit dominus homini rectam. foꝛſitan vt iſta rectitudo coꝛpoꝛea exterioris vilioꝛis figmẽti hoĩem interioꝛẽ qui ad imaginẽ dei fact9 eſt ſpũalis ſue rectitudinis ſeruande ãmoneret. Quid eñi indecentius

ꝙ curuū recto corpore gerere animū: hec ille. Et Ouidi⁹ in metha. li. i. dic̄ sic. Pronoq3 cū spectent aīalia cetera terrā. Os homī sublime dedit celūq3 videre iussit: ꝛ erectos ad sydera tollere vult⁹. hec ille. Unde dn̄s ait Math. vi. Nisi abundouerit iusticia vestra plusꝙ scribarū ꝛ phariseoꝝ non intrabitis in regnū celoꝝ. Hec autē iusticia est viuere ꝫm statuta noue legis. Principalitas legis noue est gr̄a spūssancti: que manifestat̄ q̄druplicit̄. Primo in fide ꝑ dilectionē operante. homo aūt ꝯsequit̄ hanc gr̄am ꝑ dei filium hoīem factū cui⁹ humanitatē p̄mo repleuit gr̄a: ꝛ exinde ad hoīem fuit deriuata. Joh. i. Uerbum caro factū est. deinde subditur. plenū gr̄e ꝛ veritatis. Et infra de plenitudine eius nos oēs accepim⁹ gr̄am ꝓ gr̄a. deinde addit̄ gr̄a ꝛ ṽitas ꝑ iesum xp̄z facta est. ꝑ hanc aūt gr̄am caro spiritui subditur. Secūdo in sacramētis ꝑ que in gr̄am introducimur. ꝛ hoc ip̄e dn̄s instituit per se ip̄m s. baptismū: eucharistiam: ordinē ministrorū noue legis: instituēdo ap̄los. ꝛ. lxxij. discipulos: ꝛ pn̄iam: ꝛ matrimoniū indiuisibile: cōfirmationē etiā ꝓmisit ꝑ spūssancti missionē. ex ei⁹ etiā institutōe ap̄li leguntur oleo infirmos vngendo sanasse. vt habetur Mar. vi. Que sunt noue legis sacramenta.

Tertio in confessione fidei: que habꝫ necessariam cōuenientiaꝫ ad interiorē gr̄am que in fide ꝑ dilectionē operāte cōsistit. Math. x. Qui confitebit̄ me coram homib⁹: cōfitebor ꝛ ego eū corā patre meo. ꝛ qui neg. me corā homib⁹ neg. ꝛ ego eū corā patre meo.

Quorto in obseruātia legis xp̄i. Math. x. Nolite possidere aurū neq3 argentū ꝛc. Hec enī precepta dn̄s dedit ap̄lis tanꝙ moralia instituta. ꝛ possunt intelligi dupliciter. Uno modo ꝫm Aug. li. de consensu euāgelistarū vt nō sint p̄cepta sed ꝯcessiones. Concessit enī eis vt possent ꝑgere ad officiū p̄dicationis sine pera ꝛ baculo: ꝛ alijs hmōi tāꝙ habentes ꝑtātem necessaria vite accipiēdi ab illis quib⁹ p̄dicabāt. Un̄ subdit. Dignus ē enī operari⁹ cibo suo. nō autē peccat si super erogat q̄ sua portat: ex quib⁹ viuat in p̄dicationis officio nō accipiēs sumptū ab his q̄bus euāgelium predicat sicut paulus fecit.

Alio modo p̄nt intelligi ꝫm alioꝝ expositionē sanctoꝝ. vt sint quedā statuta temporalia ap̄lis data ꝓ illo tp̄e quo mittebantur ad p̄dicandū in iudea ante xp̄i passionem. Indigebant enī discipuli q̄si adhuc paruuli sub cura xp̄i existentes accipere aliqua instituta specialia a xp̄o: sicut ꝛ quilibet subditi a suis p̄latis ꝛ p̄cipue q2 erāt paulatim instruendi ꝛ exercitandi vt temporaliū sollicitudinē abdicarēt: ꝑ qđ reddebantur idonei ad hoc ꝙ euangeliū per vniuersum orbem p̄dicarent. In his quattuor vocati fuerunt hij duo apostoli.

Tertio scd̄m propositum

dei vocati sunt sancti hij duo ap̄li per modestiam. Col. iij. Induite vos sicut electi dei: ꝛ sancti ꝛ dilecti: viscera misericordie: benignitatē: humilitatē: ꝛ modestiā. Modestia enī versatur circa oīa q̄ relinquunt̄ moderāda. ꝛ hec sunt q̄ttuor. Primū est mot⁹ animi ad aliquā excellentiam quē moderat̄ humilitas. Secūdū est desideriū coꝝ que ꝑtinent ad cognitionē. ꝛ hoc moderat̄ studiositas que opponit̄ curiositati. Tertiū est honestas in his que ꝑtinent od corporales mot⁹ ꝛ actiones vt sc3 decent̄ ꝛ honeste fiant. Quartū est qđ pertinet ad exterioreꝫ apparatū: puta in vestib⁹ ꝛ alijs hmōi. Lex aūt euāgelica ordinat hoīem ad modestiaꝫ sc3 ne opa ṽtutis faciat ꝓpter inanē gl̄iam Unde ꝑponit tria ad que oīa alia reducuntur. Nam oīa q̄ aliq̄s facit ad refrenandum seip̄m suis cōcupiscentijs reducunt̄ ad ieiunium. Quecunq3 ṽo fiunt ꝓpt̄ p̄ximi dilectionē reducunt̄ ad elemosynā. Quecunq3 vero ꝓpt̄ dei cultū fiunt reducunt̄ ad orationem. In his aūt moxime seruāda est modestia: q2 ꝑ hoc hoīes solent maxime gloriam venari. ꝛ hoc ꝑ ypocrisim. Ideo lex euangelica in his valde detestat̄ ypocrisim. vt patꝫ Math. v. que vt bene cognoscat̄. Sciēdū ꝙ vigintiquinq3 sunt genera ypocritarum.

Primi dicunt̄ Gabacull q̄ gemēdo ꝛ suspirando ꝑcutiūt pect⁹ suū vt videant̄ ab hominib⁹ qui dū hec agūt in corde suo trufantur. Math. xxiij. Oīa sua opa faciunt vt videantur ab homib⁹. Secūdi dicunt̄ megasancti q̄ frequenter osculantur imagines sanctoꝝ quasi videant̄ eas velle comedere. Luc. xi. Ue vobis ypocrite q̄ edificatis monumēta ꝓpherarū. Tertij dicunt̄ Gratacieli q̄ se deuotos volētes ōndere qn̄ audiūt aliq̄d de deo man⁹ q̄si gaudēdo erigūt od celum adeo vt videant̄ deū de celo velle rapere Math. xxiij. Ue vobis ypocrite q̄ comeditis do. vi ōrones longas ōrones ꝛc. Quarti dicunt̄ Boccasuta: qui volētes videri tac

tumi ad sibi dicta nō rn̄dent sed labijs p̄te-
sis spatulas ɔtrahūt et gestu loquunt̄. Luc.
xi. Ue vobis ypocrite q̄ tulistis clauem scie
et ipi nō introistis. Quīti dicunt̄ Capitor
ti qui totū studiū ponūt vt portent collū tor
tum et caput pcliuū vt appareāt homib⁹ hu
ꝓmendo. nix ex honestate ꝯuersatōis. glacies ex mortificatiōe carnis. spūs ꝓcellarū id est tēpestas ex mortificatiōe viciorum. Octauo ad doctores dicit. Montes ⁊ oēs colles ligna fructifera ⁊ omēs cedri. Nā doctores fideli sacre scripture expōe. sūt montes in sensu ꝉrali. colles ī sensu morali. ligna fructifera in sensu allegorico. cedri in sensu anagogico. Nono ad anachoritas dicit. Bestie ⁊ vniuersa pecora serpentes ⁊ volucres pēnate. i. vos anachorite ꝗ vicistis bestias id est morꝯ bestiales carnis. ⁊ vniuersa pecora. i. tēptamēta mūdi. serpētes. i. tēptationes dyaboli. ꝗ velut volucres ꝑ celestē cōuersationē pēnate ꝑ simplicitatē mentꝭ. ps. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe ⁊ volabo ⁊ requiescā: laudate deū. Decimo ad religiosos ⁊ monachos dicit. Reges terre ⁊ oēs ppꝉi ꝓncipes ⁊ oēs iudices terre. i. vos ꝗ instruxistis in lege dei sapiētes ⁊ potētes mūdi. s. reges: ppꝉos: ꝓncipes ⁊ iudices vestris sermonibꝯ: exhortationibꝯ: sanctitate vite: ⁊ bonis moribꝯ: laudate cū illis dn̄m. Undecimo dicit ad virgīes. Iuuenes ⁊ virgines laudēt nomē dn̄i: qꝛ virginitatē suā deo deuouerūt. Duodecimo ad viduas dicit. Senes laudēt nomen dn̄i. i. qui sunt in statu viduitatis ⁊c. Decimotertio dicit ad cōiugatas. Cū iuniorībꝯ. s. viris ꝯiugate laudent nomen dn̄i. Decimoꝗrto ad oēs electos ꝓcipue penitētes dicit. Cōfessio eiꝯ super celū ⁊ terrā: iō exaltauit cornu ppꝉi sui. qꝛ pnia celū penetrat ⁊ terrā pedibꝯ ꝯculcat. Quia vero scti hac die laudāt deū: iō ⁊ nos ipm in sctis laudare debemꝯ. ps. Laudate dn̄m in sctis eiꝯ. ⁊ hoc sm oēs ordines sanctoꝝ. Primo debemꝯ laudare beatā virginē. Iō dicit. Laudate eū in firmamēto virtutꝭ eiꝯ. Nā firmamētū virtutꝭ. s. fidei fuit beata ꝟgo. qꝛ ceteris titubātibꝯ hora passiōis xp̄i ipa sola ꝑmāsit firma in ꝟtute fidei. Ezechiel. i. Firmamētū qꝺ erat īminens capiti aīaliū. i. xp̄o capiti aꝑꝉoꝝ: ꝗsi aspectus lapidis saphiri. ꝑ firmitatē fidei ipam honoramus. pctōres nō celebrāt festuz btē virgis hodie: ſꝫ astaroth ꝗ interꝑtat exprobratio. qꝛ vacant diuinationibꝯ ⁊ magicis artibꝯ. Scdo debemꝯ laudare angelos. ideo dicit. Laudate eum in virtutibus eius. id est pro gloria angelicis spiritibus data. Per humilitatē em̄ ipsos honoramus. Eccꝉ. iij. Magna potentia dei solius ⁊ ab humilibus honoratur. peccatores non celebrant festum angeloꝝ: sed luciferi ꝑ suꝑbiā. Iob. xl. Ipse est rex suꝑ oēs filios suꝑbie. Tertio debemus laudare patriarchas. ideo dicit. Laudate eū sm multitudinē magnitudis eiꝯ. i. ꝓ glia patriarchis collata in quibꝯ relucet magnitudo ⁊ multitudo diuīe bonitatis ex quibꝯ ortus est xp̄s. quos de lymbo eduxit ⁊ ad celum deduxit. Gal. iij. Abrahe dicte sunt ꝓmissiones ⁊c. Zach. ix. Tu quoqꝫ in sanguīe testamenti tui eduxisti vinctos de lacu. ps. Ascēdens in altū captiuā duxit captiuitatē. per miam ipos honoramꝯ. Heb. vlti. Hospitalitatꝭ nolite obliuisci. Per hāc em̄ quidā placuerūt deo. Pctōres nō celebrant festū patriarcharū: ſꝫ māmone ꝑ auariciā. Math. xvi. Nō potestis deo seruire ⁊ māmone. Qrto debemꝯ laudare pphetas. iō dicit. Laudate eū in sono tube. i. ꝓ glia pphetꝭ collata. ꝗ fuerūt tube dei. Esa. lviij. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuā. ꝑ ꝯtēptū mūdi ipos honoramꝯ. Heb. xi. Circuierūt in melotis: in pellibꝯ caprinis egētes: angustiati: afflicti. Pctōres nō celebrant festū pphetarū: ſꝫ beelphegor ꝗ interpretatur vestitꝯ sicut vani gloriosi. Eccꝉi. xi. In vestitu ne vane glorieris vnꝗ̄. Quinto debemꝯ laudare apꝉos. iō dicit. Laudate eū in psalterio. i. ꝓ glia apꝉis collata. ꝗ fuerunt psalteriū decē chordarū. i. ꝓceptoꝝ dei que ꝓdicauerūt in vniuerso mūdo. ps. In psalterio decē chordarū psallite illi. cātate ei canticū nouum. s. incarnatiōis: passiōis: resurrectōis xp̄i. ꝑ zelū salutis fraterne ipos honoramꝯ. Math. vi. Diligite inimicos vestros. pctōres nō celebrant festū apꝉorum ſꝫ beelzebub ꝗ est deꝯ muscarū. sicut detractores. Math. x. Si patrēfamilias beelzebub vocauerūt: quanto magis domesticos eiꝯ. Sexto debemꝯ laudare sctōs innocentes. iō dicit. Laudate euz in cythara. i. ꝑ gloria sctis innocētibꝯ collata. Cythara em̄ dulcis sonat: ſꝫ quid dulcius ꝗ̄ innocenter viuere? Apoc. xiiij. Vocē quā audiui sicut cythare doꝝ cytharizantiū in cytharis suis. ꝑ innocentiā ipos honoramus. ps. Innocētes ⁊ recti adheserūt mihi. peccatores non celebrant festū innocentū: sed astartes ꝗ interpretatur plasmationis suꝑfluitas. sicut obstinati. Septimo debemus laudare martyres. ideo dicit. Laudate euz in tympano. ꝗ sicut tympana fuerunt extensi martyrio. ⁊ in pellibus ꝑcussi resonabāt fidez xp̄i. Iere. xxxi. Uirgo isrꝉ adhuc coronaberis tympa

nis suis p patientiã ipsos honoramus. Un dicit. No murmur resonat. nõ q̃ri. i. cor. x. in. bñ cõs. cõser. patientiã. pctõres non celebrãt festum martyrũ: s martis dei belli p ira cundiã. Iac. iiij. Litigat et belligerat. s. duellis et ludis vacãdo. Octauo debem⁹ laudare põtifices: iõ dic̃ et choro. Etiã religiosos: iõ dic̃. Laudate eũ in chordis. Insup doctores: iõ dic̃. et organo. qui suis doctrinis suaues melodias dederũt. Per abstinẽtiã ipsos honoram⁹. ij. Cor. vi. In fame et siti. in ieiunijs mult. pctõres celebrãt festũ baal: q interpretat deuoratio: sic̃ gulosi. Phil' iij. quorũ de⁹ venter est. Nono debem⁹ laudare vgines. iõ dic̃. Laudate eũ in cymbalis bene sonantib⁹. etiã totũ collegiũ electoꝝ: iõ dic̃. laudate eũ in cymbalis iubilatiõis. Per cõtinentiã et puritatẽ ipos honoram⁹. i Thessal' iiij. Sciat vnusq̃sq; vestrũ vas suũ possidere in sanctificatõe et honore pctõres celebrant festũ asmodei: sicut voluptatẽ sectantes. Sap. xi. Nullũ pratũ sit q nõ pertranseat luxuria nr̃a. Cõcludit g dicẽs. Ois spũs tã celestis q̃ terrestris laudet dñm. Amen.

Alius sermo de omib⁹ scis q̃ est Ser. lx.

Merces vestra copiosa est in celo.

Math. v. et in euãgelio &c. Beat⁹ Greg. in omel'. de distinctõe nouẽ ordinũ angeloꝝ dicit sic. Distincte cõuersationes hoim̃ singuloꝝ ordinũ angeloꝝ dignitatib⁹ cõgruũt: et in coꝝ sortẽ vel ordinẽ per cõuersatõnis similitudinem deputant. hec ille &c. Sup quo moueo talem q̃stionẽ. Utrũ electos assumi ad ordines spirituũ beatoꝝ sic cõueniat: vt decimũ ordinẽ poni seorsum nõ deceat. Ad istã questionem rñdent q̃ttuor doctores noui testamenti. Prim⁹ est beat⁹ Aug. in enchiridion. et allegat a magro sententiarũ lib. ij. dist. ix. c. x. dicẽs sic. Supna hierl'z mater nr̃a dei ciuitas. nulla ciuiũ suoꝝ numerositate fraudabitur: aut vberiori copia fortasse regnabit. Neq; em̃ numerũ aut sanctoꝝ hoiz aut immũdoꝝ demonũ nouim⁹. in quoꝝ locuz succedentes filij catholice matrisq̃ sterilis apparebat in terris in ea pace de q̃ illi ceciderũt: sine vllo tempis termino pmanebũt Sed illoꝝ ciuiũ numer⁹: siue q̃ est: siue q̃ fuit: siue q̃ futur⁹ est: in cõtemplatõe ei⁹ artificis est q̃ vocat ea q̃ nõ sunt tanq̃ ea q̃ sunt. hec ille. Secũdus est beat⁹ Greg. vt allegat a magro eadẽ dist. ca. ix. dicẽs sic. Superna illa ciuitas ex angelis et hoib⁹ cõstat. ad quã credim⁹ humani generis tantuz ascendere quantos illic contigit angelos remãsisse vt scriptũ est. Statuit numeruz populoꝝ: iuxt numerũ filioꝝ dei. hec ille. Terti⁹ est magister sentẽtiarũ eadẽ dist. c. viij. dicẽs sic. Apparet de homib⁹ nõ esse formandũ decimuz ordinẽ tanq̃ nouẽ sint angeloꝝ: et decim⁹ hominũ. Sed hoies p qualitate meritoꝝ statuendos in ordinib⁹ angeloꝝ. Qd ergo legitur decim⁹ ordo cõplendus de homib⁹. Lu ce xv. sup illud. Aut q̃ mulier habẽs dragmas decẽ &c. Ex tali sensu dictũ accipi pot. q2 de homib⁹ restaurabit qd in angelis lapsum est: de quib⁹ tot corruerũt. vnde posset fieri decim⁹ ordo. ppt qd dicit aplus. Restaurari oĩa in xp̃o que in celo sũt: et que in terris. q2 p xp̃z redemptũ est gen⁹ humanũ de quo fit reparatio ruine angelice. tñ non min⁹ saluaret homo: etiã si angel⁹ non cecidisset. hec magister. Quart⁹ est Origenes sup lib. numeroꝝ omel'. xix. dicẽs sic. Agũt angeli diẽ festũ letantes sup his q̃ refugiẽtes consortia demonũ p exercitia vtutũ angelicis festinant sociari consortijs. hec ille. Sicut autẽ diuersa sunt merita sanctoꝝ. sic diuerse sunt vie et porte quib⁹ intrant in illã ciuitatẽ dei. Unde iohes Apoc. xxi. dicit sic Ostẽdit mihi angel⁹ ciuitatẽ sanctã hierl'm descendentẽ de celo habentẽ claritatẽ dei: et hẽbat murũ magnũ et altũ hñs portas duodecim. Ab oriẽte porte tres. ab occasu porte tres. a meridie porte tres. ab aq̃lõe porte tres &c. Qui em̃ intrauerit i hãc ciuitatẽ p viã q̃ respicit ad orientẽ nõ fuerũt assumpti ad ordines angeloꝝ. sed exaltati fuerũt sup eos: eo q maior gloria debebat. Per pmã portam intrauit xp̃us. Ezech. xliij. Ecce gloria dei israel ingrediebat per viaz orientalẽ. Et Marci vlti. c. Dñs quidẽ iesus assũpt⁹ est in celũ: et sedet a dextris dei. Per secundaz portaz intrauit spũssanct⁹ postq̃ descendit super aplos in linguis igneis. Ezech. xliij. Maiestas dñi ingressa est templũ per viã porte que respiciebat ad orientẽ: Per tertiã portam intrauit virgo beata. Ezech. xliiij. Conuerti me ad viam porte sanctuarij exterioris q̃ respiciebat ad orientem et erat clausa. Per hanc introiuit virgo beata que fuit clausa per virginitatem in conceptione xp̃i. Ideo cantat sancta mater ecclesia. Exaltata est sancta dei genitrix super choros angeloꝝ ad celestia regna. Si aũt queratur mod⁹

exaltationis patet per illud qđ dicitur de ea Elegit eam deus ⁊ preelegit eam. ⁊ habitare eam facit in tabernaculo suo. In cuius figura dicit̃. iij. Reg. ij. Surrexitq̃ rex in occursum eius ⁊ sedebit ipa super thronum regis. Ceteri autẽ electi assumuntur ad ordines sanctoꝝ angelorum. sicut dicit christus Math. xxij. Erunt homĩes sicut angeli dei in celo. Propterea dicunt verba ꝓposita. Merces vestra copiosa est in celo. Sũt autem nouem ordines angelorum. vt declarat magister sententiarũ lib. ij. dist. ix. c. i. dicẽs sic. Nouem esse ordines angelorum scriptura promulgat. scꝫ angelos: archangelos: ꝑncipatus: potestates: virtutes: dominatiões: thronos: cherubin: atqꝫ seraphin. Et inueniuntur in istis ordinibus tria terna esse: ⁊ in singulis tres ordines: vt trinitatis similitudo in eis insinuet̃ impressa. Unde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit. trinos in singulis ponens. Sunt enĩ tres superiores: tres medij: tres inferiores. Superiores. seraphin: cherubin: throni. Medij dominationes: principatus: potestates. Inferiores virtutes: archangeli: angeli. hec magister. Ad istos assumunt̃ nouem ordines hominũ electorum. Unde sciendum ꝙ de quolibet ordine angelorum multi ceciderũt Sicut declarat magister sententiarũ. vbi supra. c. vi. dicẽs sic. Qđ ita distincti fuerint a ꝑmordio sue conditionis isti ordines. videtur testimonio auctoritatũ insinuari que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine naq̃ꝫ superiori lucifer ille cecidit quo nullus dignior conditus est. Apostol⁹ etiam principat⁹ ⁊ potestates tenebrarum nominat: ostendens de ordinib⁹ illis cecidisse: qui cũ in malis ministeriũ exercent: non tamen penitus nominibus ordinũ suorum priuati sunt. hec magister. Et intelligit ꝙ a principio creationis isti ordines fuerunt distincti non donis sed datis i. non gratuitis sed naturalib⁹. Prius ergo fuerũt distincti naturalibus postea gratuitis ſm illud Mathei. xxv. Dedit vnicuiqꝫ ſm ꝓpriam facultatem. In locum istorum cadentium successerunt homĩes electi: ⁊ iste sunt mansiones de quib⁹ dicit xp̃us Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Super quo dicit Greg. li. iiij. dialogoꝝ sic. In domo patris mei mãsiones mlte sunt. Si enĩ dispar retributio in illa beatitudine eterna nõ esset vnam potius mansionem ꝙ multas saluator appellaret. multe ergo mansiones sunt in quibus ⁊ distincti beatorum ordines: ꝓpter meritorum consortium cõmuniter letetur. ⁊ tamen vnum denarium oĩes laborãtes accipiunt. qui in multis mãsionibus distinguuntur. Quia ⁊ vna est beatitudo quaꝫ illic percipiunt: ⁊ dispar retributionis qualitas: quã per merita diuersa sortiuntur. hec ille. Cum ergo nouem sint ordines angelorum. ideo nouem sunt ordines hominũ electorum: qui ad illos assumpti sunt: quos per ordinem videamus.

Primus ẽ ordo seraphin

qui interpretãtur ardentes. de quibus dicit Greg. in omelia de distinctione nouẽ ordinum sic. Seraphin ardẽtes vel incẽdentes vocantur: que quia ita deo coniuncta sunt: vt inter hec ⁊ deũ nulli alij spiritus intersint ⁊ tanto magis ardent quanto hunc vicini⁹ vident. hec ille. Ab isto ordine cecidit lucifer. Unde magister sententiarũ lib. ij. dist. vi. ca. i. dicit sic. De maioribus quidẽ corruerunt: inter quos vnus fuit lucifer: omnibus alijs cadentibus excellentior. nec inter stantes aliq̃s eo fuit dignior. sicut testimonijs auctoritatum monstratur. Unde Esaias. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris ⁊c̃. Qui non vn⁹ ordo sed vn⁹ spũs occipiend⁹ est. Qui teste Isido. postꝙ creatus est. eminentiaꝫ nature: profunditatemqꝫ scientie sue perpendens in summ creatorem superbiuit: intantũ ꝙ se deo equare voluit. Unde in Esa. dicit̃. In celum conscẽdam. i. ad dei equalitatem. super astra celi. i. super oĩes angelos. exaltabo solium meũ ⁊ ero similis altissimo. Similis quidem deo esse voluit: non per imitationem iusticie: ſ per equalitatem potentie. hec magister. In locum luciferi successit ordo patriarcharum. de quibus Greg. vbi supra. dicit sic. Sunt nõnulli qui superne contemplationis amore accensi in solo cõditoris sui desiderio anhelant. nil iam in hoc mundo accipiunt. solo eternitatis amore pascunt̃. terrena quoqꝫ abijciunt: cuncta temporalia mente transcẽdunt: amant ⁊ ardent: atqꝫ in ipo suo amore requiescunt: amãdo ardent: ⁊ quos ṽbo tangunt ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim Quoꝝ corp⁹ in igne conuersum lucet ⁊ vrit hec ille. Tali nempe charitate accensi erant patriarche. Unde Aug. li. de laudib⁹ chari

tatis:dicit sic. In charitate pauper est dives Sine charitate omis dives est pauper. Hec in adversitatibus tolerat: in prosperitatib⁹ temperat. in duris passionibus fortis est. in bonis operib⁹ hylaris est. in temporalibus ditissima. inter bonos fratres letissima. int̃ falsos patientissima. in abel per sacrificium leta. In noe per diluviū secura. in abrahe pe grinatōe fidelissima. in ysaac īmolatōe obe dientissima. in iacob persecutōne mitissima in ioseph venditione patientissima. hec ille. Conabatur aut lucifer extinguere hanc cha ritatem in patriarchis accendendo mentis cupiditate. vt patet de cayn: esau: & de pasto ribus abrahe & loth. vt dicitur Genes. xiij. Propterea dicit. i. Thimo. vlti. Qui volunt divites fieri incidunt in temptationem & in laqueum diaboli: & in desideria multa que mergunt hoīem in interitū & perditionem. Ut autē possent se defendere a laqueis lu ciferi habuerūt vnā sociā scz dominā inno centiam. de qua dicit ps. Non privabit bo nis eos qui ambulant in innocentia. Et ite rum. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio dom⁹ mee. Propter hanc di xit abraham ad loth. Ne queso sit iurgium inter me & te. fratres enī sumus. Gen̄. xiij. Et de Jacob dicit Gen̄. xxv. Porro iacob erat vir simplex: & habitabat in tabernacu lis &c. Induebantur autē vestimentis aure is dilectōnis dei & proximi. iuxta illud Job xl. Circunda tibi decorem in sublime erigere esto gloriosus: & speciosis induere vestimē tis. Cum his vestimentis ascendunt patri arche ad domum domini: per portam que respicit ad meridiem. iuxta illud Apoc. xxi. A meridie porte tres. per primā portam in trant patriarche. Nam sol in medie ardet. Et qz patriarche ardebant charitate. iuxta illud Math. xij. Ignē veni mittere in terrā: & quid volo nisi vt ardeat? Ideo intraverūt regnū celoꝝ per hanc portā. Venientes au tem ad pedes sanctissime trinitatis canta verunt illud ps. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: & metuant eum omnes fines terre. Quos gratissime accepta vit & coronavit eos corona divitiarum cele stium q̄ est apud ipsam. iuxta illud Prover. viij. Mecum sunt divitie & gloria. de hac co rona dicitur Prover. xiiij. Corona sapientū divitie. Sic autē coronatos deputavit ora torio in quo stant seraphin laudantes deū continue. Juxta illud Esa. vi. Vidi dominū sedentem super solium excelsum & elevatū & plena erat domus a maiestate eius: & ea que sub ipso erant implebant templū. Se raphin stabant super illud: sex ale vni: & sex ale alteri. & clamabāt alter ad alterū. San ctus sanctus sanctus: dn̄s de⁹ exercituū: ple na est omīs terra gloria ei⁹. In eodē orato rio stant patriarche: cantātes illud ps. Be ati qui habitant in domo tua dn̄e: in secula seculoꝝ laudabunt te. Habuerunt autē istā mansionē per feuduz observantes fidelita tem & obedientiam deo. vt declarat Paul⁹ Heb. xi. Tunc domina paupertas assecura vit eos de sua gloria dicens. Beati paupe res spiritu: quoniā ipsoꝝ est regnum celorū Super quo Aug. lib. de verbis dn̄i dicit sic Hij sunt pauperes spiritu: qui quando faci unt aliquid boni deū laudant. Et Hugo li bro de claustro aīe dicit sic. Pauperes spiri tu sunt: qui licet affluant divitijs: corda tn̄ nolunt apponere. Et sic pz primus.

Secundus ordo est cheru

bin qui interpretatur plenitudo scientie. De quibus dicit Greg. in omel. vbi supra. Su periora illa agmina. ideo cherubin vocata sunt. Quia tanto perfectiori scientia plena sunt quanto claritatem dei vicinius con templantur: vt sm creature motum: eo ple ne omnia sciant. quo visioni conditoris su per meritū dignitatis appropinquant. Ab isto ordine cecidit sathan de quo dicit Lu ce. x. Videbam sathan quasi fulgur de celo cadentem. Et assimilatur fulguri propter lu minositatem. quia in eo vigebat lumen in tellectus: quod est obscuratum in casu eius In locum sathan successit ordo propheta rum: propter lumen divinarum revelatio num eis factarum. Unde Gregorius in omelia vbi supra dicit sic. Quia vero cheru bin plenitudo scientie dicitur. & paulo do cēre didicim⁹. qz plenitudo legis ē dilectio & charitas. Omnes qui dei ac proximi cha ritate ceteris amplius pleni sunt: merito rum suorum sortem: inter cherubin nume ros perceperunt. hec ille. Hij autem fue runt prophete qui dicūt illud. i. Corinth. ij. Nobis autem revelavit deus per spiritum sanctum suum. Que enim sunt dei nemo novit nisi spiritus dei. Et. ij. Pet. i. Non enī voluntate hūana allata est aliqn̄ pphetia.

Sed spūscō inspirati locuti sunt sancti dei homies. Conabat autē sathan textinguere hanc sapientiā in pphetis peruertendo locutōis veritatē ꝛ hec est temptatio fraudulētie. Act. v. Anania cur temptauit sathanas cor tuū mētiri te spūiscō. Jdō sathan dicit illud. ij. Reg. xxij. Ero spūs mendax in ore oīm pphetarū ꝛc. Ut aūt possent se defendere a laqueis sathan habuerūt vnā sociaꝫ scꝫ dnām prudentiā. de qua Prouer. ix. dr. Relinquite infantiā ꝛ viuite ꝛ ambulate p viam prudētie. quib⁹ ipā dicit illud Eccli. ij. Qui timetis dnm diligite illum ꝛ illuminabuntur corda vestra. Induebatur aūt vestimentis lucidissimis sapientie. Roma. xiij. Induamur arma lucis sicut in die honeste ambulem⁹. Et ps. Decoreꝫ induisti amict⁹ lumine sicut vestimēto. Cū his vestimētis ascendūt pphete ad domū dn̄i p secundaꝫ portā que est ad meridiē. qm̄ sol in meridie maxime lucet. Et qꝛ pphete lucebāt lumine sapiētie. Phil. ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo: verbuꝫ vite cōtinētes ad gliaꝫ in die xpi. iō intrauerūt regnuꝫ celoꝝ p hanc portā. Venientes autē ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud ps. De⁹ misereat nostri ꝛ bn̄dicat nobis: illuminet vultū suū sup nos ꝛ misereat nostri. Quos gratissime acceptauit: ꝛ coronauit eos corona preciosa. de q dr Eccli. xxv. Corona senū multa peritia ꝛ gloria illoruꝫ timor dei. Sic autē coronatos deputauit cancellarie. Sūt eñ tanq̄ cancellarij curie celestis. ps. Lingua mea calam⁹ scribe velociter scribentis. cantātes illud ps. Beat⁹ hō quē tu erudieris dn̄e ꝛ de lege tua docueris eū. Habuerūt aūt istā mansionē p edificationē. i. Coꝛ. iij. Superedificat sup fundamentū hoc: aurum: argentū: lapides p̄ciosos. Tunc dn̄a mansueta assecurauit pphetas de sua gloria dicens. Beati mites qm̄ ipi possidebūt terraꝫ de qua Aug. li. ij. de doctrina xpiana: dicit sic. Mitescere est nō cōtradicere diuine scripture siue intelligere si aliq̄ vicia nostra percutit siue nō intelligere: quasi nos melius ꝛ breui⁹ sapere ꝛ percipere possem⁹. hec ille. ꝛ sic patet secundus.

Tertius ordo est thronorum

in quib⁹ sedet de⁹ ad iudiciū exequendum. Unde Greg. in omelia vbi supra dic̄ sic. Throni quoqꝫ illa agmina sunt vocata. quib⁹ ad exercendum iudiciū semp omnipotens deus presidet. Ab isto ordine cecidit belial qui interpretat absqꝫ iugo vel absqꝫ domino de quo dicit. ij. Coꝝ. vi. Que conuentio xpi ad belial. q̄si dicat nulla. quoniā omne iudiciū dedit pater filio. Joh. vi. Sed tale iudiciuꝫ fugit belial: quia est p̄uatio sui principatus. In locum belial successit ordo apostoloꝝ. de quib⁹ dicit Math. xix. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis ꝛ vos sup sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Unde Greg. in omelia vbi supra dicit sic. Sunt nonnulli q̄ dum sibimetipis vigilanti cura dominant. dum se sollicita intentione discutiūt diuino timori semp inherent hoc in munere virtutꝫ accipiūt vt iudicare recte alios possint: quorum profecto mentib⁹ dū diuina cōtemplatio presto est. in his velut in throno suo dominus presidens: aliorum facta examinat: ꝛ cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni conditoris sunt: hec ille ꝛc. Conabat autē belyal extinguere rectitudinē iudicij in apostolis: extinguēdo fidei claritatē. quoniaꝫ vt dicit. i. Pet. ij. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Et Apoc. i. Esto fidelis vsqꝫ ad mortē. Contra illam temptationeꝫ sollicitus erat paulus. i. Thessal. iij. dicens. Misi ad cognoscendam fidem vestram ne forte temptauerit vos is qui temptat: ꝛ inanis fiat labor vester ꝛc. Ut aūt possent se defendere a laqueis belial habuerunt vnaꝫ sociam. s. dominā veritatem: dicentes illud Prouer. viij. Veritatem meditabit guttur meū ꝛ labia mea detestabunt impiū. Induebant aūt vestimētis iusticie, iuxta illō Job xxix. Justicia idut⁹ sū ꝛ vestiuit me sic vestimētū: ꝛ dyademate iudicio meo. et Esa. lxi. Induit me dn̄s vestimēto salutis ꝛ indumēto iusticie circumdedit me. Cum his vestimētis ascendunt apostoli ad domum dn̄i per tertiam portam ad meridiem. Nam sol in meridie est in medio celi. ꝛ apostoli fuerunt in ecclesia dei sicut sol in medio celi. Math. v. Vos estis lux mundi ꝛc. Venientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerunt illud Apoc. vij. Salus deo nostro q̄ sedet super thronū ꝛ agno. quos gratissime acceptauit ꝛ coronauit eos corona aurea. de qua dicit Prouerb. xvi. Corona dignitatis senectus que in vijs iusticie reperitur. Sic autem coronatos deputauit cōsistorio

vbi cause audiunt᷑ ⁊ sententie diffiniuntur. Sap. iij. Fulgebunt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arundineto discurrēt. Judicabunt natiōes ⁊ dominabunt᷑ populis. Habuerunt autē istam mansionem per emptionem. Math. xix. Ecce nos reliquim⁹ om̄ia ⁊ secuti sum⁹ te. quid ergo erit nobis? Jesus aūt dixit. Centuplum accipietis ⁊ vitā eternam possidebitis. Tunc apostoli cantauerūt illud ps. Beati qui custodiunt iudicium ⁊ faciunt iusticiam in om̄i tempore. Statimq̄ʒ domina liberalis assecurauit eos de sua gloria: dicens. Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā: quoniā ipsi saturabunt᷑. Super quo Richardus libro de contemplatiōe dicit sic. Justicia perfecta iubet inimicos diligere: parentes ⁊ p̄pria queq̄ʒ relinquere. illata mala patienter ferre. oblatam gloriā vbiq̄ʒ declinare. hec ille. Sed hec om̄ia obseruauerunt apostoli. ⁊ sic patet tertius ⁊c̄.

Quartus ordo est dominationum.

de quib⁹ Greg. in omelia vbi supra dicit. Ea angelorum agmina que potius preeminent pro eo q̄ eis cetera ad obediēdum subiecta sunt: dominatiōes vocantur. Ab isto ordine cecidit beemoth: qui interp̄tatur bestia. de quo dicit᷑ Job. xl. Beemoth fenum quasi bos comedet: ipse est p̄ncipiū viarum dei ⁊c̄. In locum beemoth successit ordo martyrum. de quib⁹ dicit᷑ Heb. xi. Sancti per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt repromissiones. Vn̄ Gregorius in omelia vbi sup̄ dicit sic. Sunt nōnulli qui sic in semetip̄is cunctis vitijs om̄ibus desiderijs dominant᷑ vt ip̄o iure mundicie dij inter homīes vocentur. Quid ergo isti nisi intra numerū dn̄ationū currūt. hec ille. Habuerunt autē hanc mundiciā p martyrium. iuxta illud Apoc. vij. Lauerunt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas in sanguīe agni. Conabat᷑ aūt beemoth extinguere in martyribus operis dei assiduitatem per inconstantiam ⁊ apostasiam a religione x̄pi per culturam ydolorum. Juxta illud Eccli. ij. Fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia scʒ religionis x̄pi ⁊ timore ⁊ p̄para animā tuam ad temptationē scʒ tyrannorum inducentium ad ydolatriam. Ordo martyrum tanq̄ constans ⁊ firmus in obseruantia religionis x̄pi. dicit illud Job. xxvij. Justificationem meam quā cepi tenere non deserā: nec enim reprehendit me cor meum in om̄i vita mea ⁊c̄. Ut autem possent se defendere a laqueis beemoth. habuerunt vnam sociam. scʒ dominam patientiam. Juxta illud Jacobi. i. Beatus vir qui suffert temptationem. Quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Et Augustin⁹ libro de patientia dicit sic. Uirtus animi que patiētia dicitur tam magnum dei donum est: vt etiā ipsius qui nobis eam largitur patiētia predicetur. Sancti martyres libenter pro x̄po martyrium sustinebant: ⁊ cum multa patiētia. Induebantur autem vestimentis magnanimitatis. de quibus dicitur Esa. lij. Cōsurge cōsurge induere fortitudine tua syon: induere vestimentis glorie tue. Et Prouerbiorum vlti. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius. Cum his vestimentis ascendunt martyres ad domum domini per primam portam que respicit ad occidentem. quoniā tūc sol rubet. Et de martyribus dicitur. Quare rubrū est indumentū tuū ⁊ vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Esa. lxiij. Uenientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerunt illud Apocal. vij. Benedictio sapientia claritas ⁊ gratiarumactio: honor virtus ⁊ fortitudo deo nostro in secula seculorum Amen. Quos gratissime acceptauit ⁊ coronauit eos corona de lapide precioso. iuxta illō ps. Posuisti ī capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Sic aūt coronatos deputauit cenaculo. Vnd̄ Apoc. ij. dr̄. Uincēti dabo edere de ligno vite q̄d ē in paradiso dei mei. Et Luce. xxij. dicitur. Edatis ⁊ bibatis super mensam meā in regno meo. cantātes illud Eccli. xlviij. Beati sunt qui te audierunt: ⁊ in amicicia tua decorati sunt. Habuerunt autem istam mansionem per expugnationem ⁊ victoriam. Math. x. Estote fortes in bello ⁊ pugnate cum antiquo serpente: ⁊ accipietis regnum eternum Tūc domina perseuerātia assecurauit martyres de sua gloria dicens. Beati qui lugēt quoniam ipsi cōsolabunt᷑. Super quo Bernardus in sermone dicit sic. O vere gloriosa societas. o sanctum conuiuium. o desiderabiles epule: vbi nimirum anxietas nulla nullum poterit esse fastidium quinimmo sacietas summa ⁊ summum erit ibi desideriū hec ille. ⁊ sic patet quartus ⁊c̄.

Quintus ordo est principatuum.

de quibus Gregorius in omelia vbi supra: dicit sic. Principatus quoq̄ʒ vo-

tantur qui ipsis quoqꝫ bonis angelorum spiritibus presunt qui subiectis alijs dum queqꝫ sint agenda disponunt eis ad explenda omnia ministeria principantur. Ab isto ordine cecidit beelzebub: qui interpretatur princeps muscarum. de quo dicitur Luce.xi. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et Math.x dicitur. Patrem familias beelzebub vocauerunt. In locum beelzebub successit ordo confessorum. scilꝫ sacerdotum doctorum ⁊ predicatorum. De quibus dicitur Malachie.ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: ⁊ legem requirunt ex ore eius. quia angelus domini exercituum est. Unde Gregorius in omelia vbi supra: dicit sic. Sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam aliorum mores ⁊ merita transcēdunt. Cunqꝫ ⁊ bonis meliores sint: electis quoqꝫ fratribus principantur. Quid ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numerum acceperunt? hec ille. Ideo dicitur Eccli.xlv. Finees filius eleazari placuit deo israel. Ideo statuit illi testamentum pacis: ⁊ principem sanctoruꝫ ⁊ gentis sue: vt sit illi ⁊ semini eius sacerdotij dignitas in eternum. Conabatur auteꝫ beelzebub extinguere intentionis sinceritatem a sanctis confessoribus: ⁊ hec est temptacio vane glorie. Math.vi. Attendite ne iusticiam vestram id est opus bonum faciatis coram hominibus. Ut autē possent se defendere a laqueis beelzebub: habuerunt vnam sociam scilꝫ dominam obedientiam. Juxta illud Act.v. Oportet obedire deo magis q̄ hominibus. Et.i.Regum.xv. Melior est enim obedientia q̄ victime. In principe requiritur vt obediat legi dei: aliter priuatur principatu. vt patet de Saule rege israel. qui priuatus fuit regno propter inobedientiam. Unde sequitur ibidem. Pro eo q̄ abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne sis rex. Super quo Gregorius lib.xxxv. moralium dicit sic. Obedientia sola virtus est q̄ menti virtutes ceteras inserit: insertasqꝫ custodit. Melior est obedientia q̄ victime. Obedientia victimis preponitur: quia per victimas caro aliena: per obedientiam vero caro ⁊ voluntas propria mactatur. hec ille. Induebantur autem vestimentis temperātie refrenantis. Iuxta illud Exod.xxix. Applicabis quoqꝫ filios Aaron ⁊ indues tunicis lineis: cingesqꝫ balltheo: impones eis mitras. eruntqꝫ sacerdotes mei religione perpetua. Hoc est indumentū album quod reddit carnem mundam. s̄m illud Apocal.iij. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum vt locuples fias ⁊ vestimentis albis induaris: vt non appareat cōfusio nuditatis tue. Ista verba dicta fuerunt episcopo Laodicie. Cum his vestimentis ascendunt confessores ad domum domini per secundam portam que respicit ad occidentem. quoniā tunc sol humectat. sic confessores erant humidi per discretionem. Unde Bernar. super Cantica: dicit sic. Discretio omni virtuti ordinem ponit: modum tribuit: decorem ⁊ perpetuitatem confert. Est ergo discretio animi virtus quedam moderatrix virtutuꝫ ordinatrixqꝫ affectuum: ⁊ doctrix morum. Tolle hanc ⁊ virtus vicium est. hec ille. Et Paulus dicit. Probate spūs si ex deo sint. Venientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerūt illud Eccli.xxxvi. Scd̄m benedictionem Aaron da populo tuo. vt sciant omnes: quoniam tu es deus conspector seculorum. Quos gratissime acceptauit et coronauit eos corona aurea. de qua dicitur Eccli.xlv. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: gloria honoris: ⁊ opus fortitudinis. Sic autem coronatos deputauit viridario. Juxta illd̄ Canti.vi. Ascēdi in ortum meum: vt viderem poma conuallium ⁊ inspicereꝫ si floruisset vinea ⁊ germinassēt mala punica. Per ista poma significantur sacerdotes propter odorem sanctitatis. Juxta illud.ij. Corinth.ij. Christi bonus odor sum⁹. Per mala punica significātur predicatores verbi dei. vt habetur dist. xliij. ca. sit rector. cantantes illud Prouerb.xx. Beati qui ambulant in simplicitate sua. quoniam beatos post se filios derelinquēt. Habuerunt autem istam mansionem p̱ donationem. s̄m illud Roman.viij. Cum illo omnia nobis donauit. Et Math.xxiiij. Fidelis seruus ⁊ prudens quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram. Tūc domina cōtinentia assecurauit confessores de sua gloria: dicens. Beati qui persecutionem patiū tur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Super quo Gregorius libro.xxvi. moral. dicit sic. Sanctoruꝫ mētes eternitatis premia prestolantes: ex aduersitatibus vires sumunt. quia crescente pugna

glorioſiorem ſibi non ambigunt manere vi
ctoriam ⁊ coronam. Electorum enim deſi-
deria dum premuntur aduerſitate proficiũt
ſicut ignis flatu premitur vt augmentetur
⁊ vnde quaſi extingui cernitur inde robora
tur. hec ille.

Sextus ordo eſt poteſta-

tum. de quibus Gregorius in omelia vbi ſu
pra: dicit ſic. Poteſtates vocantur hij qui
hoc potentius in ſuo ordine perceperunt: vt
eoruꝫ ditioni virtutes aduerſe ſubiecte ſint:
quorum poteſtate refrenantur: ne corda ho
minum tantũ temptare valeant quantũ vo
lunt. hec ille. Ab iſto ordine cecidit beelphe
gor: qui eſt priapus ſimulacrum ignominie
de quo dicitur Joſue. xxij. Peccaſtis in beel
phegor: ⁊ macula hui⁹ ſceleris in vobis per
manet. Et Oſee. ix. dicitur. Jpſi intrauerunt
ad beelphegor ⁊ abalienati ſunt in cõfuſio-
ne ⁊ facti ſunt abomĩabiles ſicut ea que di-
lexerunt. Jn locum beelphegor ſucceſſit or-
do ſanctarum virginum. de quibus pſ. Ad
ducentur regi virgines poſt eam: proxime
eius afferentur tibi in leticia ⁊ exultatione
adducentur in templum regis. Unde Gre-
gorius in omelia vbi ſupra dicit ſic. Sunt
nõnulli qui etiã de obſeſſis corporibus ma
lignos ſpiritus fugant: eoſqꝫ virtute oratio
nis ⁊ accepte poteſtatis eijciũt. Quid itaqꝫ
iſti per meritum ſuum niſi inter poteſtates
celeſtium ſpirituum ſortem accipiunt: hec il
le. Jſtud patet de Sarra iuuencula vxore
thobie iunioris. Thobie. viij. Conabatur
autem beelphegor extinguere in virginibus
corporis puritatem. ⁊ hec eſt temptatio for
nicationis ⁊ luxurie. Jacobi. i. Unuſquiſqꝫ
temptatur a concupiſcentia ſua abſtractus
⁊ illectus. Jdeo dicitur Ephe. v. Fornicatio
⁊ om̃is immundicia non nominetur in vo-
bis ſicut decet ſanctos. Ut autem poſſent
ſe defendere habuerunt vnam ſociam ſcilꝫ
dominam pudiciciam. que dicit illud Gal.
vi. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis nõ
perficietis. Et Johãnes Caſſianus in colla
tione abbatis paſtoris: dicit ſic. Maior eſt
virtus: maior eſt gratia internam libidineꝫ
carnis extinguere: ꝙ nequitias demonum
extrinſecus irruentes ſigno domini ac virtu
tis altiſſime ſubiugare. Maius enim mira-
culum eſt de propria carne fomitẽ eradica-
re luxurie: ꝙ de alienis corporibus immun-
dos ſpiritus effugare. hec ille. ⁊ vt dicit Tul
lius libro de officijs. Pudicicia eſt virtus
non ſolum impetum libidinis coercens: ſed
⁊ ſigna cohibens. Induebantur autẽ veſti-
mentis ſanctitatis. de quibus dicitur. Eph.
iiij. Deponite vos ſm̃ priſtinam conuerſati
nem veterem hominẽ qui corrumpitur ſm̃
deſideria: renouamini autem ſpiritu mentis
veſtre: ⁊ induite nouum hominẽ qui ſm̃ de-
um creatus eſt in iuſticia ⁊ ſanctitate veri-
tatis. Cum his veſtimentis aſcendunt vir-
gines ad domum dñi per tertiam portam
que reſpicit ad occidentem: quoniam tunc
ſol refrigerat. Sic ſpiritusſanctus refrigera-
bat imo extinguebat ardorem concupiſcen
tie in ſanctis virginibus. Unde cõmuniter
dicebant. Benedico te pater domini mei ie-
ſu xp̃i: quia per filium tuum ignis extinctus
eſt a latere meo. Et Eccli. xviij. dicit̃ ſic. Ar-
dorem refrigerabit ros. Uenientes autem
ad pedes ſanctiſſime trinitatis cantauerũt
illud pſ. Dominus virtutem populo ſuo da
bit: dominus benedicet filias ſuas in pace.
Quas cum audiret vocauit eas: dicens il-
lud Canti. iiij. Ueni de libano ſponſa mea
veni de libano veni coronaberis. Cumqꝫ ꝓ-
pius acceſſiſſent coronate ſunt corona flo-
rum. de qua dicit̃ Eſa. lxij. Eris corona glo-
rie in manu domini: ⁊ dyadema regni ĩ ma
nu dei tui: Quia complacuit domino habi-
tare in te: ⁊ gaudebit ſponſus ſup̃ ſponſam
⁊ gaudebit ſuper te deus tuus. Sic autem
coronatas deputauit cubiculo ſiue thalamo
ſuo. iuxta illud Heſter. ij. Heſter ducta eſt
ad cubiculum regis. que dicunt illud Cañ.
iij. Jnueni quem diligit anima mea. Tenui
eum nec dimittam donec introducã illuꝫ in
domũ matris mee: ⁊ in cubiculuꝫ genitricis
mee. cantantes illud pſ. Beati immacula-
ti in via: qui ambulant in lege domini. Ha
buerunt autem iſtam manſionem per dota
tionem. ſm̃ illud Geneſ. xxx. Ditauit me de
us dote bona. Et Exod. xxij. Reddet ei iux̃
modũ dotis quã virgines accipere conſue-
uerunt. Tunc domina caſtitas aſſecurauit
virgines de ſua gloria dicens. Beati mun-
do corde qm̃ ipſi deum videbũt. Super quo
Aug. lib. xij. de ciuitate dei dicit ſic. Jbi tota
virtus eſt videre quod amas: ⁊ ſumma feli
citas amare qđ videas. vbi vera vita in ſuo
fonte bibit̃: vbi veritatis om̃is viſio clariſſi
me aperit̃. hec ille. ⁊ ſic patet ſextus.

Septimus ordo est virtu

tum. de quibus Grego. in omel. vbi supra dicit sic. Uirtutes vocantur hij nimirū spiritus per quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt. Ab isto ordine cecidit leuiathan qui interpretat̄ persequens eos. de quo dicitur Esa. xxvij. In die illa visitabit dn̄s in gladio suo duro ⁊ graui ⁊ forti super leuiathan serpentē vectem ⁊ super leuiathan serpentē tortuosum. In locū leuiathan succedit ordo penitentiū. de quib⁹ Greg. in omel. vbi sup̄ dicit sic. Sunt nōnulli q̄ mira faciunt signa valenter operant̄. Quid ergo isti nisi ad supernarū virtutū sortē ⁊ numerū congruunt hec ille. Penitentes aūt mira faciunt signa cum ad deum cōuertunt̄. vt pz de maria magdalena: latrone in cruce ⁊ prodigo. Unde Bern̄. in sermone dic̄ sic. Quid mai⁹ miraculum q̄ꝫ tot iuuenes: tot adolescentes: tot nobiles: vniuersiq̄ꝫ quos hic video velut in carcere aperto tenent̄ sine vinculis solo dei timore confisi q̄ꝫ in tanta afflictiōe perseuerent penitentie vltra virtutē humanā supra naturā contra consuetudinē. hec ille. Conabatur autē leuiathan extinguere in penitentibus verā penitentiā: suadendo peccati impunitatē. iuxta illud Prouerb. xxix. Peccantem viruz iniquū innoluet laqueus: ⁊ iust⁹ laudabit atq̄ꝫ gaudebit. Et ps̄. Narrauerūt vt absconderēt laqueos dixerūt quis videbit eos: Hij aūt fuerunt demones. de quib⁹ dicit̄ Job. iij. Parati sunt suscitare leuiathā Ut vero possent se defendere habuerūt vnā sociā. scz dn̄am sollicitā. que dic̄ illō Ecc. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m: ⁊ ne differas de die in diē. Subito em̄ veniet ira illi⁹ ⁊ in tēpore vindicte disperdet te. Induebant̄ aūt vestimentis humilitat̄ ⁊ asperitatis dicentes illud ps̄. Ego aūt cū mihi molesti essent induebar cilicio: humiliabā in ieiunio aīam meā. Exemplū Jone. iij c. Peruenit verbū Ione ad regem niniue ⁊ descendit de solio ⁊ abiecit vestimenta sua ⁊ indut⁹ est sacco ⁊ sedit in cinere. Cum his vestimētis ascendunt penitentes ad domū dn̄i per p̄mā portam que respicit ad aquilonē. Naz ab aquilone pandetur om̄e malū. Jerem̄. i. Sol em̄ ab aquilone serenatur. Et Eccli. iij. dicitur. Sicut i sereno glacies soluētur peccata tua. Uenientes aūt ad pedes sanctissime trinitatis cantauerunt illud Deut. xxiij. Benedicat nos dominus deus noster in omni opere nostro in terra ad quā ingredimur possidendam. quos letissime acceptauit ⁊ coronauit eos corona eterna que dicit eis illud i. Pet. v. Percipite immarcessibilez eterne glorie coronam. Sic autē coronatos deputauit cellario: vt perciperent gustum dulcedinis eterne. dicēs eis illō ps̄. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dn̄s: beatus vir qui sperat in eo. Qui dixerunt illud Can̄. ij. Introduxit me rex in cellam vinariā ordinauit in me charitatē. cantantes illud ps̄. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta sunt peccata. Tunc domina clementia assecurauit penitentes de sua gloria dicens Beati estis cum maledixerint vobis hoīes ⁊ dixerint om̄e maluz aduersum vos mentientes propter me. gaudete ⁊ exultate: ecce em̄ merces vestra copiosa est in celo. Unde Hieron̄ super illud ps̄. Beat⁹ vir qui non abijt: dicit sic. Beat⁹ vir q̄ non docuit: nec fecit: nec cogitauit mala. Non stetit non perseuerauit in delicto. sed per penitentiā ad meliora conuersus est. hec ille.

Octauus ordo est archā

gelorum. de quib⁹ Gregori⁹ in omel. vbi supra dicit sic. Qui summa annunciant archāgeli vocantur. hinc est q̄ꝫ ad mariam virginem non quilibz angelus sed gabriel archāgelus mittitur. hec ille. Ab isto ordine cecidit beelsephon qui interpretat̄ vetustas deuorans ascensionē speculi. de q̄ dicit̄ Exod. xiiij. Uniuersus exercitus erat contra beelsephon. In locuz beelsephon succedit ordo contemplatiuorū. de quib⁹ dicit Greg. vbi supra. Sunt nōnulli q̄ duz largitat̄ munere refecti secretoꝝ celestium summa capere valent ⁊ nunciare. Quid ergo isti nisi intra archangeloꝝ numerū deputant̄. hec ille. Sed cōtemplatiui solius contēplatiōis studio inardescunt vt contēplari diuina secreta quietius possint. de quoꝝ vita Greg. sup Ezechiel. dicit sic. Contemplatiua vita est charitatem dei ⁊ p̄ximi: tota mente retinere ab exteriori actione quiescere: soli desiderio cōditoris inherere: vt nihil iam habere libeat. sed cōculcatis curis om̄ibus ad videndū sui conditoris faciem anim⁹ inardescat. hec ille. Conabat̄ aūt beelsephon extinguere diuinam contemplatiōnē: in contemplatiuis assumendo angeli equitatem. de quo dicit̄ ij. Coꝝ. xi. Transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo mirum si ministri eius transfi-

gurentur velut ministri iusticie. Unde se-pius decipiũt homines sub apparentia boni ⁊ recti. Ut autem contemplatiui possent se defendere a laqueis istoꝝ habuerũt unã sociã. s. dñam intelligentiaʒ. que dicit illud Prouer. i. Audiens sapiens sapiẽtior erit. Et intelligẽs gubernacula possidebit. Hec eñ dat intellectũ scripturarũ ad cognoscẽdam veritatẽ. vt pʒ de xp̄o qñ tẽptatus fuit a demone vt habetur Math. iiij. Induebantur aũt vestimentis gloriosis. Iuxta illud Eccl. xlv. Induit eũ dominus stolã glorie. Et Daniel. xij. Qui docti fuerint fulgebũt q̃si splendor firmamẽti. Cũ his vestimentis ascendunt ad domũ domini per secundam portã que respicit ad aquilonẽ. quoniã stella aquilonaris. s. trãsmontana est sita in alto. Sic contemplatiui in alto contemplationis ⁊ ꝯuersatiõis sunt. Iuxta illud Phil. iij. Nostra aũt conuersatio in celis est. Uenientes aũt ad pedes sanctissime trinitatis cantauerũt illud ps̄. Gloriabunt in te oẽs qui diligunt nomen tuũ: quoniã tu benedices iustis. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Quos letissime acceptauit ⁊ coronauit eos corona sapiẽtie. de qua dicitur Eccli. l. Corona fratrum quasi plantatio cedri in monte libani. Sic aute ʒ coronatos deputauit depositarie. quibus dicit illud i. Thimo. vi. Depositũ custodi deuitans prophanas vocũ nouitates: ⁊ oppositiones falsi nominis sciẽtie. Quã quidem promittentes circa fidẽ exciderunt. cantantes illud Baruch. iiij. Beati sumꝰ israel: quoniã que deo placent nobis manifesta sunt. Habuerunt aũt istã mansionẽ per hereditationẽ. iuxta illud Eccli. iiij. Sapientia filijs suis vitam inspirat: ⁊ suscipit exquirentes se: ⁊ preibit in via iusticie: ⁊ qui diligit illam diligit vitã. ⁊ qui vigilauerint ad illam complectentur placorẽ eius. qui tenuerunt illã vitã hereditabunt. ⁊ quo introibit bene dicetur deus. Tũc domina religiosa assecurauit contemplatiuos de sua gloria dicens. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. Super quo Greg. in pastorali dicit sic. Si filij dei vocantur qui pacẽ faciunt: proculdubio sunt sathane filij qui pacẽ confundunt. hec ille. Sed contemplatio ducit ad veram pacem. ergo ⁊c.

Nonus ordo est angelorum. de quibus Greg. in omel. vbi supra dicit sic. Hi qui minima nũciant angeli vocantur.

Ab isto ordine cecidit mãmona. de quo dicitur Math. vi. ⁊ Luce. xvi. Non potestis deo seruire ⁊ mammone. In loco mãmone succedit ordo actiuorum. de quibus Greg. vbi supra dicit sic. Sunt plerĩq; qui parua capiunt: sed tamen hec eadeʒ parua quantũ preualent nunciare fratribus non desistunt. Isti itaq; in angeloꝝ numerũ currunt. hec ille. ⁊ Luce. xvi. dicitur. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis vt cũ defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. De vita istorũ actiuorũ Beda super illud. Intrauit iesus in quoddã castellũ. dicit sic. Actiua vita est panẽ esurienti tribuere verba sapientie nescientẽ docere: erranteʒ corrigere: ad humilitatis viã superbientem proximũ reuocare: infirmantis curã gerere que singulis quibusq; expediant vt sibi est possibile dispensare. ⁊ cõmissis nobis qualiter subsistere valeant ꝓuidere. hec ille. Isto modo actiui faciunt sibi amicos de mãmona ĩiquitatis. i. de diuitijs huius seculi neq; ⁊ iniqui. Conabatur autem mammona extinguere in actiuis benignitatẽ decipiendo per tẽporaliũ vanitatẽ. ẽm illud Sap. xiiij. Creature dei in odiũ facte sunt: ⁊ in temptationem anime hominũ ⁊ in muscipulã pedibus insipientũ. Ut aũt possent se defendere a laqueis mãmone habuerunt vnam sociã. s. dominã pietatẽ. que dicit illõ. i. Thimothei. vi. Sectare iusticiã fidẽ pietatem: charitatẽ. ⁊ Prouerb. xxi. Qui sequitur iusticiã ⁊ misericordiã: inueniet vitã ⁊ gl'iam. Induebantur autẽ vestimentis clementie miserantis ad eroganda beneficia. Col. iij. Induite vos sicut electi dei sancti ⁊ dilecti viscera misericordie: benignitatis: humilitatis: modestiã: patientiã supportantes inuicem: ⁊ donantes vobismetipsis ⁊c. Cum his vestimentis ascendunt actiui ad dominũ ꝑ terciã portã que respicit ad aquilonẽ. quoniam stella aquilonaris in nocte lucet. Sic actiui lucent in nocte huius seculi per elemosynã subueniendo pauperibus. Thobie. iiij. Elemosyna ab oĩ peccato ⁊ a morte liberat ⁊ non patietur animas ire in tenebras. Fiducia magna erit coram deo elemosyna: omnibus facientibus eã. Uenientes autem ad pedes sanctissime trinitatis cantauerũt illud ps̄. Benedices corone anni benignitatis tue: ⁊ campi tui replebunt vbertate. Quos gratissime acceptauit ⁊ co

ronauit corona misericordie. Juxta illō ps̄. Coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Sic autem coronatos deputauit atrio Est enim atriuȝ locus in quo pauperes recipiuntur. ⁊ quia actiui in hac vita receperunt paupes suis elemosynis: ideo dicitur Thobie.xij. Elemosyna a morte liberat: ⁊ ipa est que purgat peccata: ⁊ facit inuenire vitam eternam. Cantantes illud ps̄. Beati omnes qui timent dominum: qui ambulāt in vijs eius.i.in operibus misericordie. Juxta illud ps̄. Uniuerse vie domini misericordia ⁊c̄. Tunc domina misericordia assecurauit actiuos de sua gloria dicens. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ecce quomodo ordines hominum electorum assumuntur ad ordines sanctorum angelorum. Ad quos nos perducat iesus christus. Amen.

In die mortuoꝝ seu aīarum. Sermo.lxi.

Mortui audient vocem

